3 2044 107 266 512

Tan
1991

HARVARD UNIVERSITY

LIBRARY

OF THE

GRAY HERBARIUM

Received Mar. 17 1908.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
BHL-SIL-FEDLINK

https://archive.org/details/generaplantarums00juss_0

ANTONII LAURENTII DE JUSSIEU

REGI A CONSILIIS ET SECRETIS, DOCTORIS MEDICI PARISIENSIS, REGIÆ SCIENTIARUM ACADEMIÆ REGIÆQUE SOCIETATIS MEDICÆ, NECNON ACADEMIARUM UPSAL. MATRIT. LUGD. SOCII, ET IN HORTO REGIO PARIS. BOTANICES PROFESSORIS.

GENERA PLANTARUM

SECUNDUM

ORDINES NATURALES

DISPOSITA,

JUXTA METHODUM IN HORTO REGIO PARISIENSI EXARATAM, ANNO M. DCC. LXXIV.

RECUDI CURAVIT NOTISQUE AUXIT

PAULUS USTERI,

M. D. SOC. NAT. CURIOSOR. TURICENS. ET HALENS. ET COLLEG. MEDICOR. NANCEIENS. SODAL.

TURICI HELVETORUM,

Sumtibus ZIEGLERI & FILIORUM.

1791.

[illegible] 17 1905
Herbarium

FRIDERICO EHRHART

CIVI HELVETO

REGIS M. BRITTAN. ET DUCIS BRUNSW. BOTANICO SOC. NAT. CURIOS. BEROLINENS. SODAL.

AMICO INTEGERRIMO

S. Q. P.

PAULUS USTERI.

En Vir Optime & animo meo cariſſime, Juſſievii Viri Clariſſimi egregium Opus mea qualicunque opera in Germaniæ Botanicorum uſus editum : quod ut nomine Tuo ornaverim, ea unice de cauſa factum eſt, ut quanti Te, animo litteriſque præſtantiſſime Ehrhardti faciam, publice poſſim profiteri.

Dum enim de itinere meo ante biennium per Germaniam inſtituto cogito, nulla ſane gratior hora mentem meam memoriamque delectat, quam jucundiſſima illa, qua Herrenhauſii primum Te Vir optime cum amabili vitæ & tori Conſorte feliciſſimam vitam paucis contentam degentes, videre, ſalutare, moxque arctam & ut ſpero, nunquam interituram amicitiam Vobiſcum contrahere mihi contigit.

Ignoſcas igitur, quod deſtitutus aliis, **Tui** de ſcientiis Botanicis tam præclare promerentis dignis, exiguam hunc laborem meum Tibi conſecrem.

Vale Vir amiciſſime, meque amare ne unquam deſinas precor.

Scr. Turici Helvetorum.

d. XXX Aprilis MDCCXC.

PRÆFATIO AUCTORIS.

QUANTÆ ſit molis ſcientiam diutiſſimè arbitrariam & devium ad verum revocare propoſitum, patebit ex inſtitutâ in plantis generum ordinumque hodiernâ diſtributione, quæ licèt accuratiùs elaborata, iteratis ſensìm perficienda eſt Botanicorum præſentium ac futurorum obſervationibus ac meditationibus. Syſtematica prævaluerat ſemper doctrina expeditior, & ſubindè methodi naturalis fuerat prætermiſſa difficilior diſquiſitio. Nunc autem ſub quindecim novæ ordinationis claſſibus, non ſyſtematico more omninò circumſcriptis, ſed juxtà Naturæ legem mutuò connexis militant centeni ordines, ſinguli plura complectentes genera, alii verè naturales, alii recognoſcendi. Omnium diſpoſitio mutua nunc genuina affinitatibus rectè famulatur, nunc iiſdem minùs obtemperat, non legum naturalium ſed pravæ earum interpretationis vitio. Tentanda igitur pluriès caracterum æſtimatio, undè certior eruetur generum ordinatio tum univerſalis tum partialis, ab hodiernâ certè diſpar, Autore nullatenùs refragante. Id enim ſatìs erit ipſi, ſi reſeratis Naturæ legibus Botanicos plures à ſyſtematicâ ſcientiâ avertens, eos ad naturalem adduxerit.

Benèmulta Linnæanis addidit genera, tum à diverſis Autoribus jam promulgata, tum quædam ipſi propria, tum plura nova quæ in itinere botanico detexit ac inſtituit indefeſſus peregrinator Commerſonius.

Hic patiens laboris & acer ingenio, Botanices & ſcientiæ Zoologicæ peritiſſimus novarumque appetens rerum, imperante Ludovico XV & Buginvillæo duce, annis 1767 *&* 1768 *oras luſtravit Braſilienſes, Bonarienſes, Magellanicas, & inſulas Otahiti, novam Britanniam, Buoro, Javam, Rodericam aliaſque adjacentes. Intermiſsâ deìn navigatione ſubſtitit per quinquennium in inſulâ Mauritianâ cujus ut & Borbonicæ vicinioris integram ſuſcepit Phytologiam atque Zoologiam, & bis intereà Madagaſcariam adiit, plantas & animantia in triplici inſulâ collegit, deſcripſit atque delineari curavit, favente ac promovente D. Poivre meritiſſimo coloniæ præfecto qui ipſum hoſpitio exceperat*

ſumptibus quibuslibet ſolutum. Plurima ex ejuſdem peregrinatione & aſſiduo labore ſperanda fuit utilitas; ſed poſt optimi in Galliam reducis præfecti diſceſſum, ſucceſſori inviſus, tædio gravi & inveterato morbo & protractis exhauſtus vigiliis, mox occubuit anno 1773. *nondùm diſpoſitâ generali inventorum ordinatione. Ipſius collectanea Regio juſſu Pariſios advecta, in Hiſtoriæ naturalis Muſæo ſervantur; pleraque tamen in trajectu evanuêre ſubducta manuſcripta ut & plantæ Otahitienſes. Hodierni operis Autori commiſſa fuit herbarii Commerſoniani tria circiter ſpecierum diſtinctarum millia complectentis cura, & ex reliquis deſcriptiónibus aut ſæpiùs ex ſiccis plantis excerpſit caracteres generum plus quàm ſexaginta quæ in ordinum ſerie ſuo quæque loco diſponuntur, donec opportuno tempore numeroſæ prodeant ejuſdem novæ ſpecies tacitò elaboratæ.*

Operi adduntur quædam genera Dombeyi Peruviana, ea nempè quæ anteriùs miſſa Autori ipſe communicavit. Cætera noviſſima ac Botanicis ſummè deſideranda in poſterum à Dombeyo aut ab altero editore promulgabuntur.

Non prætermittuntur etiam Forskalii, Forſteri & Aubletii genera, plurima in Linnæi ſyſtemate omiſſa, quædam fortè ulteriori recognitione delenda & adjicienda confinibus; undè rudia licèt, nondùm mutantur horum nomina.

Genera ac ſynonyma ab invicem & à ſubſequente caracterum enumeratione diſtinguuntur ſtellulâ interpoſitâ, & ſingulis additur Autorum nomen uſu typographico decurtatum, primâ tantùm prolatâ ſyllabâ, ut Dillenii, Halleri, Brownæi &c., aut unicâ nominis frequentiùs recurſantis primâ litterâ ſuperſtite, ut Tournefortii, Linnæi, Vaillantii, Plumerii (Pl.), Linnæi filii Suppl. (LS.) &c. Indicantur etiam deprómptæ ex Autoris Muſæo; tum icones Plumerii à Burmanno non promulgatæ, tum Camelli icones Luzonenſes delineatæ non æri inciſæ, cujus deſcriptiones in Raii hiſt. vol. 3 *conſignantur.*

Dùm autem hodierna in publico propè verſatur generum ſeries, plurima in diverſis regionibus recèns eminent & quædam Autorum nomine jam celebria parantur opera, ſcientiæ promovendæ certò profutura & noviſſimis ditata generibus, quæ in præſenti deficientia alteram ejus editionem perſeveranter recudendam quaſi præſagiunt. Omnibus dedita Botanicis hæc ideo latinè conſcribitur, in opere tamen diſtincto gallicè poſthàc exhibenda plurimis optantibus indigenis.

Præfatio Editoris.

Pauca ſunt, quæ huic Operis præſtantiſſimi editioni præmittenda habeo. Jussievii naturæ indagatoris ſagaciſſimi, Botanici peritiſſimi, doctiſſimi. *Genera plantarum*, juxta methodum propriam, ordineſque naturales diſpoſita, plurium annorum opus, a longo jam tempore deſideratum, anno elapſo tandem editum, non certe doctorum exſpectationem fefellit, ſed implevit potius, & ab optimis quibuſvis in ſcientia botanica arbitris, inter graviſſima utiliſſimaque ſcripta refertur. Quare quamprimum ejus me compotem fieri, illudque ſumma cum animi voluptate perlegere licuit, teutonicam operis verſionem parare, mecum conſtitui, publiceque etiam promiſi; mox vero intellexi in tanto adhuc terminologiæ botanicæ in lingua teutonica certæ atque conſtantis defectu, atque etiam neglectu ſcientifici operis hujus verſionem nec doctorum nec indoctorum gratiam magnam accepturam fore, quare ut nihilominus primum meum ultimumque cœptum, divulgandi utiliſſimi operis inter Germaniæ Naturæ ſcrutatores, aſſequar, novam jam immutatam ejus editionem ſiſto.

Quod ſi ejus præſtantiam jam uberius commendare vellem, idem ſane facturus eſſem, quod qui hederam vino ſuſpendunt generoſo & bono; lubentius teſtimonia Academiæ Regiæ ſcientiarum & Societatis regiæ medicæ, quæ Pariſiis ſunt, præfationi huic ſubjungo. Quæ tum in notulis quibuſdam, tum in additamentis, tum aliter, quo etiam plurium generum nomina teutonica pertinent addidi, minimi quidem ſunt momenti.

Suis locis inſerui quæ ad finem Operis Celeb. Juſſieu in Appendice vel Additamentis notavit. Ultimam vero Obſervationem Auctoris nullibi inſerendam, hoc loco addo.

" Dum ultima incertæ ſedis & prima Appendicis genera prelo committerentur, innotuit noviſſimus Gærtneri tractatus de fructibus & ſeminibus plantarum, in quo curſim pervoluto comparuerunt optimæ de periſpermo ſeu ut ait, de *Albumine* obſervationes, hujus tamdiu

neglecti præſtantiam confirmantes, aliæ in præmiſſis ordinibus jam diffuſæ, aliæ benemultæ in iiſdem deſideratæ. Operi mox promulgando nequeunt adjici utpote numeroſiores, ſedulo meditandæ, nec ocius excerpendæ. Hic tantum nonnulla Gærtneri nova genera memorare juvat, quæ noſtris aut affinia ſunt, aut omnino conformia. Sic noſtræ Sonneratiæ apprime convenit *Aubletia* Gærtn. t 78; Badulæ, *Anguillaria* t. 77; Nyctanthi *Parilium* t. 57. Calamo *Sagus* t. 10; Coryphæ Sabal *Euterpe* t. 9. Nelumbio *Nelumbo* t. 19; Euphoriæ *Scytalia* t. 42; Bolaci *Chamitis tricuſpidata* t. 22; Azorellæ *Chamitis integrifolia* t. 22; Caſſuvio *Acajuba*. t. 40; Pongatio *Sphenoclea* t. 24; Polygono claviculato *Brunnichia* t. 45. Sic etiam Meniſpermo affinis videtur *Meeſia* t. 79; Leptoſpermo *Fabricia* t. 35; Melaleucæ *Metroſideros* t. 34; Eugeniæ *Greggia* & *Syſygium* t. 33. Mimuſopi *Phlebolithis* t. 43; Connaro africano *Omphalobium* t. 46. Dantur præterea conformes, ipſo indicante Gærtnero, Lobelia ſiphilitica & *Rapuntium* t. 30, Cynoſurus coracanus & *Eleuſine* t. 1. Phormium tenax & Chlamydia t. 18, Myrica nagi Thunb. & *Nageïa* t. 39. Potentilla norwegica & *Pentaphillum* t. 73. Melicope & *Entoganum* t. 68. Coix & *Lithagroſtis* t. 1. Chamærope & *Chamariphes* t. 9. Carex lithoſperma L. & *Sclerya* t. 2. Pſidium decaſpermum LS. & *Nelitris* t. 27. Tordylium anthriſcus L. & *Torilis* t. 20. Athamanta cretenſis L. & *Libanotis* t. 21. Athamanta cervaria L. & *Cervaria* t. 21. Daucus viſnaga L. & *Viſnaga* t. 2. Laſerpitium aquilegifolium & *Siler* t. 22. Chærophillum aureum L. & *Myrrhis* t. 23. Æthuſa meum L. & *Meum* t. 23. Pimpinella aniſum L. & *Aniſum* t. 23. Rhizophora corniculata L. & *Ægiceras* t. 46. Lippia ovata L. & *Dolea* t. 51. Grewia microcos L. & *Microcos* t. 57. Hypericum androſæmum & *Androſæmum* t. 59. Artocarpus & *Sitodicem* t. 71. 72. &c. Omnia hæc in ipſo tractatu recognoſcenda ſunt cum accuratis ejuſdem iconibus corculi ſitum, periſpermi formam, ſeminis nexum & fructus dehiſcentiam repræſentantibus.

Extrait des Regiſtres de l'Académie Royale des Sciences, du premier Juillet 1789.

Nous Commiſſaires, avons examiné, par ordre de l'Académie, un Ouvrage latin de M. de Juſſieu ſur la Botanique, intitulé : *Genera Plantarum ſecundùm ordines naturales diſpoſita juxtà methodum in Horto Regio Pariſienſi exaratam.* &c.

Cet ouvrage préſente la ſuite de tous les genres de plantes connus, diſpoſés par ordres naturels ou familles ſelon une méthode particulière à l'Auteur.

Dans une introduction qui précède l'ouvrage, M. de Juſſieu établit les principes d'après leſquels il croit que ſes ordres doivent être formés & diſpoſés entr'eux. Après des définitions générales & préliminaires ſur l'hiſtoire naturelle, ſur la nature des corps qui ſont l'objet de ſes recherches, ſur la diſtinction des corps organiſés & de ceux qui ne le ſont pas, ſur la différence des ſciences qui s'occupent de ces corps, l'Auteur obſerve que celle des corps organiſés conſiſte principalement dans l'étude de leur organiſation, des fonctions qui en réſultent & des différences qu'elle préſente dans chaque être organiſé, ſoit animal, ſoit végétal. Il en réſulte, pour le Botaniſte, la néceſſité de connoître d'une part tous les organes dont les plantes ſont munies, & de l'autre toutes les modifications de chaque organe, c'eſt-à-dire, tous les caractères qui diſtinguent les plantes.

Pour parvenir à cette connoiſſance, M. de Juſſieu rappelle d'abord, d'une manière abrégée, les diverſes parties des plantes, leur ſtructure & leurs fonctions; il parle enſuite de leurs différences, & énonce ſucceſſivement celles de chaque organe en définiſſant les termes qui expriment chaque différence, & dont on retrouve la ſérie dans pluſieurs ouvrages de Botanique. Les caractères réſultans de la manière d'être des organes, ſont conſidérés ici ſelon le nombre & la nature des organes mêmes, ſelon leurs divers degrés de conſtance ou de variation & ſelon les rapports qu'ils ont entr'eux dans une même plante.

L'aſſemblage & la ſucceſſion conſtante des individus ſemblables ou conformes dans tous leurs caractères, conſtitue

l'eſpèce proprement dite, qui eſt le premier objet de la ſcience. M. de Juſſieu ayant ainſi défini l'eſpèce, expoſe les principes admis & ſucceſſivement changés par les Auteurs, ſur la réunion des eſpèces en genres, & des genres en claſſes; les progrès ſucceſſifs de la ſcience dans cette partie; les travaux des principaux Auteurs, & ſur-tout de Tournefort & de Linné; enfin, l'utilité des réformes introduites par ce dernier dans la nomenclature & la deſcription. Dans le nombre des ſyſtêmes imaginés pour claſſer les plantes, ceux des deux Botaniſtes déjà cités & qui tiennent le premier rang, ſont les ſeuls analyſés dans cet Ouvrage. M. de Juſſieu, après avoir peſé leurs avantages & leurs inconveniens, dit que toutes les diſtributions ſyſtématiques utiles pour l'étude & pour nommer plus aiſément les plantes, ne peuvent éviter des défauts réels, & qu'elles ne ſont point la vraie ſcience puiſqu'elles ne font connoître qu'une partie de l'organiſation. Il en conclut que ces diſtributions ſyſtématiques ne doivent être regardées que comme des tables raiſonnées dans leſquelles les plantes ſont diſpoſées arbitrairement & ſuivant des ſignes de convention propres à les faire aiſément reconnoître, en attendant qu'on puiſſe leur aſſigner leur véritable lieu dans l'ordre de la Nature qu'il regarde comme le ſeul digne de faire l'objet de la ſcience, le ſeul qui la conſtitue véritablement.

Les Botaniſtes les plus inſtruits ont reconnu l'exiſtence des rapports naturels, l'importance de leurs recherches & l'avantage réſultant d'une diſtribution qui préſenteroit tous les végétaux dans l'ordre de ces rapports. Parmi les Auteurs qui ont fait, avec le plus de ſuccès, des recherches en ce genre, M. de Juſſieu cite Linné qui a donné des *Fragmens* ou ordres naturels, mais ſans leur aſſigner aucun caractère; Bernard de Juſſieu ſon oncle, qui a établi une ſuite d'ordres naturels au Jardin Royal de Trianon; & M. Adanſon qui a publié depuis long-temps un Ouvrage intitulé *Familles des Plantes.*

Enſuite M. de Juſſieu rappellant les comparaiſons faites de la diſpoſition naturelle des végétaux avec une chaîne dont les chaînons ſont repréſentés par des plantes, ou avec une carte géographique dans laquelle chaque être occupe un point fixe, cherche à prouver que, ſi les matériaux de cet ordre ſont

difficiles à raſſembler, les principes qui lui ſervent de baſe ſont faciles à reconnoître & à fixer. Ainſi, ayant obſervé que l'eſpèce eſt la collection des individus abſolument ſemblables, il a ajouté que, pour ſuivre la marche de la Nature dans le rapprochement des eſpèces, il faut joindre celles qui ſe reſſemblent par le plusgrand nombre de leurs caractères, & il prouve la vérité de ce principe par l'examen de pluſieurs genres très-naturels & généralement avoués.

Cette analyſe offrant en outre des caractères plus conſtans & d'autres qui le ſont moins, donne lieu à l'énoncé d'un autre principe ; ſavoir, que les caractères doivent être peſés ou calculés ſuivant leur valeur relative, de ſorte qu'un caractère conſtant équivaut à pluſieurs caractères variables. Ces deux principes réunis forment, ſelon l'Auteur, la baſe principale de la méthode naturelle, & donnent la meſure des affinités exiſtantes. Il en fait l'application, non-ſeulement pour la formation des genres, mais encore pour la réunion de ces mêmes genres en ordres naturels dont il exiſte pareillement des modèles avoués par les Botaniſtes.

Ces ordres analyſés lui donnent le moyen d'établir une première eſtimation des caractères qu'il diviſe en trois claſſes principales : les premiers ſont, ſelon M. de Juſſieu, eſſentiels, toujours conſtans, uniformes dans tous les ordres, & tirés d'organes eſſentiels ; tels ſont l'inſertion des étamines ou leur diſpoſition relativement au piſtil, la ſituation de la corolle ſtaminifère, & le nombre des lobes ou cotyledons de l'embrion.

Les ſeconds ſont généraux, preſqu'uniformes dans tous les ordres, variables ſeulement par exception, & tirés d'organes non eſſentiels ; tels ſont la préſence ou le défaut ſoit du calice ſoit de la corolle non ſtaminifère, la ſtructure de la corolle conſidérée comme monopetale ou polypetale, la ſituation relative du calice & du piſtil, enfin la préſence ou l'abſence ainſi que la nature du *periſperme* qui eſt un corps particulier environnant l'embrion, que l'on rencontre dans beaucoup de ſemences, & auquel Grew & M. Gaertner donnent le nom latin d'*albumen*.

Les troiſièmes, c'eſt-à-dire, les caractères de la troiſième claſſe, ſont tantôt uniformes, tantôt variables & tirés des organes, ſoit eſſentiels, ſoit non eſſentiels ; tels ſont le calice

monophille ou polyphille, l'ovaire ſimple ou multiple, le nombre, la proportion & la connexion des étamines; le nombre des loges du fruit & ſa manière de s'ouvrir, la poſition des feuilles & des fleurs & d'autres caractères analogues.

M. de Juſſieu obſerve que les genres d'une même famille ſont néceſſairement conformes dans les premiers caractères, qu'ils le ſont généralement dans les ſeconds, & plus ou moins ſouvent dans les troiſièmes. Ces conſéquences & ces principes ſont fortifiés par l'exemple d'une famille naturelle citée, & dont chaque caractère eſt placé à ſon rang.

Les ordres doivent être réunis en claſſes, comme les genres en ordres, dit M. de Juſſieu, & l'on conçoit dès-lors que ce ſont les caractères eſſentiels ou toujours uniformes qui peuvent ſeuls ſervir à déſigner les claſſes. Il prouve aiſément que les racines, les tiges & les feuilles ne donnent aucun de ces caractères; il penſe auſſi que le calice & même la corolle qui manquent quelquefois, doivent être dans le même cas. Ces caractères ne peuvent donc être fournis que par les organes ſexuels qui ſont véritablement eſſentiels, parce qu'ils ſont néceſſaires pour former la graine, & qu'ils ſont conſéquemment moins que la graine même dans l'économie végétale. Il en réſulte, ſelon l'Auteur, que c'eſt néceſſairement de la graine que doivent être tirés les premiers caractères. C'eſt ainſi que M. de Juſſieu parvient à prouver que la fameuſe diſtinction des plantes en *Acotyledones*, *Monocotyledones* & *Dicotyledones*, eſt eſſentiellement la première dans l'ordre de la Nature. Pour confirmer le fondement de ſon aſſertion, il cite l'uniformité de ſtructure de l'embrion végétal dans les ordres connus, &, en quelque ſorte, une conformité de cet embrion avec le cœur animal, qui donne également dans les Animaux les premières diviſions.

La graine a fourni les premiers caractères: doit-elle donner encore les ſeconds? c'eſt la queſtion que ſe fait M. de Juſſieu; mais il ne croit pas que les autres caractères ſoient auſſi ſolides que le premier qu'il emploie, &, en effet, les obſervations n'ont pas encore prouvé le contraire.

Au défaut de la graine, ce ſont les organes ſexuels qui doivent fournir les caractères ſecondaires; mais ils n'ont ſéparément aucune valeur, & l'Auteur cherche à prouver que

le ſeul caractère ſolide qu'on en peut tirer, eſt celui qu'ils fourniſſent en commun, & qui eſt conſtitué par leur ſituation reſpective, c'eſt-à-dire, par l'inſertion des étamines conſidérée relativement au piſtil. En conſéquence, M. de Juſſieu diſtingue trois inſertions principales : les étamines ſont placées au-deſſus ou au-deſſous du piſtil, ou bien elles l'entourent étant attachées au calice. Ces trois inſertions, dit l'Auteur, ſont eſſentiellement diſtinctes entr'elles, & ne ſe trouvent jamais enſemble dans un même ordre; elles ſont *immédiates* lorſque les étamines tiennent immédiatement aux trois points déſignés, & *médiates* lorſque les étamines ſont portées ſur la corolle, laquelle eſt inſérée elle-même à l'un des trois points ; d'où il ſuit, ſelon l'Auteur, d'une part que l'inſertion des étamines à la corolle peut quelquefois ſe réunir & ſe réunit en effet dans un même ordre avec chacune des trois inſertions primitives, & qu'elle ſuit conſéquemment des loix différentes ; d'une autre part que, lorſque la corolle porte les étamines, ſa propre inſertion devient un caractère eſſentiel, & que ſes trois inſertions doivent être & ſont abſolument diſtinctes.

Des exemples appuyent ces diverſes aſſertions : nous n'en ferons pas l'énumération, & nous nous diſpenſerons également de développer les conſéquences que l'Auteur en tire pour le rapprochement des ordres naturels & leur diſtribution claſſique. Il prouve que l'arrangement formé à Trianon par le celèbre Bernard de Juſſieu, a pour baſe la ſtructure de l'embrion & l'inſertion des étamines, & que ces deux caractères combinés ſuffiſent pour former, dans les végétaux, ſept claſſes principales ſuivant leſquelles les ordres de Trianon ſont diſpoſés. Cet arrangement, dit l'Auteur, a l'avantage de conſerver tous les ordres naturels dans leur intégrité, & de n'admettre comme claſſiques que des caractères eſſentiels.

Le deſir de multiplier les claſſes pour faciliter l'étude, a engagé M. de Juſſieu à joindre aux caractères premiers & eſſentiels quelque caractère ſecondaire & général, & il en trouve un dans la corolle conſidérée comme monopetale ou polypetale ou nulle. Il fait voir que ce caractère eſt lié avec celui de l'inſertion des étamines, mais qu'il eſt, malgré cela, ſujet à quelques exceptions.

Nous n'entrerons pas dans le détail des moyens que M. de Juſſieu emploie pour multiplier les claſſes à l'aide de ce caractère, ſans décompoſer les ordres. La méthode qu'il propoſe a déjà été établie par lui au jardin du Roi en 1774, & il en a détaillé les principes dans un Mémoire donné à l'Académie la même année. On y retrouve les premières diſtinctions tirées de l'embrion, & les ſecondes caractériſées, tantôt par l'inſertion des étamines, & tantôt par la corolle. Il obſerve lui-même que cette méthode, compoſée de quinze claſſes, ne peut éviter quelques exceptions, puiſqu'elle admet un caractère non eſſentiel; mais elles ſont, dit l'Auteur, en beaucoup plus petit nombre que dans tous les ſyſtêmes qui ſont ordinairement fondés ſur des caractères de moindre valeur. A ces conſidérations, l'Auteur fait ſuccéder des réflexions générales ſur les avantages d'une méthode naturelle ou d'une diſtribution fondée ſur la conſidération des rapports, avantages qui doivent la faire rechercher ſérieuſement par tous les Botaniſtes.

Il n'eſt pas de ſyſtême qui n'ait déterminé quelques-uns des rapports connus; mais tous offrent en même-temps des diſparates en plus grand nombre qui les rendent très-défectueux. Linné & M. Adanſon, l'un dans ſes fragmens, & l'autre dans ſes familles, ont fait beaucoup de rapprochemens heureux; Bernard de Juſſieu a de plus lié ſes ordres par des caractères primitifs ou de première valeur; enfin, M. de Juſſieu, ſon neveu, adoptant les mêmes principes, & donnant, dans un Ouvrage complet, une ſuite de 100 ordres naturels dans leſquels ſont contenus 1754 genres, rend en ce point un ſervice important à la ſcience. Chacune de ſes claſſes offre d'abord un caractère général commun à tous les ordres qui la compoſent, & enſuite des obſervations qui indiquent, ſoit l'affinité qui exiſte entre pluſieurs caractères de la claſſe, ſoit le principe d'après lequel les ordres ſont diſtribués, ſoit les particularités remarquables dans la claſſe même. Chaque ordre rappelle les caractères des genres qui le compoſent. Des ſections plus ou moins nombreuſes ſervent encore à faire une diſtribution plus méthodique des genres dans l'ordre. Le caractère de ces genres eſt ſimple & en même-temps complet, parce que, laiſſant de côté les caractères communs déjà énoncés dans la claſſe, l'ordre &

la ſection, il ne préſente que les ſignes qui ſervent à diſtinguer un genre de ſon voiſin & qui ſont communs à toutes les eſpèces du genre, n'oubliant pas dans cette énumération ceux qui peuvent être fournis par les parties étrangères à la fructification. Des obſervations ajoutées à la fin de chaque ordre, déterminent ſon degré d'affinité avec l'ordre qui le précède ou celui qui le ſuit, & offrent des diſcuſſions propres à jetter un plus grand jour ſur les objets traités, à appuyer le ſentiment de l'Auteur ſur certains rapports admis, & préſente des problêmes & des doutes intéreſſans à réſoudre.

M. de Juſſieu a placé à la fin de ſon travail une ſuite de cent trente-ſept genres diſpoſés ſuivant une méthode ſyſtématique, leſquels n'ont pu être rapportés aux ordres précédens, ſoit parce qu'ils offrent des caractères différens qui pourroient les faire regarder comme des chefs de familles inconnues, ſoit parce que l'Auteur ne les ayant pas obſervé lui-même, les deſcriptions données lui ont paru inſuffiſantes pour les réunir à un ordre avec certitude.

Enfin, M de Juſſieu termine ſon ouvrage par un *Appendix* contenant onze genres oubliés ou publiés dans des ouvrages très-nouveaux, & diverſes obſervations ou additions importantes.

Nous penſons que cet Ouvrage préſentant beaucoup de connoiſſances ſur les rapports des plantes, un grand nombre de genres nouveaux & d'obſervations intéreſſantes, ne peut être que très-utile au progrès de la ſcience, & qu'il mérite l'approbation de l'Académie & d'être imprimé ſous ſon privilège.

Fait à l'Académie, le premier Juillet 1789. Fougeroux de Bondaroy, Desfontaines, Delamarck.

Je certifie le préſent Extrait conforme à l'original & au jugement de l'Académie. A Paris, le 3 Juillet 1789.

Le Marquis de CONDORCET.

Extrait des Regiſtres de la Société Royale de Médecine, du 3 Juillet 1789.

Nous avons été nommés, par la Société de Médecine, MM. Geoffroy, Jeanroy & moi, pour examiner un Ouvrage latin de M. Ant. Laur. de Juſſieu notre confrère, intitulé: *Genera Plantarum ſecundùm ordines naturales diſpoſita* &c., & nous avons été chargés d'en rendre compte à la Compagnie.

L'Ouvrage de M. de Juſſieu a pour but de réunir tout l'enſemble des Végétaux connus dans un ordre qui, n'interrompant aucune des analogies naturelles par leſquelles les différens individus de ce règne paroiſſent liés enſemble, les préſente au contraire dans une ſuite tellement continue de nuances & de rapports, que cette chaîne n'ait plus beſoin, pour être complette, que de la réunion des plantes que les Naturaliſtes n'ont point encore découvertes ou obſervées: c'eſt ce qu'il appelle la méthode naturelle.

Cette méthode, en la ſuppoſant complette, ne préſenteroit pas, comme les méthodes artificielles, de grandes interſections, des diviſions bien tranchées; mais chaque plante placée entre ſes analogues ſe trouveroit toujours comme en famille, & l'on ne pourroit dire qu'elle commençât ni qu'elle finît une ſérie particulière. Néanmoins on verroit, dans ce grand enſemble, les modifications différentes d'une même organiſation former, par des analogies ſpéciales, des grouppes principaux d'eſpèces preſque ſemblables; ces grouppes placés les uns auprès des autres, ſe toucheroient & ſe confondroient par les nuances inſenſibles de leurs dernières eſpèces, toujours diſtincts dans leurs centres, mais toujours unis dans leurs extrêmités.

L'exiſtence de ces grouppes ne peut être révoquée en doute; elle eſt inconteſtablement démontrée par ces reſſemblances qui non-ſeulement réuniſſent pluſieurs eſpèces de plantes dans différens genres, mais qui raſſemblent encore: dans un même ordre, pluſieurs genres différens d'une manière ſi évidente que, dans les méthodes artificielles même, les Botaniſtes ont été quelquefois obligés d'abandonner juſqu'aux caractères princi-

paux de leur claſſification, pour ne pas éloigner des eſpèces ou des genres que la Nature elle-même les forçoit de réunir. On en voit des exemples remarquables dans les ſyſtêmes de Tournefort & de Linné.

Linné avoit entrevu l'exiſtence de cette méthode naturelle. Il l'avoit cherchée en vain, comme il le dit lui-même, & il ne ſe laſſoit pas d'en réunir les élémens dans ſes *Fragmens naturels*. M. Adanſon a tâché de parvenir au même but en donnant ſes *Familles des Plantes*. Mais Bernard de Juſſieu, oncle de l'Auteur de cet Ouvrage, eſt le premier qui, donnant à ſon travail une baſe vraiment philoſophique, ſoit parvenu à poſer les fondemens d'un édifice plus ſolide, préparé long-temps dans le ſilence; & ce travail ayant acquis, entre les mains de ſon élève & de ſon neveu, un accroiſſement conſidérable & un nouveau degré de perfection, paroît aujourd'hui dans l'Ouvrage dont nous allons donner l'idée.

Cet ouvrage qui contient tous les genres de plantes connus, rangés dans un ordre nouveau & ſous des claſſifications nouvelles, eſt précédé d'une Introduction dans laquelle l'Auteur expoſe ſon plan & les principes deſquels il eſt parti.

Il entre en matière par des généralités ſur l'Hiſtoire Naturelle & ſur la Botanique dans leſquelles nous ne le ſuivrons pas ici. Il fait enſuite une expoſition phyſique des différentes parties des plantes, de leurs uſages, de leur ſtructure & de leur organiſation qu'il compare à celle des animaux. Ces détails préſentés avec autant de clarté que de préciſion, ſoit pour le ſtyle, ſoit pour les idées, perdroient infiniment à être placés dans un extrait.

Nous inſiſterons cependant ſur ce que l'Auteur dit de la corolle dont on a trop méconnu les uſages, & ſur la définition de laquelle on a bien varié, parce qu'on l'a trop ſouvent confondue avec le calice.

Le calice, dit M. de Juſſieu, (& Linné avoit auſſi fait la même obſervation) eſt cette enveloppe extérieure de la fleur qui eſt continue avec l'épiderme de la plante, & qui paroît en être une propagation. Ainſi toute enveloppe qui tient à l'épiderme & qui, par conſéquent, a la même origine que l'enveloppe extérieure ou le calice, appartient au calice &

n'eſt point la corolle, quelles que ſoient ſa forme, ſa couleur & ſon étendue.

La corolle, enveloppe intérieure de la fleur, eſt continue avec le *liber* ou la ſeconde écorce dont elle eſt une propagation. Cette ſeconde écorce donne auſſi naiſſance aux étamines, ou du moins à leurs filets, enſorte que la corolle, ou placée entre ces filets, ou réunie avec eux, ou leur ſervant de baſe, ſouvent prenant des accroiſſemens & ſe multipliant à leurs dépens, ſemble être de même nature, n'en eſt ſouvent qu'une appendice, & tombe ordinairement avec eux après la fécondation. Elle paroît deſtinée à recevoir juſqu'à ce moment comme en dépôt des ſucs qui l'abandonnent alors pour ſe reporter ſur le germe fécondé, & hâter ſon développement & ſa perfection. M. de Juſſieu définit en conſéquence la corolle, *cette enveloppe de la fleur qui, rarement nue & preſque toujours recouverte par le calice, eſt une continuité de la ſeconde écorce de la plante & non de ſon épiderme, ne dure point au-delà d'un certain temps, mais tombe ordinairement avec les étamines, entoure ou couronne le fruit, mais ne fait jamais corps avec lui, tire ſon origine du même point que les étamines & préſente le plus ſouvent ſes diviſions diſpoſées alternativement avec ces mêmes étamines lorſqu'elles ſont en nombre égal.* Quand il ſe trouve quelque difficulté dans l'obſervation de ces parties, & quand, dans une fleur munie d'une ſeule enveloppe, la diſtinction du calice & de la corolle devient douteuſe, alors, dit M. de Juſſieu, l'obſervation des plantes analogues donne la ſolution du problême. C'eſt ainſi que l'enveloppe du Narciſſe faiſant corps avec le fruit, n'ayant point ſes diviſions alternes avec les étamines, & étant par conſéquent un véritable calice, ne permet pas de nommer autrement l'enveloppe de la Jacinte & de toutes les Liliacées qui lui reſſemblent.

Cette conſidération phyſique de la nature & des uſages de la corolle & de ſon affinité avec les étamines, propre à l'Auteur de cet Ouvrage, eût empêché Tournefort & Linné de tomber dans de grandes erreurs à cet égard. Le premier n'auroit pas appellé corolle dans la Tulipe & la Jacinte, ce qu'il appelloit calice dans le Narciſſe & l'Iris. Le dernier n'auroit pas déſigné

une ſeule & même partie ſous le nom de corolle dans la Rhubarbe, & de calice dans la Patience.

Les autres parties de la plante occupent ſucceſſivement M. de Juſſieu; il n'en eſt point qu'il néglige. En effet, c'eſt de l'enſemble de toute l'organiſation que doivent réſulter les vrais caractères des différens corps organiſés. La Nature a répandu ſur toutes leurs parties les nuances qui les diſtinguent & les uniſſent; & comme elle a pris ſoin de toutes, le Phyſicien n'en doit oublier aucune.

Mais, en même temps qu'il porte un œil obſervateur ſur tous les développemens des corps organiques, il doit apprécier la valeur de chacun & les placer ſuivant l'importance de leurs fonctions; & comme c'eſt ſur-tout dans la réproduction des êtres que la Nature a développé toute la richeſſe de ſes moyens, & caché toute la profondeur de ſes myſtères, aucune partie ne doit prévaloir ni ſur l'embrion qui eſt le produit de cette admirable fonction, ni ſur les organes ſexuels qui en ſont les inſtrumens.

C'eſt de ces principes que M. de Juſſieu tire les loix qui doivent ſervir à l'établiſſement des caractères; objet d'autant plus important que c'eſt principalement dans leur choix que réſide la différence des méthodes artificielles & de la méthode naturelle. Celle-ci ayant pour but d'augmenter & de perfectionner la ſcience phyſique, ne néglige aucune des analogies que préſente l'organiſation des êtres; celles-là ayant pour objet la commodité des claſſifications & une connoiſſance plus facile des eſpèces, renferment leurs caractères dans un plus petit nombre de parties dont les différentes combinaiſons doivent être aiſément & promptement ſaiſies par la mémoire.

Nous ne ſuivrons point l'Auteur dans l'analyſe des ſyſtêmes de Tournefort & de Linné, & nous allons paſſer à l'application de ſes principes à la recherche de la méthode naturelle. Deux routes doivent, ſelon lui, nous conduire à la découverte de cette méthode: l'une, par une eſpèce d'analyſe, conduit des obſervations aux principes; l'autre, par une méthode ſynthétique, conduit des principes démontrés à l'établiſſement des diviſions principales qui n'en ſont plus que les conſéquences.

Dans la première de ces progreſſions, il faut que l'obſervateur ſaiſiſſe les enſembles les plus ſaillans que la Nature nous laiſſe appercevoir & qui ſont comme les échantillons de l'ordre naturel; ce ſont là ſes pas, & c'eſt en les ſuivant qu'on peut s'aſſurer de ſa marche.

Il doit commencer par caractériſer les eſpèces, & le premier principe qu'il doit établir, eſt *que toutes les plantes parfaitement ſemblables dans toutes leurs parties*, & *qui ſe reproduiſent toujours ſous les mêmes formes*, *ſont autant d'individus qui appartiennent tous à une ſeule & même eſpèce* Comme cette loi n'a rapport qu'à des objets ſimples & déterminés, elle eſt néceſſairement sûre & invariable.

Les genres ſont un aſſemblage d'eſpèces analogues entr'elles. Ici ce n'eſt plus une reſſemblance complette qu'on exige; ce ſont des analogies ſuſceptibles de différens degrés de nuances dont les limites ne ſont pas déterminées d'une manière auſſi préciſe. Déjà l'on ſent que les parties qui compoſent ces premiers aſſemblages ont été formées par la Nature pour appartenir à un plus grand enſemble: auſſi la détermination des genres eſt-elle quelquefois difficile. Leur nombre & leur étendue ont été différemment fixés par chaque Botaniſte, & la ſeule règle exacte qu'on puiſſe ſuivre à cet égard, eſt *de ne raſſembler*, *dans un même genre*, *que les eſpèces qui ſe rapprochent par le plus grand nombre de leurs caractères.* C'eſt dans l'examen de quelques genres reconnus comme très-naturels, tels que l'*Aconit*, le *Delphinium*, la *Renoncule*, la *Scabieuſe*, le *Geranium*, la *Gentiane*, la *Valeriane*, le *Roſier* &c., que l'on doit puiſer les principales régles qui doivent ſervir à la formation des autres genres, en diſtinguant, dans les caractères communs qui rapprochent leurs eſpèces, ceux qui ſont les plus conſtans de ceux qui le ſont moins, obſervant de plus qu'un caractère uniforme dans un genre ne l'eſt pas dans un autre, & que dans l'énumération de ces caractères *un ſeul caractère conſtant a une valeur égale ou ſupérieure à celle de pluſieurs variables.*

Ce que les genres ſont aux eſpèces, les ordres ou familles le ſont aux genres; ce ſont des aſſemblages de genres analogues. Plus les analogies ſont étendues, moins les caractères ſur leſquels elles ſont fondées ſont nombreux, moins auſſi les

limites qui les circonſcrivent ſont apparentes; auſſi la plûpart des Botaniſtes, après avoir fixé la détermination des genres, ont paſſé aux claſſifications arbitraires, ſans ſonger aux enſembles intermédiaires dont quelques-uns ſeulement ont donné des eſquiſſes imparfaites. Néanmoins la nature offre encore aux yeux de l'obſervateur un grand nombre d'exemples de ces aſſemblages dans les grandes & remarquables familles des *Graminées*, des *Liliacées*, des *Labiées*, des *Compoſées*, des *Ombellifères*, des *Crucifères*, des *Légumineuſes* &c. De l'étude de ces familles, l'obſervateur peut déduire les règles générales qui doivent ſervir à en former de pareilles, en analyſant les principaux points qui caractériſent leur reſſemblance. Pluſieurs caractères qui paroiſſent conſtans pour les genres, ne ſont plus qu'acceſſoires dans la détermination des familles ou des ordres, & il eſt encore plus eſſentiel de déterminer avec préciſion les différens degrés qui en diſtinguent l'importance.

M. de Juſſieu diſtingue les caractères conſtitutifs des ordres en trois degrés.

Les uns qu'il met au premier rang ſont conſtans, uniformes dans tous les ordres (*primarii uniformes*) & eſſentiels ou tirés d'organes toujours exiſtans. Tels ſont l'inſertion des étamines ou leur ſituation relativement au piſtil, l'inſertion de la corolle lorſqu'elle porte les étamines, enfin le nombre des lobes qui accompagnent l'embrion dans la ſemence. Jamais ces premiers caractères ne ſe démentent dans une famille.

Le ſecond rang eſt compoſé des caractères que M. de Juſſieu appelle preſque uniformes (*ſecundarii ſubuniformes*), formés par des organes moins eſſentiels, ſavoir la préſence ou l'abſence du périſperme ou corps qui entoure l'embrion dans la graine, celle du calice ou de la corolle quand celle-ci ne porte pas les étamines, la ſtructure de cette corolle conſidérée comme monopétale ou polypétale, la ſituation reſpective du calice & du piſtil, la ſubſtance du périſperme. Ce ſecond ordre de caractères eſt preſque général dans les familles & n'eſt ſuſceptible que d'un petit nombre d'exceptions.

Enfin le troiſième rang eſt formé de caractères que M. de Juſſieu appelle demi-uniformes (*tertiarii ſemiuniformes*), c'eſt-à-dire, qui ſont tantôt conſtans, tantôt variables, de quelque

organe qu'ils ſoient tirés. Telles ſont les diviſions du calice monophylle ou polyphylle, le nombre des germes, le nombre, la proportion mutuelle & la connexion des étamines, le nombre des loges du fruit & la manière dont il s'ouvre, la ſituation des fleurs & des feuilles, la nature de la tige &c. L'enſemble de ces caractères peut contribuer à former un caractère de famille, mais chacun ſéparément ne peut ſervir qu'à déterminer un genre. Outre cela, il y a même entre ces derniers caractères des degrés différens qui leur donnent plus ou moins d'importance; & en général de l'eſtimation de ces degrés il réſulte que les caractères d'un rang inférieur ont beſoin d'être réunis en grand nombre pour former un caractère équivalent à un ſeul du premier rang.

Ainſi l'on voit que, dans cette analyſe, M. de Juſſieu ne néglige aucune des reſſemblances que les plantes peuvent avoir entr'elles; que c'eſt de leur enſemble qu'il déduit les affinités par leſquelles les Végétaux ſont unis; on obſerve encore que, dans l'importance qu'il attache à ces affinités, il met une valeur proportionnelle d'un côté à la nature des organes qui en fourniſſent l'obſervation, de l'autre au nombre d'invidus & de genres dans leſquels elles ſe rencontrent.

C'eſt parmi les caractères génériques principaux que ce Botaniſte a pris les caractères conſtitutifs des ordres; c'eſt auſſi parmi les premiers caractères des ordres qu'il prend les caractères conſtitutifs des claſſes. Il les tire & de l'embrion & de la diſpoſition reſpective des étamines & du piſtil ou même de la ſituation de la corolle lorſqu'elle porte les étamines. Mais de ces deux caractères, celui de l'embrion & celui des inſertions, lequel doit l'emporter ſur l'autre? C'eſt ce que l'Auteur eſſaie de déterminer en reprenant, dans un ordre différent, les analogies & les faits dont il vient d'expoſer l'analyſe.

La ſeconde manière de procéder dans la recherche de l'ordre naturel, eſt de partir de principes démontrés, & d'en déduire comme conſéquences toutes les analogies qui donnent naiſſance aux différentes claſſifications dans leſquelles ſe rangent naturellement toutes les eſpèces du règne végétal.

Un des principes les plus importans qui aient été établis

par

par l'analyſe précédente, c'eſt que les caractères les plus généraux & les moins variables des plantes ſont toujours tirés de leurs organes les plus eſſentiels, & de la modification la plus importante de ces organes. Un organe dont la forme n'eſt conſtante ni dans les genres ni dans les ordres les plus naturels, ne peut jamais être employé pour caractériſer les premières diviſions. Suivant ce principe, la racine, la tige & les feuilles, ſouvent diſſemblables dans des plantes évidemment analogues, ne donneront jamais de caractères principaux.

C'eſt donc dans les parties de la fructification qu'il faut les chercher. Or, le calice & la corolle étant des parties acceſſoires qui manquent d'ailleurs dans pluſieurs plantes, on ne peut pas s'y arrêter pour former un premier caractère.

Les étamines & le piſtil formant le complément de la vraie fleur, ſont des organes eſſentiels, puiſqu'ils ſervent enſemble à produire la graine; mais ils ſe flétriſſent après qu'ils ont rempli leurs importantes fonctions, & le germe, ou plutôt l'embrion de la graine pour qui ſeul tout ce bel appareil eſt préparé, croît, ſe développe & mûrit deſtiné à reproduire une nouvelle plante; par-tout il eſt l'objet des ſoins les plus recherchés de la Nature. C'eſt donc par l'embrion que l'on doit commencer pour établir les caractères principaux ſur leſquels ſont fondées les premières diviſions du règne végétal.

L'embrion ou exiſte ſeul & ſans être accompagné des lobes ſéminaux nommés *Cotyledons*, ou il eſt attaché à un ſeul lobe, ou enfin il ſe trouve placé entre deux lobes. De-là une première & grande diviſion des plantes en *Acotylédones*, *Monocotylédones* & *Dicotylédones*, diviſion fondée ſur la conſtante uniformité de ce caractère dans tous les ordres connus.

Les autres parties de la ſemence, ou n'ont pas été aſſez généralement & aſſez ſcrupuleuſement obſervées, ou fourniſſent des caractères ſujets à un trop grand nombre d'exceptions, pour donner lieu à des diviſions du premier ordre.

Les organes qui, après l'embrion, tiennent le premier rang, ſont les étamines & le piſtil; c'eſt à leur diſpoſition reſpective que s'arrête M de Juſſieu, parce qu'il obſerve que ce caractère, quoique négligé par la plûpart des Botaniſtes, eſt cependant le ſeul vraiment conſtant & invariable fourni par ces organes.

D'ailleurs, cette manière de les conſidérer en les réuniſſant ſous un même ſigne, ſemble beaucoup mieux convenir à des organes qui, dans l'ordre de la Nature, ſont d'une égale importance, ou plutôt ne deviennent importans que par leur réunion. Ce caractère peut être exprimé par celui de la ſeule inſertion des étamines, laquelle ſuppoſe toujours la poſition relative du piſtil.

Les étamines ſont portées ſur le piſtil même, ou placées au-deſſous de cet organe, ou enfin elles s'insèrent ſur le calice qui l'environne. De-là trois ordres de diviſions claſſiques eſſentiellement diſtinctes qui ſont les *épigynies*, les *hypogynies* & les *périgynies*. Jamais ces inſertions ne ſe confondent dans une même ſérie. Il n'en eſt pas de même de l'inſertion des étamines à la corolle qui ſe trouve quelquefois réunie dans un même ordre avec chacune des trois précédentes. L'auteur explique cette particularité en obſervant que la corolle, eſpèce d'appendice des étamines, doit, dans le cas de cette inſertion, être regardée comme un ſimple ſupport intermédiaire dont l'inſertion par cela même détermine celle des étamines; elle eſt ſuſceptible d'être diviſée de même, peut être confondue avec elle & priſe pour elle, & devient alors un caractère eſſentiel.

De cette diſpoſition il réſulte ſept claſſes principales: les Acotylédones n'offrant point des organes ſexuels très-diſtincts & contenant un moindre nombre d'ordres ou de genres, ne forment qu'une ſeule claſſe; c'eſt la première. Les deux autres diviſions partagées ſelon les trois inſertions, donnent les ſix claſſes ſuivantes, & c'eſt ſous cet arrangement que Bernard de Juſſieu avoit diſtribué ſes différens ordres ou familles dans le Jardin de Trianon.

Dans ce plan, la diviſion immenſe des Dicotylédones, quoique partagée en trois claſſes, ſe trouvoit encore trop nombreuſe pour n'avoir pas beſoin d'être ſubdiviſée. Des obſervations tirées de caractères ſecondaires, mais dont l'univerſalité, preſque ſans exception, les égale à-peu-près à des caractères du premier rang, ont fourni à M. de Juſſieu de nouvelles diviſions au moyen deſquelles les ordres ſe trouvent diſtribués dans des grouppes plus uniformes & plus égaux.

Nous avons déjà dit que l'inſertion des étamines, dans les trois points principaux de la fleur, avoit lieu ſoit immédiatement, ſoit par l'intermède de la corolle, d'où réſulte la diviſion des trois inſertions en *médiates* & *immédiates*. Une obſervation preſque conſtante prouve que toute inſertion des étamines à la corolle ſuppoſe cette corolle monopétale, & toutes les corolles polypétales à très peu près ont leurs pétales diſtincts des étamines quoique toujours inſérées au même point & ayant avec elles une même origine. La corolle monopétale annonce donc preſque toujours l'inſertion médiate, & la corolle polypétale ſuppoſe l'inſertion immédiate. De plus, l'inſertion peut être immédiate, ſoit dans des plantes dont les fleurs n'ont point de corolle, ſoit dans celles dont les fleurs ſont chargées de pétales; ce qui donne lieu à M. de Juſſieu de diſtinguer deux ſortes d'inſertions immédiates, l'une *immédiate abſolue* ou *néceſſaire* faute de corolle, l'autre *ſimplement immédiate* qui annonce l'exiſtence d'une corolle polypétale à laquelle les étamines n'adhèrent pas ordinairement, mais peuvent quelquefois adhérer.

Ces obſervations fourniſſent neuf claſſes principales formées par l'inſertion *immédiate néceſſaire*, l'inſertion *médiate* & l'inſertion *ſimplement immédiate*, ou, ce qui revient au même, par les *Apétales*, les *Monopétales* & les *Polypétales*, ſubdiviſées chacune en *épigynies*, *hypogynies* & *périgynies*. On retrouve donc ici une des grandes diviſions de Tournefort priſe de la corolle, organe très-ſecondaire en lui-même, mais qui, par ſon union avec un organe principal & eſſentiel dont Tournefort n'avoit pas la connoiſſance, ſe trouve paſſer au premier rang.

On remarque encore que parmi les fleurs monopétales dont la corolle eſt épigyne ou portée ſur le piſtil, les unes ont les anthères *diſtinctes*, & les autres les ont *réunies* en tube ou en gaîne. Ce caractère très-ſecondaire en lui-même, & moins important dans les autres claſſes, ſuffit dans celle-ci pour former une nouvelle ſubdiviſion & ſéparer la ſérie nombreuſe des plantes Compoſées qui ont les anthères réunies, de toutes les autres plantes à fleurs épigynes dont les étamines ſont diſtinctes; &, au moyen de ce partage d'une des claſſes

principales, M. de Juſſieu en ajoute une aux neuf précédemment énoncées dans les Dicotylédones.

Enfin les plantes appellées *diclines*, ou dont les ſexes ſont eſſentiellement ſéparés par la ſtructure même de leurs organes, ſans qu'on en puiſſe accuſer ſoit l'avortement des étamines dans les fleurs femelles, ſoit celui des piſtils dans les fleurs mâles, forment une dernière claſſe qui appartient encore aux Dicotylédones.

Voici donc, dans les Dicotylédones, onze diviſions toutes répondantes à de grands enſembles tracés par la nature & conſacrés par la réunion des familles les plus naturelles & les mieux déterminées.

Les trois premières claſſes contiennent les Apétales ou les fleurs à inſertion immédiate néceſſaire, diviſées en épigynies, périgynies & hypogynies.

Les quatre ſuivantes renferment les Monopétales ou les fleurs à inſertion médiate. Elles ſont ſubdiviſées d'après l'inſertion de la corolle en hypogynies, périgynies, épigynies à anthères réunies & épigynies à anthères diſtinctes.

Trois autres claſſes préſentent les plantes polypétales, ou à inſertion ſimplement immédiate, diviſées en épigynies, hypogynies & périgynies.

Enfin, tout l'enſemble eſt terminé par les plantes diclines ou dont les ſexes ſont placés dans des organes ſéparés par la nature même de leur ſtructure.

Ces onze claſſes réunies aux trois des Monocotylédones & à la claſſe des Acotylédones, en forment en tout quinze parfaitement diſtinctes & dont aucune, ſi ce n'eſt dans quelques exceptions fort rares, n'interrompt la ſuite des ordres naturels.

C'eſt dans le cours de l'Ouvrage qu'on peut voir l'enchaînement de ces ordres qui ſont au nombre de cent rangés ſous les quinze claſſes dont nous venons de parler, & contenant en tout 1754 genres. Ce nombre de genres n'eſt pas le complément de ceux que décrit ici M. de Juſſieu. Il en place environ 150 autres à la ſuite de ſon Ouvrage, & ces genres ſurnuméraires, ou ne ſont pas encore connus ſuffiſamment, ou n'ont point encore d'analogie qui ait permis de les placer au rang des autres. M. de Juſſieu n'a cherché à diſſimuler

rien de ce qui manque à ſa méthode, parce que la vérité a ſeule été ſa loi & la Nature ſon modèle.

C'eſt dans l'expoſition des différens caractères de ces genres, de ces ordres, de ces claſſes, que l'on peut ſuivre avec plaiſir un obſervateur exact, fidèle & philoſophe.

Chaque diviſion portant en tête ſon caractère général, eſt accompagnée de tout ce que les caractères acceſſoires peuvent offrir d'analogies, de diviſions méthodiques, de variétés intéreſſantes. Chaque claſſe eſt expoſée de même, & les ordres déſignés auſſi par un enſemble de caractères toujours placés dans le lieu que leur mérite leur importance meſurée ſur leur univerſalité, ſont encore partagés ſouvent en d'autres ſections qui forment comme autant d'ordres ſecondaires, mais dont le partage eſt déjà preſſenti dans le caractère général.

Deux ordres de notes enrichiſſent ces deſcriptions : les unes placées au bas des caractères claſſiques déterminent l'enchaînement des ordres qui doivent entrer dans chaque claſſe ; les autres placées à la ſuite des ordres ou des familles en font obſerver les nuances, les dégradations & les liaiſons avec les précédentes & les voiſines. On en voit un exemple intéreſſant à la fin de la famille des Orties où l'on montre le réceptacle de fleurs fermé ſur elles dans le Figuier, s'ouvrir dans l'*Ambora*, s'évaſer dans le *Dorſtenia*, ſe renverſer dans le *Perebea*, devenir central dans l'*Artocarpus* & le Meurier, s'allonger dans l'Ortie globuleuſe, & enfin dans les Orties à grappes s'approcher inſenſiblement de la forme des Amentacées qui conſtituent l'ordre ſuivant.

Outre cela beaucoup d'ordres ſont terminés par des genres analogues (*genera affinia*) aux plantes qu'ils contiennent & qui ſemblent être ſemés çà & là par la Nature pour remplir les interſtices & former des nuances intermédiaires.

La deſcription des genres n'eſt pas moins ſoignée, & le caractère générique eſt ſuivi d'obſervations acceſſoires qui ſouvent contiennent l'hiſtoire, & pour ainſi dire les mœurs des plantes que renferme le genre. Le *Valliſneria* en eſt un exemple auſſi ſingulier qu'intéreſſant.

M. de Juſſieu, Médecin & Naturaliſte, n'a point oublié que la connoiſſance des corps de la Nature n'intéreſſe pas ſeulement

l'homme par la noble curioſité que lui inſpire le ſpectacle des objets qui l'environnent, mais encore par l'influence que ces objets ont ſur ſon exiſtence, ſur ſon bonheur & ſur ſa conſervation. Les Végétaux nous fourniſſent des alimens & des médicamens; la ſubſtance nutritive préparée dans les organes des Plantes reçoit en elles ſa première forme, & un grand nombre de ſubſtances médicamenteuſes ſont le réſultat des combinaiſons opérées par les inſtrumens de la végétation. Il ſemble donc naturel qu'il y ait une liaiſon entre les propriétés des Végétaux & leur organiſation. M. de Juſſieu en donne pluſieurs exemples dans ſon Diſcours préliminaire, &, au nombre des avantages de la méthode naturelle, il compte celui de réunir ſouvent des plantes également analogues par leurs vertus & par leurs formes. Cette vertu tonique & ſtimulante que les anciens ont déſignée ſous le nom de céphalique, eſt commune à toutes les Sauges. Les Bugloſes poſsèdent une vertu ſédative & diaphorétique que l'on a nommée pectorale. Les *Cochlearia* ſont antiſcorbutiques; les Euphorbes purgent & les Garances ſont diurétiques.

Ces analogies ne ſe bornent pas aux genres. Toutes les Graminées contiennent un périſperme farineux qui forme la baſe de nos alimens. La vertu antiſcorbutique du *Cochlearia* ſe modifie diverſement dans toutes les Crucifères. Les Labiées ſont toutes aromatiques & amères, & tantôt douées de principes plus fixes, elles ſont principalement ſtomachiques, tantôt pénétrées d'un principe plus volatil & analogue au camphre, elles agiſſent juſque ſur les nerfs éloignés de l'eſtomac, & ſont alors regardées comme céphaliques. Les vertus des Liliacées, des Légumineuſes, des Compoſées, des Ombellifères, quoique variées entr'elles, ſont néanmoins liées par des nuances qui font ſouvent appercevoir, dans chaque famille, les modifications d'un même principe. C'eſt ainſi que tous les ordres parfaits ſont unis non-ſeulement par les liens de leur organiſation, mais encore par ceux de leurs propriétés principales. Ceux, au contraire, qui contiennent des eſpèces ou des genres dont les analogies organiques ſont moins complettes, offrent de même, dans leurs propriétés, des diſparates plus ou moins conſidérables; ainſi le *Ficaria* qui n'a rien de

nuiſible diffère de la Renoncule âcre & cauſtique, la Fume terre du Pavot, &c.

Les obſervations que M. de Juſſieu fait ſur les ordres ou familles, ſont encore mêlées quelquefois de remarques utiles & médicales. A la ſuite des Euphorbes, il en fait une importante; leur périſperme charnu & formant une grande partie de la graine, eſt doux & ſans aucune qualité nuiſible; cependant la ſemence entière purge fortement. C'eſt dans l'embrion que réſide cette vertu purgative. Déjà Sérapion, Bauhin, Hermann, Geoffroy avoient averti de le ſéparer ainſi que l'enveloppe externe, & avoient remarqué que le reſte ou le périſperme étoit infiniment plus doux. Aublet a également obſervé que le périſperme de l'*Omphalea* & de l'*Hevea* ſéparé du germe devient un aliment ſain. Delà cette différence conſidérable qu'on obſerve entre l'huile par expreſſion tirée ſimplement des graines de Ricin & l'huile retirée des mêmes par le ſecours du feu: la première eſt douce & purge doucement; la ſeconde eſt âcre & vénéneuſe. La même différence entre les vertus de l'embrion & celles du périſperme a lieu dans beaucoup d'autres plantes. Les graines du Nerprun & du Sapotillier reçoivent de même leur propriété active de l'embrion. Les huiles exprimées de la chair de l'Olive s'altèrent & ſont moins douces lorſque le preſſoir a briſé ſon noyau & la graine qu'il contient. On ſent aiſément l'utilité de toutes ces remarques; ainſi l'exactitude que l'on met dans l'étude de la Nature, porte avec elle ſa récompenſe, & l'obſervateur le plus attentif devient en même-temps le plus utile.

Tel eſt l'ouvrage de M. de Juſſieu, écrit d'ailleurs dans un ſtyle dans lequel on trouve toute l'élégance que peuvent permettre les expreſſions techniques inévitables dans ces ſortes d'Ouvrages. Nous ajouterons encore à ſon honneur qu'il a paru moins occupé de ſa propre gloire que du ſoin d'élever un monument à celle d'un oncle également ſavant, modeſte & vertueux. Mais ce monument eſt double, &, en préſentant deux noms à la poſtérité, il offrira aux ſavans qui les ſuivront un grand Ouvrage à continuer & un beau modèle à ſuivre.

Nous penſons donc que la Société ne peut qu'accorder ſon approbation au travail de M. de Juſſieu, & qu'il doit paroître

ſous ſon privilège. Au Louvre, ce 3 Juillet 1789. *Signés*, GEOFFROY, JEANROY, HALLÉ.

La Société de Médecine ayant entendu, dans la ſéance tenue au Louvre le 3 du préſent mois, la lecture du rapport ci-deſſus l'a adopté en ſon entier, ce que je certifie véritable.
Ce 6 Juillet 1789.

VICQ D'AZYR, Secrétaire perpétuel.

INTRODUCTIO
IN HISTORIAM PLANTARUM.

HISTORIÆ naturalis nomine deſignatur ſcientia quæ Animantium, Vegetantium & Mineralium naturam ſcrutatur & evolvit. Hæc latè patens, ſeu corpora ſingula ſeorsùm exploret, ſeu ſimul omnia complectatur, nullos ſibi certos conſtituit fines. Cæteris arctè conjuncta ſcientiis, modò præmiſſa facem hæſitantibus præfert, modò præeuntium mutuatur opem quâ graves utiliùs ſuſcipiat diſquiſitiones & feliciùs abſolvat. Multiplices corporum formas, inſignem in omnibus elementorum connexionem aut organorum perpendit texturam, & diverſas telluris areas, diverſos emenſa tractus, peculiarem ubique typum ac geneſim agnoſcit. Concordem in ſingulis ſpeciebus velut in orbe contracto miratur partium ſtructuram & vires amicè conſpirantes; dein audaciori niſu ſeſe attollens, globum ipſum terræ proſpicit univerſum cujus tum diurnæ annuæque converſiones, tum periodica phænomena æquabilem ubique conſenſum & unicam vim motricem æternâ ſummi Numinis lege moderatam arguunt. Nimirùm variæ corporum partes & omnia in orbe corpora indeſinenti aguntur interno motu. Mineralium agitant molem perpetuus elementorum affinium aut adverſantium conflictus & confectaria mixtorum veterum ſolutio novorumque coagmentatio. Innumeræ quæ terram inexhauſtâ varietate diſtinguunt Plantæ, diverſis in vegetatione vicibus obnoxiæ, quotannis renaſcuntur aut novam induunt frondem. Conſimiles in vitæ decurſu functiones exercent Animalia, & reciproco ſolidorum ac fluidorum impetu conſervata, nutritione ſenſim inſtaurata, ſucceſſivâ quâdam auræ vitalis transfuſione conſtanter propagantur.

Quæ autem in tam multiplici formarum & fabricarum & actionum & locorum inveſtigatione verſatur ſcientia naturæ contemplatrix, ea non magnifica tantùm ſed & extenſa nimìs, ab humano ingenio teneri nequit niſi in plures diſtribuatur. Natura, vox anceps duplici potiſſimùm ſenſu accipienda, nunc generalior entium congeriem aut univerſum telluris ſignificat habitum, nunc uniuſcujuſque corporis compagem & exiſtentiæ modum ſpecialis

exprimit. Hanc ſub primo reſpectu ſi quis integram ſibi fidens audeat capeſſere, animos ille grandi detinebit apparatu & ſplendido illiciet ſermone idoneiſque verbis; ſed ſincero rerum naturalium inveſtigatori non ſufficit earum compendioſa delibatio aut cognitio inchoata. Ipſi noſcenda priùs ſingulorum natura corporum omnibus ſuis partibus abſoluta, quam definiunt præcipuè elementaris compoſitio & organica fabrica. Indè ſcientia duplex, elementorum & organorum diſtinctiſſima, altera in elementis indolem & numerum & proportionem & mutuam affinitatem computans, altera in organis texturam & numerum & diſpoſitionem & præſtantiam & reciprocam actionem metiens. Rejicienda igitur vetus triplicis Regni diſtinctio, nempè Animantium, Vegetantium & Mineralium, cui rectiùs ſubſtituitur recentior partitio in Regnum organicum & Regnum inorganicum, hinc Mineralia ſola, illinc Animantia cum Vegetantibus complectens.

Regna naturæ. Inorganicam Mineralium naturam conſtituit compages elementorum in diverſa coëuntium mixta quorum juxtapoſitione minerale corpus exurgit, adaugetur, perficitur; quibus poſteà disjunctis viciſsìm deſtruitur, recentiori nexu in nova concreſcens corpora non ipſi coæva ſed ex ejuſdem detritu facta, diſtinctiſſimum ab ente organico infrà definiendo. In examinandâ Mineralium formâ & poſitione mutuâ ſubſidet Mineralogia; ulteriùs procedit Chemia, ſejungens analyſi corporum principia, horum deprehendens numerum variaſque affinitates inter ſe conferens, & ipſam fecundâ Syntheſeos arte naturam æmulans.

A præcedentibus diſpar ſcientia organorum explorans naturam, non in eorum principiis ſcrutandis incumbit quæ Chemiam ſpectant, ſed in organis formam & contextum & vitæ modum potiſſimè conſectatur. Ens enim organicum ex ſolidis & fluidis conſtat partibus reciproco in ſe invicem agentibus motu, quarum ſolidæ aliæ dantur *ſimilares* ſimpliciſſimæ, aliæ *organicæ* ex ſimilaribus factæ, fluidæ verò intrà ſolidarum decurrunt vaſcula aut in earum cellulis conſiſtunt. Illud ex congenere natum, creſcit præcedenti conforme, principiis nutritione intùsſuſceptis invaleſcit, varias ab exortu ad finem patitur vices, fœturam progenerat ſibi ſimilem ultrà perſiſtens, & demùm ſolitâ ætate decurſâ ſuccidit. Hujus igitur hiſtoriam naturamque ſimul expri-

munt partium organicarum ſtructura & actio, ac ſubindè cognitio organorum & functionum veram Regni organici ſcientiam exhibet.

Communis Animantium & Vegetantium vitæ ſubſiſtit apparatus, [a] ſimplicior tamen in Vegetantibus quæ nervis & muſculis præcipuè defraudata, non ſentiunt nec ſpontaneum exerunt motum: communis habetur ideò ſcientia in his & illis organiſationem proſpiciens & vitam, ſimilitudines aut diſcrepantias numerans ex conformi aut diverſo utriuſque modo deductas, & ſeriem indè conſtituens naturalem in quâ ſimilia conſpirant, diſſimilia removentur, ita ut ex hâc immutabili entium diſpoſitione certa præſentiatur horum affinitas aut alienatio, & cognitis paucis viciniorum cognitio facilior evadat. Ex dictis Animal eſt corpus organicum vivens, ſentiens & agens; Planta verò corpus organicum vitæ capax, motûs & ſenſationis expers. Hæc ſufficiant de utriuſque analogiâ & diſtinctione: non ultrà par eſt in Animantium diſquiſitione immorari quæ Zoologis competit; nunc Plantarum hiſtoriæ penitùs incumbendum, quæ præcipua eſt ſuſcepti operis ratio.

Plantarum ſcientia ſeu *Botanica*, aliàs *Phytologia* dicta, ea eſt Botanica.
quæ Vegetantium naturam inquirit, id eſt, organorum in ipſis numerum, texturam, actionem, præſtantiam, ſitum mutuum aut proprium, figuram, proportionem & reciprocam diſcrepantiam determinat, exindè deducens ſigna plantis diſtinguendis ac definiendis idonea. Hæc plantarum deſignatio facilior ſummum eſt hodiernæ propoſitum ſcientiæ quæ tota in ſignis aptioribus & manifeſtioribus eligendis ac ordinandis incumbit, de cæteris minùs ſollicita. *Vera autem ſcientia ex præmiſſis integræ organiſationis ſtudio dedita, non hæret in pauciorum ſignorum delibatione, ſed omnes omnium organorum modos tenetur perpendere, præpoſitâ eorum ſtructuræ & actionis accuratâ expoſitione.*

Partes plantarum ſimpliciſſimæ ſeu ſimilares *fibræ* & *utriculi* Plantarum
dictæ, [b] in Animantibus eædem, variè coaleſcunt in textum partes &
utricularem, in membranas, in vaſcula ſucco nutritio aut ſucco functiones.

[a] Contra hanc de animalium vegetabiliumque analogia aſſertionem, vide Additamentorum meorum operi ſubjunctorum. n. 1. (U.)

[b] De ortu fibræ vegetabilis confer. Hedwigii V. Clariſſ. propr. opuſculum. Lipſiæ 1789. editum. Cfr. Botan. Magazin. n. 8. p. 74-91. (U.)

proprio aut aëre turgida. Ex hiſce contextis prodeunt centralis medulla & lignum ambiens & extimus cortex. Perfectiora inſuper & majora ex præcedentium concurſu organa componuntur, alia plantæ vitam foventia ut radix & caulis & folium, alia propagandæ ſpeciei neceſſaria ut flos & fructus, omnia ſimul in organum generale ſeu plantam integram coëuntia, quorum ſtructuram & diſpoſitionem & uſum præprimis noviſſe expedit.

Radix humi defixa ſuperiùs in *caulem* producitur: axim [a] utriuſque tenet medulla omninò utricularis; ſtrata ambiunt lignea, ex longitudinalibus vaſorum & fibrarum faſciculis textu utriculari interpoſito connexis concreta; ſuperſternitur cortex, ex fibris & faſculis & diſtinctis utriculorum ſeriebus ferè parallelis laxè intertextus ac quaſi reticularis, in radice madens ac ſuccoſus, in herbaceo caule membranaceus mollis, in arboreo ſiccior & ſæpè rimoſus. Succum in tellure paratum, craſſioribus exutum particulis, chylo animali congenerem, radix, venarum lactearum inſtar, exſugit avidè & in caulina defert vaſa propellendum altiùs, copioſum in juniore plantâ, in vetuſtiore parciorem ratione auctæ ſolidorum molis & imminuti vaſorum diametri. Pars hujus altera intrà corticem & lignum devecta concreſcit hinc in *alburnum* ſeu lignum exterius, indè in *librum* ſeu corticis interius ſtratum. Altera continuato vaſorum tramite viſcidiores in utriculis glanduliſve dimittit particulas, nunc melleas aut gummoſas, nunc reſinoſas aut acres, & deìn ultrà decurrens per cutis & præcipuè foliorum ſpiracula fluidiores ejicit. *Folia* quippe duplex vaſorum ſuprà & ſubtùs per tenues meatus hiantium conſtituit ſeries, & utrique gemina inſternitur membrana facilè post macerationem divellenda. Pori ſuprà poſiti humorem nimium vi propriâ & attrahente Sole perſpiratorium exhalant: undè ſemper ipſi aut aëri libero obverſatur foliorum pagina ſuperior, quam ſi inverteris retorto petiolo, ad Solem lenta redit. Pori in averſo latentes folio & ſæpè villis ſtipati, matutinum aut veſpertinum

[a] Hæc brevis œconomiæ vegetalis adumbratio partìm extrahitur ex noſtrâ theſi priſtinâ in Lycæo medico Pariſienſi propugnatâ anno 1770, cui titulus: *An Œconomiam Animalem inter & Vegetalem analogia?* †)

†) De quibus omnibus ulterius conſulatur Additamentorum meorum. n. 1. & 2. (U.)

atmoſpheræ rorem hauriunt, qui in interiora compulſus ad radicem uſque detruditur, ejuſdem nutritioni famulans. Sic à radice ad folia & à foliis ad radicem perpetuò devehitur ſuccus, Animantium æmulans circulationem & idem tribuens Vegetanti munus. Alternum hujus aſcenſum & deſcenſum juvant ſpirales tubi vaſis intermixti, tracheis Vermium ſimiles, aëre turgidi per radicis & foliorum meatus admiſſo qui mutuâ expanſione & denſatione ſuccum elaborat ut in reſpiratione animali, & fluentem juvare dicitur.

Prædictæ organorum deſcriptorum actiones ſufficiunt plantis victu reficiendis & vitali earum fovendo motui; aliæ inſuper & partes & functiones iiſdem multiplicandis & propagandis peculiariter addicuntur. Obiter hìc tantùm indicandæ multiplicationis artes Hortulanis notiſſimæ, taleæ aut propagines in tellure radicantes, & emiſſi ex imis caulibus ſtolones, & ſurculi inſititii, & Alliorum aut Narciſſorum bulbilli: generalior ſexuum concurſu fit propagatio [a]. Dùm enim ſuccus affluens diverſas Vegetantis partes nutritio rore alluit, è gemmis expediti *flores* novæ prolis generationi præludunt, exhibentes organa ſexualia proprio involucrum *calix* dictum, interno ſtabilius, continuum cuticulæ pedunculi floralis, ſæpiùs ipſi concolor ac ideò vireſcens, cæteras floris partes complectitur. *Coralla* in calice interior, libro pedunculi continua, altera involucri ſpecies nonnunquàm abortiva, ſæpè colorata non virens, indiviſa aut ex pluribus conſtans foliolis ſeu *petalis*, pro flore vulgatiùs habita utpote manifeſtior, ſexualibus immediatè apponitur organis quæ ſunt *Stamina* maſcula ambientia & *Piſtillum* fœmineum centrale. Stamina corollæ congenita, ipſi coævа & interdùm adnexa, ſimul ex eodem puncto nata ſimulque poſt fecundationem decidua, *antheram* ſeu folliculum gerunt ſeminali turgentem *polline* & *filamento* ſæpè innitentem. Piſtilli partes ſunt *germen* ſeminum rudimentis gravidum uteri inſtar; *ſtylus* vaginæ ſimilis, ex ſummo plerumque germine natus, tubuloſus ſæpè capillaris, interdùm nullus; *ſtigma* in ſtylo terminale, aut eo deficiente impoſitum germini, ſæpè viſcidum

[a] Maxime erroneam hanc de Plantarum propagatione Sententiam eſſe egregie nuper oſtendit *Medicus* Vir Clariſſ. in Actis Acad. Theod. Palat. Vol. VI. phyſic. Cfr. Addit. noſtr. 3. (U.)

& madens. Seu communi tecto, ſeu diverſis habitent ſedibus, ſtamina cum piſtillo in idem opus concurrunt. Namque ut primùm maturuére, elaſticâ vi diſſiliunt antheræ & emiſſum pollen viſcido ſtigmati appingitur, ova fecundo imbre proluens. Illud enim veſiculis conſtat innumeris, minutiſſimis ac variè conformatis, quæ dùm fluido innatant, hùc illùc in illo vagantur, tumeſcunt, latere dein fiſſæ materiem emittunt gelatinoſam, nebulæ inſtar irrumpentem nec aquæ miſcibilem, pro verâ habendam aurâ ſeminali ſolâ fecundante. Emarcida penſo abſoluto mox decidunt ſtamina, decidente ſimul corollâ quæ vera eſt ſtaminum appendix præmiſſumque ſucci fructuarii diverticulum donec in juniorem fructum utiliùs ille defluat prioris immemor viæ. Tunc *fructus* ſeu *pericarpium* diſtenditur & quandoque craſſeſcit utriculis copioſo ſucco turgidis. Concepti in ipſo fœtus clanculùm creſcunt Succus in idoneum teneræ proli pabulum attenuatus ovula ingreditur & ad debitam molem protrahit. Expleto incremento, dein lympha interior in ſolidam concreſcit, non ſimultaneis ut in viviparâ Animantium claſſe, ſed intrà pericarpium alternantibus incrementi & incubationis temporibus. Mox fructus areſcit & dehiſcens plerumque matura parit ſemina *receptaculo* interiori affixa, interdum in oſſeâ cruſtaceâve *nuce* aut *arillo* membranaceo vel coriaceo recondita. *Semen* duplici ſæpiùs membranâ propriâ obvolutum, extùs *hilo* notatur ſeu umbilico aut veſtigio funiculi cujus ope adhæſit receptaculo; intùs exhibet *corculum* ſeu plantæ compendium ex *plumulâ* aſcendente, *radiculâ* deſcendente & *cotyledone* ſeu lobo laterali ſimplici aut gemino factum, nunc ſæpiùs in ſemine ſegrex, nunc inſtructum *periſpermo* ſeu corpore diſtincto partìm aut penitùs ambiente, heterogenio, utili forsàn munimento interiore.

Nec ſatìs eſt: ſuî compos ſemen, novam inchoans vitam, feraci telluris committitur gremio; laxantur tunc meatus, emollitæ finduntur membranulæ, lobi diſcedunt, & dùm ſubtùs expedita ſuccos admittit radicula, creſcit intùs in caulem aſſurgens plumula cui ſuggerunt eſcam lobi. Vertuntur ii ſensìm in *folia ſeminalia* quæ plantulam adversùs irruentia quævis protegunt ipſique lympham tum propriâ perceptam ſuccione, tum à vegetiori radiculâ mutuatam parant ac colligunt, abſque quo debilior fatiſceret. Medullâ enim copioſiori, fibris ferè nullis,

tenello inſtruitur cortice. Sed nova evolvuntur folia, ſeminalia decidunt; inchoatâ perſpiratione augetur radicis ſuccio, affluit humor; fibrarum exoriens faſciculus conoïdeus medullam à cortice ſeparat ligneumque efformat ſtratum cujus apici inſidet gemma, fons ſurculi. Vere novo, mucus quidam organicus, non aquæ miſcibilis, corticem inter & lignum medius deponitur, fibrarum exordium conſtituens. Fibræ in cylindrum aut ſpiram intortæ, vaſculorum infinitam conſtituunt ſeriem; novi quotannis faſciculi, nova ſtrata prioribus imponuntur; extenſus invaleſcit cortex; gemmæ terminales ad latera repelluntur in ramulos producendæ; feliciùs abſoluto nutritionis opere amplificata aſſurgit planta, luxuriantes pulchrâ fronde ramos emittit, exornatur floribus & fructum maturat ſpem novæ prolis. Sed molliora ſensim terrei principii mixtione vaſa indureſcunt in fibras compactiores & obturata denegant ſuccis aditum; jam ſolida fluidis imperant; hæc ſuſpenſa ſiſtuntur, illa rigeſcunt; preſſa nimis aboletur medulla; pereunt radices & rami præcluſis vaſorum faſciculis continui, deciduntque. Mutilati corporis intima penetrat aër; alternâ humiditatis & ſiccitatis vice utriculos, fibrarum nexum, diſſolvit; terreas glutine avulſo moleculas diſſociat, quæ ſolutæ in pulverem extenuantur: indè Vegetantium finis.

Hæ ſunt variæ plantarum incrementi & decrementi vices, in ſingulis ſemper eædem nec unquam pervertendæ. Functiones exponuntur hic delibatæ tantùm, ſepoſitis probatoriis Autorum experimentis & diverſis eorum ſyſtematibus de partium naturâ & evolutione & actione, præteritis etiam nonnullis minoris momenti organis in poſterum ſuo tempore obiter memorandis. Quædam defectu organorum in plantis deſunt functiones animales, ut ſenſuum actio & ſpontanea mobilitas & digeſtionis præludium & ſolida excretio, quibus facilè abſtinent perſeverante nihilominùs vitali motu, & manifeſto tantùm certi diſcriminis eſſentiali ſigno. Ex dictis ſanè concluditur harum organica indoles & cum Animantibus affinitas legumque phyſicarum jam prolata communio.

Partes autem enumeratæ, licèt eadem ſemper exequantur munia, in plantis diſcrepant ratione mutui ſitûs & numeri & formæ & interioris aut exterioris ſtructuræ & diuturnitatis, Partium differentiæ

quarum differentiæ præcipuæ nunc ſigillatim notandæ ſunt atque definiendæ, ut iis ritè perſpectis plantæ ab invicem facilè & apto verborum delectu dignoſcantur.

Radix pars plantæ in terram demiſſa & ſuccos eliciens, quoad ſitum *perpendicularis* eſt rectà deſcendens, vel *horiſontalis* ſeu *repens* ad latera & tranſversim protenſa, tunc interdùm *ſtolonifera* cauliculos paſsim emittens. Quoad numerum *ſimplex* eſt, aut *ramoſa*, aut *faſciculata* ex pluribus arctè faſciculatis conſtans. Quoad ſtructuram & formam, *fibroſa* eſt aut *capillacea* radiculis fibroſis aut capillitium æmulantibus, *tuberoſa* in ſubrotundum corpus compacta intùs utriculoſum & minùs fibroſum, *turbinata* craſſa obverſè conica, aut *fuſiformis* oblonga craſſa ſuperiùs & inferiùs attenuata, aut *præmorſa* oblonga inferiùs truncata, aut *nodoſa* pluriès tumens interſtitiis coarctatis. Quoad diuturnitatem, *annua* eſt quotannis evanida, aut *perennis* diutiùs perſiſtens, *herbacea* mollis aut *lignoſa* ſolidior. Radices quædam paraſiticæ arboribus aut parietibus inſitæ, quædam aquatiles. Non habendus pro radice *bulbus* [a], vera caulis ſquamati aut foliorum baſi vaginantium pars infima ſubterranea plurimùm tumens, ſquamata aut turbinata, ſubtùs radicans.

Caulis, pars extrà tellurem emiſſa (rarò ſubnulla), folia & flores fructuſque proferens, *nudus* eſt aut *foliatus*, *integer* ſimpliciſſimus aut *ſimplex* apice ramoſus aut *compoſitus* à baſi diviſus & cæſpitoſus, diviſuris ſeu ramis *alternis* paſsim exortis, aut *oppoſitis* geminis ex oppoſito naſcentibus, aut *verticillatis* pluribus in orbem oppoſitis, aut *dichotomis* pluriès bifariàm diviſis. Formâ *teres* cylindricus habetur, aut *anceps* oppoſitè biangularis, aut pro numero angulorum & facierum *triqueter*, *triangularis*, *quadrangularis*..., *trigonus*, *tetragonus*..., *polygonus*. Superficie *ſtriatus* lineis exaratus, aut *ſulcatus* ſulcis excavatus, *glaber* omninò lævis, aut *tomentoſus* panni inſtar, aut *villoſus* pilis mollibus ſparſis, aut *aſper* pilis rigidis, aut *ſcaber* punctis exaſperatus, aut mucronibus ex cortice natis *aculeatus*, aut iiſdem ex ligno protruſis *ſpinoſus*. Directione *erectus* aut *procumbens* aut *repens*, *flexuoſus*

[a] Bulbi naturam atque eſſentiam primus accuratius docuit, Naturæ obſervator diligentiſſimus *Medicus* V. Cl. in Act. Acad. Theod. Palat. V. VI. phyſ. Cfr. Bot. Mag. N. 10. S. 106. f. et Addit. noſtr. n. 3. (U.)

flexuoſus per intervalla, aut *ſcandens* fulcra viciniora, aut circà eadem *volubilis* ſpiraliter aſcendens *dextrorsùm* juxta motum Solis vel *ſiniſtrorsùm* contrà Solem, aut *ſarmentoſus* lignoſus repens ſubnudus. Diuturnitate *herbaceus* annuus, aut lignoſus perennis *arboreus* maximus, *fruticoſus* minor, *ſuffruticoſus* minimus. Hujus inſuper nomen in nonnullis diſtinctum, nempè *truncus* in arbore, *ſcapus* in herbis quibuſdam radicalis florifer non foliatus, *culmus* in Gramineis fiſtuloſus per intervalla nodoſus, *ſtipes* incraſſatus in Fungis, *caudex* radici continuus & quaſi conformis cylindricus nudus ſub foliorum faſciculo ſimplici ultrà cauleſcente in Dracænâ, Yuccâ, Agave, Palmis.

Folia perſpirationis & inhalationis organa præcipua, ſæpiùs exiſtentia, raró nulla, nunc *petiolata* ſeu *petiolo* nudo aut rariùs alato inſidentia, nunc *ſeſſilia* eodem deſtituta, baſi nuda aut *ſtipulata* ſeu ſtipata membranis ſquamuliſve *ſtipularum* nomine inſignitis, variant præprimìs loco, ſitu, directione, duratione, ſtructurâ ſimplici aut compoſitâ & foliatione ſeu primâ evolutione. Numeroſa indè ſigna diſtinctionum eruuntur utilia, non hic prolixè recenſenda omnia, ſed præſtantiora tantùm elicienda ſemotis cæteris accuratiùs alibi memoratis atque definitis. 1°. Folia ratione loci inſertionis ſunt *radicalia*, *caulina*, *ramea*, *floralia*. 2°. Ratione ſitûs proprii aut mutui ſunt *amplexicaulia* aut *perfoliata* aut *vaginantia* caulem partìm aut omninò baſi cingentia aut vaginâ complectentia, *decurrentia* baſi utrinque in caulem indè alatum, *alterna* paſsìm abſque ordine exorta, *oppoſita* gemina ex oppoſito naſcentia baſibus interdùm *connatis*, *verticillata* tria aut plura in orbem oppoſita, *diſticha* ſecundùm duplicem oppoſitam ſeriem, plura *faſciculata* aut numeroſa densè *conferta*, aut *imbricatìm* mutuò incumbentia. 3°. Ratione directionis ſunt *erecta*, *horiſontalia*, *dependentia*, cauli *appreſſa* aut *patentia*, *inflexa* aut *reflexa*, *recta* aut *obliqua*. 4°. Ratione durationis ſunt *decidua*, *perſiſtentia*, *ſempervirentia*. 5°. Ratione ſtructuræ plurima dantur *ſimplicia* ſeu ſuprà petiolum ſolitaria non partita: horum forma eſt *linearis*, *ſubulata*, *lanceolata*, *haſtata*, *ſagittata*, *deltoïdea* ſeu triangula, *rhombea* ſeu inæqualiter quadrangula, *cordata*, *obcordata*, *reniformis*, *orbiculata*. Margo eſt *integer*, *ciliatus*, *ſpinoſus*, *dentatus* dentibus acutis remotis, *ſerratus* iiſdem proximis, *crenatus* iiſdem obtuſis, *ſinuatus*, *lobatus* lobis acutis aut obtuſis ſinus

diſtinguentibus, *palmatus* iiſdem in unum punctum confluentibus, *pinnatifidus* oblongus lateribus utrinque pluriès profundè ſinuatis & lobatis, *runcinatus* idem ferè lobis acutis retrorsùm uncinatis. Apex eſt *acutus*, *acuminatus*, *obtuſus*, *truncatus*, *retuſus*, *emarginatus*. Superficies paginæ ſuperioris aut inferioris *nitida*, *lævis*, *tomentoſa*, *lanata*, *viridis* aut *incana*, *hirſuta* ſeu *piloſa* pilis diſtinctis, *hiſpida* ſetis rigidis ſparſis, *ſcabra* punctis aſperis, *punctata* punctis non prominulis interdùm pellucidis, *aculeata* aculeis ſparſis, *venoſa* venis conſpicuis numeroſis in reticulum laxum complexis, *rugoſa* venarum interſtitiis elevatis, *nervoſa* nervis à baſi ad apicem indiviſè excurrentibus, *avenia* aut *enervia* venis aut nervis nullis conſpicuis. Expanſio ſit *plana*, *convexa*, *concava*, *plicata*, *undulata*, *criſpa*, *canaliculata*. Subſtantia eſt *membranacea* mollis, *coriacea* ſolidior, *teres* ſeu cylindrica, *ſemiteres*, *fiſtuloſa* ſeu tuboloſa, *craſſa*, *carnoſa*, *triquetra*, incraſſata *polymorpha* ut in Meſembryanthemis. Folia compoſita conſtant pluribus *foliolis* eidem petiolo inſidentibus, nempè *conjugata* duobus, *ternata* tribus, *quinata* aut *digitata* quinis aut pluribus ex eodem petioli puncto digitatìm exortis, *pedata* eidem petiolo bifido intùs digitatìm affixa, *impari-pinnata* plura utrinque juxtà petiolum communem nata cum impari terminali, *abruptè pinnata* eadem abſque impari, *bijuga*, *trijuga*... duo aut tria utrinque in eâdem pinnâ. *Decompoſita* ſeu bis compoſita more præcedentium ſunt *bigemina*, *biternata*, *bipinnata* pinnis pinnulatis. *Supràdecompoſita* ter confluentia eodem modo ſunt *tergemina*, *triternata*, *tripinnata* pinnis bipinnulatis. *Multipartita* foliolis conſtant inordinatè numeroſis. 6°. Ratione foliationis ſeu primæ intrà gemmam aut abſque gemmâ evolutionis, propria uniuſcujuſque junioris folii complicatio eſt *convoluta* margine lateris unius introflexo alterum ſpiraliter circumambiente, *involuta* margine utroque ſeorsùm & ſpiraliter introflexo, *revoluta* margine utroque ſeorsùm & ſpiraliter retroflexo, *circinalis* apice versùs baſim ſpiraliter retroflexo, *reclinata* apicè versùs baſim ſimpliciter retroflexo, *conduplicata* ſemel plicata lateribus ſibi invicem parallelè approximatis, *plicata* pluribus plicis corrugata. Quoad ſitum mutuum, folia juniora ſunt *convoluta* altero ſuprà alterum convoluto, *involuta* aut *revoluta* ſingulo ſeorsìm involuto aut revoluto, *equitantia* uno conduplicato alterum compar includente, *obvoluta* iiſdem conduplicatis alterno margine invicem complexis, *imbricata* iiſdem planis ſibi invicem incumbentibus.

Expoſitis ſummatìm præcipuis radicum & caulium & foliorum differentiis, nunc inquirendus in flore & fructu varius diſpoſitionis & ſtructuræ modus. In *infloreſcentia* ſeu florum diſpoſitione habenda ratio loci, inſertionis, directionis & numeri & mutui ſitûs & partium adjunctarum. 1°. A loco flores ſunt *radicales* aut *caulini* aut *ramei* pro parte floriferâ, *terminales* in rami aut caulis apice, *axillares* in axillâ inter folium & caulem, *ſuprà* aut *extràaxillares*, aut abſque ordine naſcentes ſeu *ſparſi*. 2°. Ab inſertione ſunt *pedicellati* innaſcentes *pedicello* ſeu ſtipiti proprio, aut *ſeſſiles* pedicello deſtituti. 3°. A directione erecti aut declinati aut horiſontales aut cernui, ſæpè proni, rariùs obliqui aut reſupinati, quidam Soli perennè obverſantes diurnâ pedicelli inflexione. 4°. A numero ſolitarii habentur aut plures juncti, pedicellis diſtinctis *faſciculatis*, aut in communem *pedunculum* bi vel triflorum...vel multiflorum confluentibus. 5°. A mutuo ſitu quidam *verticillati* habentur in orbem amplexicaulem conferti; quidam *capitati* ſuprà receptaculum commune congeſti ſeſſiles, interdùm & intrà calicem communem *aggregati*; alii *ſpicati* ſuprà rachim ſeu pedunculum communem axiformem ſparſi ſeſſiles ſubſeſſilesve, & quandoque *diſtichi* ſeu gemino ordine, aut *ſecundi* ſeu unico diſpoſiti, aut *ſpirales* ſpicâ in ſpiram contortâ, aut *amentacei* ſpicâ denſiore molli caudam felinam æmulante & flores apetalos uniſexuales infrà memorandos ſuſtinente; alii *racemoſi* ſpicatis ſimiles ſed ſinguli ſuprà axim pedicellati pedicellis ſubæqualibus uni aut paucifloris; alii *corymboſi* à racemoſis diſcrepantes pedicellis infimis ſensìm longioribus erectis ſuperiores altitudine adæquantibus; alii *paniculati* pedunculis pluriès variè diviſis, inæqualiter aſſurgentibus, diffuſis aut coarctatis; alii *umbellati* pedicellis ſubæqualibus umbellæ inſtar in idem pedunculi punctum concurrentibus; alii *cymoſi* racemis aut corymbis baſi in umbellam junctis; quidam demùm *ſpadicei* dicti præcipuè in Palmis & Aroïdeis, à *ſpadice* ſeu pedunculo indiviſo aut ramoſo, ſpicatìm aut paniculatìm florifero intrà *ſpatham* ſeu membranam ambientem.

Præthereà flores modò nudi ſunt, modò ſub calice aut ad imum pedicellum *bracteâ* ſeu florali ſquamâ cincti, ſimplici aut multiplici, laterali aut amplectente, coloratâ aut viridi, perſiſtente aut caducâ, quoad formam & ſtructuram variâ, aliud interdùm

ſortiente nomen. In plurimis Umbelliferis & aliis nonnullis polyphylla pedunculo verticillatim circumpoſita *involucrum* dicitur; *gluma* in Gramineis calici exterior & conformis, ſæpè bivalvis; *ſpatha* in Liliaceis & ſpadiceis floribus, baſi pedicellum aut pedunculum vaginans & juniuſculos flores complectens, ſimplex hinc fiſſa aut multipartita.

Floris partes anteà memoratæ ſunt organa ſexualia & eorum integumenta ſeu Perianthia, hæc calicis & corollæ, illa ſtaminum & piſtilli nominibus inſignita [a], quibus ſingulis ſua eſt diſſimilis ac varians ſtructura & diſpoſitio, utraque attentiùs perpendenda.

Calix, integumentum floris exterius ſeu *Perianthium* propriè dictum, corticoſa pedunculi floralis productio, raró deficiens, ſexubus tutandis conſtitutus, ſub piſtillo exoritur, nunc eidem partim aut omninò adnaſcens epidermidis inſtar, limbo ſuperiore tantùm libero *ſemiſuperus* aut *ſuperus* [b], nunc ab exortu diſtinctus & diſcedens *inferus*; mox *caducus* aperto flore, aut cum corollâ poſthàc *deciduus*, aut ultrà *perſiſtens*; *ſimplex*, aut *caliculatus* ſeu *caliculo* cinctus extimo ſæpè minore; *polyphyllus* foliolis conſtans pluribus diſtinctis, definitis vel rariùs indefinitis, unico vel gemino vel multiplici ordine diſpoſitis, aut *monophyllus* & tunc *multipartitus* laciniis baſi tantùm junctis, vel *integer* omninò indiviſus, vel baſi integer & limbo diviſus. Hujus baſis brevis aut oblonga aut longiſſima, *ventricoſa* fauce coarctata aut *urceolaris*

[a] His addit Linnæus *Nectarium* quo nomine deſignat partes prædictis florum organis interdùm additas et ſtructurâ diverſiſſimas, ut ſunt glandulæ, ſetæ, ſquamulæ, appendices, tubercula, foveæ, ſulci, calcaratæ et cornutæ propagines etc. Rejiciendum è ſcientiâ botanicâ nomen vagum nimìs, deſcriptionibus et caracteribus implicandis idoneum, et revocandæ potiùs ad ſingula organa partes pro nectario habitæ, nunc proprio tantùm nomine appellandæ. †)

[b] Calix non abit in fructum ut ait Tournefortius, nec ipſi verè ſuperus eſt referente Linnæo, ſed ipſum à baſi obtegit integrum ſimul concreſcens (vide Act. Pariſ. 1773, p. 223). Linnæanum tamen vocabulum Botanicis acceptum hìc admittitur mutatâ tantùm definitione.

†) Quod egregie doctum a Germanis *Medico* & *Schranckio* Viris Clariſs. tandem ad exulendum ineptum nomen commovere Botanicos deberet. (U.)

ſauce patens, aut *tubuloſa* cylindrica aut *turbinata* obversè conica, aut eadem longior *infundibuliformis* aut planiuſcula omninò *patens*. Limbus eſt connivens aut rectus aut patens aut reflexus, integer aut crenatus dentatus, aut acutè laciniatus ſeu *multifidus* aut obtusè *lobatus* numero definito vel indefinito, æqualis aut inæqualis aut interdùm irregularis. Altero nomine datur calix in Muſcis peculiaris *perichætium* dictus ab eorum calyptrâ diverſiſſimus, in Fungis *volva* membranacea calicis inſtar fungum juniorem ſæpè fovens, in Amentaceis quibuſdam *ſquama* deficientem ſupplens calicem, in aggregatis floribus calix communis multiflorus.

Corolla, interius tegumen, ex libro pedunculi nata plerumque colorata, in quibuſdam plantis nulla [a], exiſtens in pluribus, antè fecundationem vigens, poſthàc ſæpiùs *decidua* cum ſtaminibus, aut rariùs *caduca* ipſis fugacior, aut interdùm perſiſtendo *marceſcens* & tunc calicinæ potiùs quàm petalinæ indolis particeps, diſcrepat inſuper 1°. ratione ſitûs, utpotè *perigyna* ſeu infixa calici germen ambienti, aut *epigyna* piſtillo impoſita, aut *hypogyna* ſub

[a] Tegumentum floris, dum adeſt unicum, aliis calix, aliis corolla nuncupatur arbitrariâ lege. Tournefortius in Iſagoge p. 72 nodum non ſolvit incertus ipſe, eamdem partem in Tulipâ et Hyacintho corollam, in Narciſſo et Iride calicem appellans. Statuit tamen pro calice habendum eſſe cùm proprium ſit ſeminis involucrum, pro petalis cùm ſecùs accidit, ſive brevì pereat ſive duret. Linnæus ſimiliter anceps nunc calicem Hellebori pro corollâ et ejuſdem petala Ranunculaceis petalis omninò affinia pro nectariis ſumit, nunc organum idem dicit corollam in Rheo, calicem in Rumice, poſthabitis affinitatum rationibus. Nec feliciores alii fuêre in definiendâ corollâ. Si tamen ejus origo et magna cum ſtaminibus cognatio et uſus et facilis peractâ fecundatione prolapſio et habitus in pluribus floribus communior attentè perpendantur, tunc corolla definietur illud floris tegumen quod calice cinctum aut rariſſimè nudum, pedunculi libro non epidermidi continuum, non perſiſtens ſed cum ſtaminibus plerumque deciduum, fructum involvit aut coronat, nunquam cum ipſo concreſcens, et ſuas partes cum ſtaminibus numero æqualibus ſæpiùs alternans. Hæc conjuncta ſigna corollam certiùs diſtinguunt quæ præthereà in ambiguis floribus analogiâ congenerum judicatur. Perianthium igitur Narciſſi nudum, germini adnatum et lobos non alternans ſtaminibus, verus eſt calix ipſo docente Tournefortio, et idem extat conſequenter in Hyacintho aliiſque Liliaceis Narciſſo conjunctiſſimis.

eodem inſerta; calicinis partibus alternans aut rariùs oppoſita. 2°. Ratione numeri partium, utpotè *polypetala* petalis definitis rariùſve indefinitis, ex ungue & laminâ factis, aut *monopetala* eoſdem calicis monophylli modos admittens, nunc profundè multipartita, nunc tubo indiviſa & limbo definitè vel indefinitè lobata, crenata, dentata, ciliata aut rariùs integra. 3°. Ratione formæ, utpotè *regularis* partibus oppoſitis conformibus & æqualiter à centro diſtantibus, campanam, infundibulum, cylindrum, rotam, crateram, ſtellam, crucem &c. æmulans; aut *irregularis* inæquali partium oppoſitarum intervallo & ſtructurâ, *perſonata* confictam faciem referens, labiata, corniformis, papilionacea, vel polymorpha anomala. 4°. Ratione proportionis, utpotè magna, mediocris, parva, calici & ſtaminibus æqualis aut major minorve. 5°. Ratione coloris multotiès quidem in plurimis varii, ſed tenacis in benè multis 6°. Ratione demùm partium quandoque additarum, quales glandula, fovea, calcar, appendix, ſquamula, ſeta &c.

Stamen, maſculum Vegetantis organum, conſtituit anthera propriè dicta; follicularis, fœta polline, nunc ſeſſilis, nunc filamento ſtipitata, cujus conſiderantur 1°. ſitus ſeu inſertio totius ſtaminis, nunc *perigyni* ſuprà calicem aut *epipetali* ſuprà corollam, nunc *epigyni* ſuprà piſtillum aut *hypogyni* ſub eodem inſerti, nunc affixi diſco glanduloſo inter piſtilli baſim & imum calicem exorto; modò calici aut corollæ oppoſiti aut alterni, modò ab ipſis alienati. 2°. Situs antheræ nunc in apice filamenti erectæ, aut incumbentis ſeu verſatilis utroque fine liberæ aut quaſi umbilicatæ, nunc ejuſdem lateri adnatæ, ipſo interdùm ſuprà prominulo. 3°. Structura antheræ extùs rotundæ, ovatæ, oblongæ, ſagittatæ, bicornis, biſetæ, arcuatæ, reniformis, didymæ, appendiculatæ &c., intùs ſæpè bilocularis, rariùs uni aut multilocularis, plerumque in longum dehiſcentis, nonnunquàm apice poroſæ aut à baſi ad apicem univalvis aut tranſverſim bivalvis. 4°. Structura filamenti ſæpè capillaris, interdùm plani, cuneiformis, dentati, hirſuti, ſquamigeri, glanduloſi &c. 5°. Occurrens quandoque partium connexio, nempè antherarum coalitio in unicum corpus tubuloſum, filamentorum colligatio in unicum organum annuli vel urceoli vel tubi vel columnæ æmulum, aut in duplicem multiplicemve faſciculum antheris duabus vel tribus vel pluribus

onuſtum. 6°. Staminum numerus nunc ab unico ad duodenarium aut ſupràduodenarium definitus, nunc indefinitus, undè plantæ *monandræ*, *diandræ*, ... *dodecandræ*, *icoſandræ*, *polyandræ*. 7°. Filamentorum proportio, tum mutua nempè æqualis aut inæqualis, tum relativè ad partes ambientes quibus æqualia ſunt aut longiora *exſerta* aut breviora. 8°. Staminum quorumdam aut omnium abortus. 9°. Pollen demùm ſeu veſicula ſeminalem ſpiritum continens figurâ in ſingulis conſtans, ſphæricea, ovata, didyma, angulata, echinata, rotata, &c., ſpiritu emiſſo mox deformata & ceream Apibus materiem ſuppeditans.

Piſtillum, ſeu fœminea pars in flore centralis & receptaculo florali impoſita, conſtat germine, ſtylo & ſtigmate. Germen ſimplex eſt *monogynum* aut multiplex *polygynum*; nunc *ſuperum* calici infero, nunc cum ipſo ſupero penitùs concreſcens *inferum*, aut tantummodò baſi coalitum *ſemiinferum*; quandoquè impoſitum diſco glanduloſo, aut eodem infrà cinctum, aut glandulâ ſimili ſuprà tectum: ſæpius ſeſſile, nonnunquàm ſtipite elevatum; in quibuſdam floribus abortivum. Stylus in flore *monoſtylo* ſimplex ſuprà integer partituſve, aut in *polyſtylo* multiplex, aut quandoque nullus; plerumque ex germinis apice natus, interdùm ex latere, rariùs ex baſi; deciduus aut perſiſtens; longitudine & directione & craſſitie & figurâ varius; rariſſimè ſtaminifer. Stigma germini fertili nunquàm deficiens, nunc eſt ſeſſile ipſi impoſitum, nunc ſæpiùs ſummo inſidens ſtylo, ſimplex aut multiplex, deciduum aut perſiſtens, longitudine & craſſitie & formâ pariter varium.

Quatuor enumeratæ partes *completum* ſimul conſtituunt florem qui unâ deficiente *incompletus* evadit. Hic modò *apetalus* corollâ, vel *acalicatus* calice denudatur, modò uniſexualis *fœmineus* ſtaminibus, aut *maſculus* piſtillo orbatur, tunc à biſexuali *hermaphrodito* aut à *neutro* ſeu eunucho diverſus. Plantæ autem plurimæ dantur *hermaphroditæ* omninò biſexuales in eodem flore; quædam *androgynæ* ſeu *monoïcæ* floribus maſculis & fœmineis diſtinctis ſimul inſtructæ; quædam *dioïcæ* unico ſexu præditæ *maſculæ* aut *fœmineæ*; pauciores *polygamæ* floribus hermaphroditis & maſculis fœmineiſve ſimul commixtis onuſtæ [a], nonnullæ

[a] Obſervationes plurimæ ſuadere videntur, non rariorem hanc plantarum claſſem eſſe, equidem earum quas dioïcas cenſent plures novi ſubindè vere polygamas occurrentes. (U.)

cryptogamæ ſexubus præ tenuitate inconſpicuis & minùs notis [a].

Flores quidam accuratiori culturâ & ſucco abundantiori luxuriantes ſua multiplicant integumenta, nempè rariùs calicem, ſæpiùs corollam tum monopetalam tum præcipuè polypetalam, nunc omnibus abortivis ſtaminibus ſteriles verè *pleni*, nunc quibuſdam ſuperſtitibus fertiles tantùm *multiplicati*. Indè varietates exurgunt in hortis radiantes florumque ſtudioſis acceptiſſimæ, ſed adulteratâ organiſatione à Botanicis deſpectæ & in ſcientiâ nullæ, niſi quod frequentiori ſtaminum in corollam converſione maximam organi utriuſque analogiam confirment [b].

Fructus ex maturato germine factus inſtruitur pericarpio ambiente & ſemine contento. Pericarpium, idem cum fructu vulgatiùs dicto & quandoque nullum ſeminibus tunc nudis, ſimplex eſt aut multiplex, ſuperum aut inferum aut ſemiinferum, ejuſdem cum germine ſitûs & numeri conſors. Hujus inſuper variat 1°. Forma ſphæricea, ovata, truncata, turbinata, conoïdea, angulata, compreſſa, orbicularis, veſicaria, alata, articulata &c. 2°. Superficies teres, ſinuoſa, ſtriata, ſulcata, lævis, aſpera, tomentoſa, villoſa, hiſpida, echinata, ſpinoſa &c. 3°. Subſtantia membranacea, coriacea, oſſea, carnoſa, pulpoſa, ſuccoſa. 4°. Dehiſcentia nunc nulla fructu indiviſo; nunc partialis, apice aut latere aut baſi, dentibus aut poris; nunc integra, tranſverſa fructu *circumſciſſo*, valvâ ſuperiore ſimplici operculiformi; nunc perpendicularis omninò bivalvis, trivalvis, ... multivalvis, interdùm elaſtica. 5°. Compoſitio interior unilocularis, bilocularis, ... multilocularis; *diſſepimento* loculos diſtinguente variè diſpoſito, plerumque perpendiculo aut rariùs tranſverſo, valvis oppoſito aut parallelo, iiſdem continuo aut tantùm applicito, indiviſo aut partibili; *columellâ* centrali axiformi interdùm exiſtente & à diſſepimento diſtinctâ, ſæpiùs nullâ; *receptaculo* ſeminifero ſimplici aut multiplici, centrali aut laterali ſeu parietibus affixo, libero aut ad diſſepimentum appoſito. 6°. Contentorum ſeminum numerus in ſingulo loculo unicus aut multiplex, undè fructus aut loculus *monoſpermus*, *diſpermus*, .. *oligoſpermus* ſeminibus paucis,

[a] Quibus an *Aſexuales* jungendæ ſint, adhuc ſub judice lis eſt. (U.)

[b] Cfr. de Metamorphoſi hac plantarum Additam. noſtr. 4. (U.)

polyſpermus iiſdem numeroſis. 7°. Præmiſſorum habitâ ratione nomen fructui varium datur, nempè *capſula* membranacea aut coriacea aut cruſtacea, *ſiliqua* capſularis bivalvis ſuturâ utrâque oppoſitâ ſeminiferâ, *legumen* ſimile ſuturâ unicâ ſeminiferâ, *nux* oſſea, *bacca* ſuccoſa aut pulpoſa aut carnoſa ſeminibus diſtinctis ſœ a, *pomum* carnoſum ſolidum capſulam fovens, *drupa* carnoſa nuci circumpoſita, *ſtrobilus* ſeu *conus* amentaceæ florum diſpoſitioni ſuccedens, plurimis ſeminibus nucibuſve & intermixtis ſquamis in capitulum ſeu conum densè confertis conſtans. 8°. Præterea florale involucrum, pedunculus, calix, piſtilli receptaculum, ſucco interdùm turgent fructumque mentiuntur ſic vulgò dictum ac verè edulem in Ficu, Caſſuvio, Moro, Fragariâ &c [a]

Semen, ovum vegetabile, futuræ plantæ compendium, nunc nudum & piſtilli receptaculo impoſitum, nunc ſæpiùs incluſum pericarpio & receptaculo hujus interiori affixum, ſeſſile aut funiculo umbilicatum aut rupto nexu nidulans in pulpâ, corculo & involucris propriis conſtans, diſcrepat extùs 1°. ſitu erecto aut declivi aut inverſo; 2°. formâ & magnitudine & ſuperficie plurimùm variis; 3°. hylo terminali aut infimo aut laterali, latiore aut anguſtiore; 4°. arillo ſeu folliculo extimo facilè ſolubili, exiſtente aut nullo, monoſpermo aut rariùs di vel triſpermo; 5°. tunicis propriis ſæpiùs geminis, quarum interior tenuis, exterior membranacea aut coriacea cartilagineave aut calloſa, alata aut marginata.

Pars ſeminis interior præcipua & eſſentialis, vera plantula, *corculum* dicta, unicâ ſemper gaudet tum radiculâ tum plumulâ, ſed lobo ſeu cotyledone inſtruitur ſæpè gemino oppoſito, interdùm unico laterali, rariùs nullo conſpicuo: indè diſtinctio ſeminum *acotyledonum*, *monocotyledonum*, *dicotyledonum* [b]. Radicula extrà lobos prominula, erecta eſt aut in lobos inflexa, nunc

[a] De omni hac circa Pericarpia doctrina confer *Medici* V. Cl. claſſicum Opus. Philoſophiſche Botanick. I. Heft, von den mannigfaltigen Umhüllungen der Saamen. 8. Manheim 1789. tum de iis et ſeminibus ipſis *Gärtnerum* V. Cl. (U.)

[b] Dantur inſuper pauciſſimæ plantæ *Polycotyledones* immerito dictæ, quarum ſemina duobus inſtruuntur lobis multipartitis ac palmatis verticillum ſimul mentientibus, ut in Pino infrà obſervatur claſſ. 15. ord. 5. p. 411. 415.

aſcendens fructûs apicem ſpectans, nunc deſcendens pedunculo obverſa. Lobi ſunt tenues aut craſſiuſculi, plani aut partìm vel omninò flexi aut convoluti aut corrugati. Corculum integrum intrà tunicas ſolitarium (rariſſimè triplex ut in Aurantio) extat; vel ſtipatur *periſpermo*, corpore heterogenio incraſſato, farinaceo aut carnoſo aut corneo aut lignoſo, nunc ipſum omninò veſtiente, nunc partìm amplexante aut tantùm hìnc applicito; vel in ejuſdem periſpermi majoris foveolâ deliteſcit.

Enumeratis plantarum partibus curſìm addendæ ſunt quædam minùs eſſentiales; tum bracteæ florales & foliorum ſtipulæ & ſpinoſæ aut aculeatæ propagines jam prolatæ; tum inſuper gemmæ ſeorsùm vel ſimul florales & foliaceæ, plurimis conceſſæ arboribus & herbis denegatæ; cirrhi ſpirales indiviſi aut ramoſi, plantis ſcandentibus fulcro alligandis utiles; pili pro vaſculis excretoriis habiti; ſucci plantarum colorati lacteſcentes aut lutei aut ſanguinei &c.; glandulæ ſuccis ſecernendis idoneæ. Non ſilenda quoque inæqualis ſeminum germinatio citatior aut tardior, in aliis multò poſt maturationem facilè peragenda, in aliis ociùs neceſſariò inchoanda, forsàn à ſtatu corculi, nunc abſque periſpermo magni & valentioris, nunc intrà periſpermum exſuccum tenuiſſimi mox areſcentis. Non prætermittenda florationis, fructificationis & frondeſcentiæ tempora in diverſis plantis non eadem, in quibuſdam brevia ac circumſcripta, in aliis protractiora. Memorandæ etiam diurnæ florum nonnullorum explicationes præſtitutis horis exequendæ ac ſimul quoddam Floræ horologium exhibentes; & matutina foliorum in plantis quibuſdam expanſio quàm veſpertina conſequitur contractio ſomnum ſimulans; & quarumdam in aliis partium irritabilitas ulterioribus experimentis illuſtranda ac comprobanda. Eas tamen non ultrà juvat partes ac functione minoris notæ & in uſu botanico partìm omiſſas nunc evolvere.

Caracteres. Ex prænuntiatis partium differentiis pleriſque exterioribus deducuntur ſigna diſtinctionum exteriora quidem, ſed interioris ſtructuræ modum exprimentia, quæ *caracterum* nomine innoteſcunt, pro certis habenda Vegetantium organiſationis & eorum ideò naturæ indiciis. Caracteres autem, veri diſquiſitionum botanicarum fines, plantis dignoſcendis ac definiendis neceſſarii, diſtinguuntur ratione numeri & præſtantiæ & mutuæ affinitatis.

Primò quidem ſimpliciſſimi caracteres ſeorsùm expenſi coëunt in compoſitos ex aliquibus ſimul junctis, aut ultrà in generales ex compoſitis factos, aut demùm in univerſalem omnes Vegetantis partes & modos complectentem, quo conſtituitur habitus unicuique plantæ proprius & conſequens ejuſdem natura exteriùs manifeſta ; undè plantæ habitu ſimillimæ caractere & naturâ conformes habentur & vice versâ. Præterea in functionum ſerie quædam cæteris præſtant, vegetationem ac propagationem præprimis promoventes, quarum organa ideò primaria & caracteres ipſis proprii aliis jure præficiuntur. Ut tamen in organis primariis partium numerus & forma & proportio aliæque ſimiles cauſæ ad exercendam functionem præcipuam minùs conferunt, mutabiles ipsâ nihilominùs perſiſtente, ſic deducta ex hiſce modis ſigna minùs æſtimantur pariter inſtabilia. Caracteres igitur præſtantiâ inæquales pro ſubjecti organi dignitate & diverſarum ejuſdem rationum momento ordinatìm diſponuntur, alii inconſtantes ſeu varii, alii conſtantiores, alii conſtantiſſimi ſeu eſſentiales, in comparandis plantis non indiſcriminatìm ſed ex ordine adhibendi. Horum inſuper plures, in eâdem plantâ minimè aut parum cognati, ab invicem plus minùſve dicedunt quaſi ſui juris facti ; nonnulli contrà mutuò affines præcipuè in flore aut fructu & ex conſtantiorum aut eſſentialium ſerie deprompti, ita conſpirant ac connectuntur ut unus exiſtens alterum ſemper aut ſæpiùs prænuntiet : ſic germini infero calix ſemper monophyllus adnaſcitur, ſic ſtamina corollæ monopetalæ ſæpiùs inſeruntur tunc plerumque numero definita. Conſenſum hunc plura in poſterum confirmabunt exempla, patebitque multotiès magna ex ſignorum numero, major ex eorum diſparilitate percipienda utilitas.

Cogniti caracteres determinandis impenduntur plantis, & eas ſimiles indicant aut diſſimiles pro ſuâ in omnibus majori aut minori conſenſione. Plantæ cunctis partibus ſeu caractere univerſali convenientes, ex conſimili natæ & ſimilem pariturae, totidem ſunt individua ſimul conſtituentia *ſpeciem* propriè dictam quæ olìm malè deſignata, nunc rectiùs definitur perennis individuorum ſimilium ſucceſſio continuatâ generatione renaſcentium. Hæc entium conſociatio & ſeries generatìm immutabilis ac perpetua, fortuitò interdùm aut humanâ induſtriâ ſubvertitur ali- **Species et Varietates.**

quantiſper, dùm ſcilicèt ratione loci aut temperiei aut morbi aut culturæ variant individua quædam à primigenio diſcedentia floribus multiplicatis aut plenis aut mutilatis aut proliferis, foliis variè luxuriantibus aut deformatis, colore immutato, irrepente rubigine aut uſtilagine, organis uberiori ſuccorum affluxu ampliatis. Sed eæ *varietates*, in novâ ſeminum germinatione ſibi commiſſæ, ad primordialem reſtituto caractere redeunt ſpeciem, cæteris non obſtantibus cauſis & ſervatâ lege naturali. Nativa autem ſpecies, accuratâ definitione certò circumſcripta, verum ſtat fundamentum ſcientiæ botanicæ quæ in id penitùs incumbit, ut omnes planè dignoſcat ſpecies, univerſalem earum caracterem apprimè calleat, eas invicem conferat affines connectens & diſcrepantes ſegregans, & ex ſpeciali cognitione ac collatione generali integram omnium naturæ atque cohærentiæ notitiam conſequatur.

Genera. Ea ſpecierum perfecta nequit comparari cognitio niſi juvandæ memoriæ causâ in faſciculos primùm conglomerentur ratione affinitatis, & poſthàc in faſces ex junctis faſciculis compoſitas. Simpliciores faſciculi *genera* dicti complectuntur nonnullas ſpecies plurimis conſentientes ſignis, paucis diſcrepantes, & ideò caractere non univerſali ſed tantùm generali conformes Harum generica conſociatio certum exigit inter ſpecificos caracteres delectum, non arbitrarium ſed ſolidis innixum principiis, ita ut genus quodlibet ſpecies omnes verè congeneres habeat, diſparibus nunquam intermixtis.

Nulla fuêre priſcis in temporibus genericæ hujus conſtitutionis principia, & indicante tantùm habitu ſubſimili inexplorato, plantæ ſub eodem nomine vagè militabant. Veteres enim plerique, de re medicâ non de botanicâ ſolliciti, plantarum virtutem non caracterem exhibuêre in operibus pluriès apparatè interpretatis quorum magna, ſed ab hodierno aliena propoſito, merita hìc recenſere ſupervacaneum eſt, cum viri aliundè eruditiſſimi ſcientiæ nunc elucidandæ nullatenùs aut parùm profuerint. Qui tamen eos ſingulariter noviſſe ardet, huic conſulenda eſt optima Tournefortii Iſagoge Autores ſigillatim enumerans & debitam unicuique laudis partem tribuens. Horum ſucceſſores ibidem memorati conſtantiorem in deſcribendis plantis dedêre operam, ſed principiorum defectu & ignotis quibuſdam præcipuis organis

mancas ſæpiùs deſcriptiones & pravas ſemper diſtributiones ex locis aut qualitatibus aut ſtructurâ aut habitu malè percepto ductas tradiderunt, utili tamen ſpecierum cognitarum indicatione & quâdam deſignatione & hiſtoriâ & Veterum ſynonymiâ ſummè commendandi.

Intereà nullis adſtricta legibus fluctuans obmutuit ſcientia, donec intellexerint Botanici eam in caracterum inveſtigatione, in genericâ ſpecierum connexione, in ulteriori generum ordinatione præprimis verſari, & in conficiendis generibus aut ordinibus quoſdam præ cæteris adhibendos eſſe caracteres. Non hæc tamen doctrina confeſtìm invaluit. Geſnerus prior edixit ſigna deduci jure præcipua ex fructificatione, annuentibus poſteà Cæſalpino & Columnâ. Principium illud aliquandiù neglectum reſtituit Moriſonius, admiſêre Raïus & Rivinus & coætanei, omninò illuſtravit his recentior Tournefortius. Perpenſis enim diverſis plantarum partibus genericas in flore & fructu notas certò confidere aſſeruit, indèque ſua exſtruxit omnia genera, alia nempè primi ordinis ſolâ fructificatione deſignata, alia ſecundi ordinis in quibus aliud præter conformem fructificationis ſtructuram deſignationi additur. Promulgatam legem & numeroſo generum ſæpè naturalium conventu ſtabilitam admiſit poſtera Botanicorum cohors paucis exceptis.

Tournefortius in caracterum & organorum floralium enumeratione piſtilli partes & ſtamina deſpexerat pro vaſculis excretoriis habita [a], licèt jam anteà de plantarum ſexu à Veteribus præſenſo aliquid protuliſſent Camerarius, Cæſalpinus, Grewius & Malpighius. Ineunte præſenti ævo (1702) Burckardus in epiſtolâ ad Leibnitzium ſexualium organorum ſtructuram & uſum fusè expoſuit; varias deìn pollinis maſculi formas delineavit Geoffræus;

[a] Alienæ in flore partes à ſtaminibus tanquàm à vaſis excretoriis exceptæ deponuntur in apices (antheras) velut in cloacas. *Tournef. Iſag. p.* 68..70. Alibì tamen Tournefortius plantarum ſexum quaſi ſubodoratur, dum de dioïcis ait: An corpuſcula fluentia ex floribus in teneros fructus procul naſcentes feruntur, ut veluti è torpore ad proprium incrementum excitentur? Quemadmodùm de Palmis mare et fœminâ... affirmatur... ramulum floris maris in ſpatham fœminæ inſeri quo tempore ſpatha hiare ſolet; flos explicatus pulverem fundit ſine cujus affectione dactyli acerbi forent et inſuaves. *ibid. p.* 69.

Burckardiani placiti neſcius ſexuum actionem palàm promulgavit Vaillantius; pollinis dehiſcentia & auræ ſeminalis emiſſio B. Juſſæi & Needhamii obſervationibus innotuêre. Indè piſtillum & ſtamina pluris æſtimata meliores exhibuêre notas quas Linnæus in genericas aptè compoſuit. Adaucto ſic intrà florem caracterum genericorum numero, eos omnes ex fructificatione, nullos ex cæteris partibus eruendos eſſe ſancivit circumſcriptâ anteceſſorum lege. Secundaria igitur rejiciens Tournefortii genera, cætera omnia recudens, utiles unicuique ſtaminum & piſtilli notas addidit, nonnullas inſuper ex calice & corollâ & fructu deprompſit anteriùs prætermiſſas, & ordinatìm perpenſis partium numero & figurâ & proportione & ſitu, protenſam uniformemque generum tum novorum tum reformatorum ſeriem, gratam Botanicis ac omnibus ferè nunc acceptam conſtituit [a].

Ea genericæ conſtructionis norma in præſenti ſcientiæ ſtatu utilis, arbitraria tamen videtur & etiamnùm indefinita ideòque nondùm generibus verè naturalibus [b] conficiendis omninò ſufficiens, contradicente Linnæo qui ſuas generum cæſuras ſemper naturales judicat & cuilibet ordinationi facilè accommodandas. Dantur enim in fructificatione partes ac rationes aliæ aliis præſtantiores, & ſubindè caracteres dignitate inæquales, alii primarii eſſentiales, alii ſecundarii tantùm generales, alii infimi plurimùm inconſtantes, non omnes certè genericæ deſignationi peræquè idonei. Quidam inſuper extrà fructificationem ſparguntur, præcedentibus infimis digniores, iis longè præponendi, generalibus interdùm coæquales, partìm refuſi in ſecundariis Tournefortii generibus, in aliis verè naturalibus ſæpè conformes, in ipſis ordinibus definiendis nonnunquàm adjutores & ideò non mediocres in uſu botanico. Factitiæ igitur ſunt regulæ Linnæanæ caracterum floralium inæqualitatem & extrà-floralium quorumdam vim non exprimentes; ſed à naturalibus parùm diſſitæ genera exhibent Tournefortianis præſtantiora, plurima ſemper admittenda, pauciora reformanda, quæ ſimul utilem in ſcientiâ baſim nunc ſuppeditant.

Nomenclatio et deſcriptio. Cognitis caracterum ope ſpeciebus & iiſdem in genera collectis, alius eſt Botanico labor inchoandus, nempè ut genera

[a] Cfr. Addit. not. 5. (U.)

[b] Genera naturalia nulla dantur; nec niſi ſpecies naturam procreaſſe perſuaſum habeo. (U.)

ſpecieſque apto deſignet nomine & ſolidâ deſcriptione definiat, ita ut nomine & definitione à cæteris omnibus dignoſcantur. Ea autem ſcientiæ pars, licèt non primaria nec ſcientiam verè conſtituens, huic tamen promovendæ plurimùm confert, ideò non aſpernanda ſed elaboranda accuratiùs, ut faciliori locutione conjunctiores Botanici mutuâ promptiùs erudiantur obſervatione aut meditatione. Nihil utile ex Veterum ſcriptis eruendum, qui nec aptas ſæpiùs deſcriptiones nec nomina immutabilia protulêre, & indè plures horum plantæ in uſu medico receptæ nunc nullatenùs innoteſcunt defectu accuratæ deſcriptionis. His ſucceſſêre viri in re botanicâ peritiores, ſed nondùm certis circà nomenclationem principiis innixi & in deſcribendis plantis contractiores aut diffuſi nimìs, medium tenere neſcii. Nec ii profuêre ſcientiæ, qui deſcriptione & nomine ſimul conjunctis plantas deſignabant definitione phraſim integram adæquante, quæ ſpeciei nominandæ prolixior, deſcribendæ impar evadit: indè mendoſa præcedentis ſeculi nomenclatio à Tournefortio [a] admiſſa progredienti ſcientiæ moram interpoſuit. Huic verè maximam tulit opem Linnæus, dùm ſolutis phraſium botanicarum vinculis plantas omnes duplici tantùm inſcripſit nomine, altero generico ſubſtantivo, altero adjectivo ſeu ſpecifico, caracteres prætereà exhibens in deſcriptione adæquatâ, verbis ſignificantibus, multa paucis exprimens ſtilo technico. Regulas inſuper tum nomenclationis tum deſcriptionis tradidit, pleraſque optimas & generatìm admittendas, quaſdam fortè infirmandas [b] & ipſimet non ſacras. Sic ſapienti hujus inſtituto nomen *genericum* eſſe debet immu-

[a] Ille tamen nomenclationem emendandam judicans, aiebat in Iſag. pag. 63. 64: Nomina ſunt quædam velutì definitiones, quarum prima vox genus, cæteræ differentiam exprimunt... Nomina ſint brevia... nonnulla prolixiora vix uno ſpiritu ſuſtineri poſſunt... Aliud eſt plantam appellare, aliud deſcribere.

[b] Sic vocabula ex græco & latino fonte non deducta nunc palàm rejicit nunc recipit faciliùs. Sic etiam vernacula excludens nominà, licèt barbariem non redoleant antiquitùs recepta & latinè deſinentia, ſupprimit *Adhatodam*, *Calabam*, *Ceïbam*, *Guazumam*, *Iſoram*, *Ketmiam*, *Mançanillam*, *Guanabanum*, *Guaïavam*, *Papayam*, *Sapotam*, *Tapiam*, *&c.*, quibus ſua ſubſtituit, ab edicto tamen principio aliundè deflectens admiſſis *Mammeâ*, *Baſellâ*, *Yuccâ*, *Hurâ*, *Tulipâ*, *Curcumâ*, *Genipâ &c.*

tabile [a], ſimplex, non geminatum aut ex geminato malè compoſitum [b], non ſeſquipedale nec barbarum aut maleſonum [c], nominans [d] potiùs quàm ſignificans [e], generi proprium non alteri corpori commune [f], non ſyllabæ unius additione aut detractione alteri nomini conforme aut comparativum [g]. Nomen ſpecificum ſit

[a] Qui novum genus conſtituit, eidem nomen imponere tenetur, & nomen genericum dignum, alio licèt aptiore non permutare licet, edicente Linnæo *Phil. Bot. n.* 218. 243, & annuente Botanicorum choro. *Legem tamen ſæpè infregit ipſe legislator*, imitantibus aliis. Nulla enim cauſa manifeſta eſt cur nova aut antiquiora ſubſtituerit nomina pluribus à Tournefortio datis aut conſecratis, qualia ſunt *Abutilon*, *Acacia*, *Balſamina*, *Bugloſſum*, *Brunella*, *Bugula*, *Caprifolium*, *Caſia*, *Caſſida*, *Cataria*, *Elychryſum*, *Lappa*, *Mandragora*, *Pimpinella*, *Rapuntium*, *Sphondylium*, *Stramonium*, *Syringa*, *Tamariſcus*, *Tamnus*, *Terebinthus*, *Thymelæa &c.* Quorumdam vulgò uſitatiorum reſtitutio viſa fuit opportuna, parciùs tamen agenda, ne delicti labes in cenſorem ipſum transferatur.

[b] Ut *Corona Solis*, *Virga aurea*, *Dens Leonis*, *Lingua cervina*, *Laurocerasus*, *Corallodendron.*

[c] Ut *Hypophyllocarpodendron*, *Stachyarpagophora*, *Jabotapita.* Similia quædam ex Aubletio aliiſque nunc mutuamur rudia nimìs & in poſterum leviganda, dùm de certâ horum generum fabricâ conſtiterit.

[d] Nomen genericum utpotè non neceſſariò ſignificans, arbitrarium ideò dari poteſt, 1°. poëticum ut *Adonis*, *Narciſſus*, *Hyacinthus*, *Amaryllis*, *Circæa*; 2°. divinum aut regium, ut *Serapias*, *Atropa*, *Mercurialis*, *Lyſimachia*, *Artemiſia*, *Helenium*; 3°. ex inventoribus aut primis nuntiis ut *Nicotiana*, *Cinchona*, *Sarracenia*; 4°. ex Botanices fautoribus ut *Eugenia*, *Borbonia*, *Bignonia*, *Cliffortia*; 5°. ex peregrinatoribus ut *Baniſteria*, *Lippia*, *Gundelia*, *Commerſonia*. *Dombeya*; 6°. ex Botanicis optimis ut *Geſneria*, *Columnea*, *Cæſalpinia*, *Bauhinia*, *Moriſonia*, *Tournefortia*, *Plumeria*, *Dillenia*, *Linnæa*, *Juſſiæa*, *Halleria*, *Adanſonia*, *Jacquinia* &c. quarum appellationum à Tournefortio primùm rariſſimè admiſſarum & tunc honorificarum numerus increvit in infinitum abutente Linnæo, ita ut eviluerit decus indè conſectarium, cuilibet nunc conceſſum Botanophilo.

[e] Indè delenda ipſius *Glorioſa*, *Mirabilis*, *Impatiens*, verba verè adjectiva, & idcircò ſubſtantivis pejora. *Phil. Bot. n.* 235.

[f] Ut *Ephemerum*, *Onagra*, *Elephas*, *Auricula*, *Sagitta*, *Burſa.*

[g] Nomina comparativa alia ſyllabam præmittunt, ut *Linagroſtis*, *Pſeudodictamnus*, *Chamæceraſus*, *&c. alia* eamdem poſtponunt, ut *Aſteroïdes*, *Plantaginella*, *Myrtillus*, *Salicaria*, *Alſinaſtrum*, *Juncago &c.*

ſit pariter ſimplex ac facile, ſed præterea ſignificans, præcipuè deſumendum ex ſolido caractere ſpeciem à congeneribus diſtinguente & tunc verè *ſpecificum* [a], aut eo deficiente interim undequaquè eliciendum, nempè ex ſolo, regione, tempeſtate, duratione, colore, ſapore, odore, uſu &c., tunc deterius *triviale* dictum [b].

Deſcriptio vel eſt partialis vel univerſalis: hæc propria Monographis unicam plantam deſcribentibus aut peregrinatoribus de vegetantis hactenùs incogniti genere incertis, ſingulas nominatim recenſet partes ordine uniformi (ne quædam omittantur), nempè radicem, caulem, folia, infloreſcentiam, calicem, corollam, ſtamina, piſtillum, fructum & ſemina, eaſque omnes ratione exiſtentiæ, ſitûs, numeri, connexionis, figuræ & proportionis, additis inſuper habitu, patriâ, ſolo, vernaculo nomine & uſu. Deſcriptio partialis uſitatior altera genericos, altera ſpecificos delineat caracteres eodem ordine, nunc prolixior in diſſertationibus & phytographiâ partiali, nunc in univerſali contractior diſſimilia tantùm proferens ſigna præcipua, qualis in nuperiori Linnæano ſyſtemate habetur generum adumbratio & deſcriptoria phraſis ſpecifico nomini adjecta. Eæ autem compendioſæ Botanicorum deſcriptiones ſæpè peccant pravo caracterum delectu, eſſentialium omiſſione, comparabilium defectu, indicatione non ſufficienti, quas igitur iterùm atque iterùm reconcinnare opus eſt. His ſubjicienda ſunt non ſine emolumento *ſynonyma* ſeu diverſa nomina ab Autoribus præcipuè primariis [c] eidem plantæ impoſita, quibus velut ariadneo filo anteactorum explanatur laborum diſquiſitio, patent vitandi errores, merita in-

[a] Ut Fumaria *veſicaria*, Fumaria *bulboſa*, Pyrola *umbellata*, Pyrola *uniflora*, Hordeum *diſtichum*, Hordeum *hexaſtichum*.

[b] Ut Veronica *arvenſis*, Eryngium *maritimum*, Circæa *Lutetiana*, Leucoïum *vernum*, Iva *annua*, Lamium *album*, Mentha *piperita*, Viola *odorata*, Anchuſa *officinalis*, Satureïa *hortenſis*, Myagrum *ſativum*, Paſtinaca *oleracea*.

[c] Qui in Autorum prolatione præcipuos aut utiles quoslibet conjicius omittit, ipſis & ſcientiæ & ſibi nocet. Sic defuit Linnæus, vir cum Tournefortio Botanicus princeps, dùm hujus neglectâ ſæpiùs Synonymiâ & mutatis nominibus, oculis omnium quaſi ſubduxit æmulum quem non obſcuraverat: *tantus amor indiviſæ laudis!*

clareſcunt & ſuum cuique tribuitur. Plurimùm etiam ſtudio confert Ichniographia ſeu plantarum repræſentatio æri inciſa, non officiosè mendax ſed genuina ac ſimplex, deſcriptionibus potior in habitu exprimendo. Priſcorum icones pleræque vitioſæ, Recentiorum accuratiores, è quarum numero præcipuæ ſeligantur ſynonymis admiſcendæ, aut in novis plantæ nondùm delineatæ mox incidantur. Sic nomenclatione facili, accuratâ deſcriptione, ſynonymiâ certâ & iconibus nitidis ſolida perficitur plantarum deſignatio & earum tum ſpecifica tum generica cognitio confirmatur.

Claſſes & Syſtemata. Quæ autem ſpeciebus conſociandis prævaluêre principia à Botanicis edicta, eadem conficiendis generum claſſibus ſimili jure ſed contractiora profuerunt. Ut enim generica conſtitutio præcipuos elicit ſpecierum caracteres, ſic claſſica primarios delibat in genericorum ſerie. Indè ſpecificæ in omnes, genericæ in quaſdam, claſſicæ in pauciſſimas partes diffunduntur notæ. Progrediens ſcientia ſimplicioribus ſimul & præſtantioribus utitur ſignis: genericas deſignationes integra fructificatio, claſſicas unica ferè ejuſdem pars ſuppeditat, legem præſentiente Cæſalpino, Moriſonio partìm exequente, firmiùs ſanciente Tournefortio, confirmantibus aliis, iterùm & ſtrictiùs promulgante Linnæo. Hæc diſtributionis norma Veteres latuit qui organis minùs perſpectis ſuas ex habitu, loco, diuturnitate, florationis tempore, uſu medico &c. [a] ordinationes deduxerant. Ubi primùm fructificationis præſtantia veris innotuit Botanicis, ſingulus ſuo arbitratu partem in eâ manifeſtiorem aut præcipuis caracteribus multiplicandis aptiorem elegit. Sexubus nondùm cognitis, alii fructum, alii calicem, alii corollam præpoſuêre, ſuo modo ſuperſtruentes unicuique methodum variè diſpoſitam ac verè ſyſtematicam.

[a] *Orthodoxos* dicit Linnæus Autores ex fructificatione methodum deſumentes qui ſunt *Fructiſtæ*, vel *Caliciſtæ*, vel *Corolliſtæ*, vel *Sexualiſtæ*; *Heterodoxos* ab alio principio Vegetabilia diſtribuentes, quales habentur *Alphabetarii* ordine alphabetico, *Rhizotomi* à radicis ſtructurâ, *Phyllophili* à foliorum ſpeciebus, *Phyſiognomoni* ab habitu *Chronici* à tempore florendi, *Topophili* à loco natali, *Empirici* ab uſu medico, *Seplaſiarii* à Pharmacopæorum diſpoſitione. *Phil. Bot. n.* 25-31.

Utilitas methodi ea eſt ut genera ſpecies ſimiles connectentia, in ſectiones notis ſecundariis deſignatas convocata, ulteriùs congregata in claſſes ex nonnullis ſectionibus compoſitas ſignoque definitas primario ac ſimpliciori, ordinationis hujus beneficio facilè dignoſcantur dato caractere, & incunctanter nomine proprio ſalutentur. Sic quilibet in exercitu miles mox reperitur, cognitis hujus legione & turmâ & manipulo & contubernio. Sed eæ plantarum diſtributiones methodicæ in tantùm valent, in quantùm naturales & faciles & uniformes habentur: 1°. Qui enim naturæ ſedulò parent Botanici in individuorum & ſpecierum connexione, ab eâ nimiùm recedere erubeſcunt in generum approximatione, quorum dantur plurimæ ſeries apprimè naturales omnibus acceptiſſimæ, aliis *ordines naturales*, aliis *fragmenta naturalia* dictæ. Harum nonnullas methodus quælibet ſervat indiviſas, eò perfectior habita tacito naturæ juſſu, quò plures admiſerit.[a] 2°. Explanandæ tamen ſcientiæ ſtudiique contrahendi cupido Methodicos â naturâ ſæpè detorquet, notitiam facilem univerſaliori præponentes, quibus plantam præſertim nominâſſe, minùs ex integro noviſſe expedit: indè omnes requiruntur ſyſtematis diviſiones non confuſæ nec ambiguæ, ſed diſtinctiſſimæ & perſpicuæ & intellectu faciles, ſignis manifeſtis & conſtantibus innixæ. 3°. Aliqua inſuper laus tribuitur ſyſtemati cujus primariæ omnes ex eodem organo & ſecundariæ ex altero diviſiones eruuntur ita circumſcriptæ ac ſolidæ, ut uno quaſi tenore diffluentes & expeditæ, exceptionem nullatenùs aut rariſſimè admittant.

Hæ ſunt compoſitionis ſyſtematicæ præceptiones, arbitrariæ quidem & naturæ partìm repugnantes, ſed in ſcientiâ adhucdùm incertâ utiles, quas nunc ſeverè contractas, nunc remiſſiores quilibet ad nutum variè interpretatur. Plurima exindè prodierunt ex intervallo ſyſtemata, ſingula laude digna & certa Autorum ingenii ac doctrinæ indicia, nulla tamen prædictis omninò conformia regulis, ſed ab iiſdem plus minùſve diſcedentia, quæ hinc diverſis addicta partibus diverſos earum modos plurimaſque retegunt affinitates magno ſcientiæ emolumento, illinc ex ad-

[a] Nil deterius ſane in diſpoſitionibus Vegetabilium methodicis accedit, quam infelix illud ſtudium jungendi naturalem methodum quam vocant, artificiali. Inde confuſio ſumma & diſtributionis ineptia. (U.)

verſo inſtabilibus innixa principiis arbitrariæ legis vitium ſcientiæque artificialis tenuitatem evidenter manifeſtant. Singulari omnium judicatione confirmaretur præmiſſæ aſſertionis veritas, ſed in iis ſigillatim ſiſtendis ac diſcutiendis [a] immorari non expedit, ne nimiùm producatur ſermo contrahendus & in alias utiliter convertendus meditationes Sufficiet utcunque ſyſtematum inter omnia certò præcipuorum, Tournefortiani nempè & Linnæani, ſincera expoſitio & collatio mutua & æqua perpenſatio, quibus ex integro cognitis pateſcent utriuſque commoda & incommoda, ac ſubindè totius ſimul ſyſtematicæ doctrinæ utilitas & merita ſtabiliter definientur.

Tournefortii methodus. Qui primus aptiora conſtruxit genera Tournefortius in horto Pariſienſi Profeſſor ab anno 1683 ad 1708, primus etiam generalem methodum rectè delineatam, præmiſſis longè præſtantiorem & Botanicis acceptiorem exhibuit. De ſtudio explanando & plantis idcircò commodè ac æquabiliter ordinandis præſertim ſollicitus, ſuæ fundamentum diſtributionis poſuit in corollâ (ſeu, ut ait, flore) utpotè manifeſtiore, apud vulgum præſtantiore & plurimos ſufficiente caracteres facilè obſervandos, ſcilicèt exiſtente aut nullâ, ſimplici aut intrà calicem communem multiplici ſeu compoſitâ, monopetalâ aut polypetalâ, regulari aut irregulari. A Veterum tamen inſtitutis nondùm omninò deflectens, antiquam præpoſuit herbarum & arborum diſtinctionem, non uni ſeverè addictus parti, & dein claſſes herbaceas ſeptemdecim, quinque arboreas protulit. Prima harum & illarum partitio datur in pe-

[a] Quindecim enumerantur à Linnæo (*Claſſ. Plant.*), diſpoſita ratione organi methodum præcipuè definientis. Suos à fructu præprimis deprompſêre caracteres Cæſalpinus anno 1583, Moriſonius 1680, Raïus 1682, Chriſtoph. Knautius 1687, Hermannus 1690, Boerhaavius 1710; à calice Magnolius 1720, Linnæus 1737; à corollâ Rivinus 1690, Tournefortius 1694, Chriſtian. Knautius 1716, Ruppius 1718, Pontedera 1720, Ludwigius 1737; à ſtaminibus & plantarum ſexu Linnæus 1735. Singula hæc in prædicto opere ſyſtemata ſeorsùm aptè delineantur facili negotio percipienda. Adanſonius eadem commemorat (*Famil. Plant.*), additis aliis recentioribus exaratis à Royeno 1740, Hallero 1742, Morando 1744, Seguierio 1745, Wachendorfio 1747, Heiſtero 1748, Gleditchio 1749, Allionio 1762 &c., quibus ſuos addit numeroſos diſtributionum modos, eâ nimirùm mente ut ſimul & exemplo & præcepto confirmaret facilem nimìs dari poſſe ordinationis arbitrariæ multiplicationem.

talodes ſeu corollâ inſtructas & apetalas eâdem orbatas, ſecunda petalodum in ſimplices & compoſitas, tertia ſimplicium in monopetalas & polypetalas, quarta utrarumque in regulares & irregulares; quinta ex diversâ omnium formâ deducitur. Altera in Apetalis & Compoſitis habetur diviſionis ratio infrà memoranda.

Præmiſſis igitur herbaceis petalodibus ſimplicibus prodeunt in primâ claſſe corollæ monopetalæ regulares *Campaniformes* ſeu campanæ patentis aut tubuloſæ aut globoſæ formam æmulantes; in ſecundâ eædem regulares *Infundibuliformes* ſeu infundibulo aut hypocrateræ aut rotæ conformes; in tertiâ eædem irregulares *Anomalæ*, formâ plurimùm variæ, fructui capſulari præmiſſæ, in quartâ eædem irregulares *Labiatæ* ſeu limbo quaſi bilabiato, fructu prætereà tetraſpermo nudo; in quintâ corollæ polypetalæ regulares *Cruciformes*, ſeu tetrapetalæ petalis in crucem decuſſatis; in ſextâ eædem *Roſaceæ* petalis ſæpiùs quinque, interdùm pluribus aut paucioribus, in Roſam diſpoſitis; in ſeptimâ roſaceæ pentapetalæ *Umbelliferæ* ſeu pedunculis unifloris in umbellam collectis & fructu infero diſpermo nudo; in octavâ polypetalæ regulares *Caryophylleæ*, petalis ex imo calice tubuloſo emerſis longiùs unguiculatis, ut in Diantho ſeu Caryophyllo vulgatiùs dicto; in nonâ eædem *Liliaceæ* ſeu Lilio conformes, tri aut hexapetalæ aut tantùm ſexfidæ, fructu ſupero aut infero ſemper triloculari; in decimâ polypetalæ irregulares *Papilionaceæ* petalis diſſimilibus (vexillum, alæ, carina) papilionem imitantibus & fructu ſupero leguminoſo; in undecimâ eædem non papilionaceæ ſed *Anomalæ* multiformes, non aliter definiendæ. Simplicibus compoſitæ ſuccedunt corollæ, in calice communi plures aggregatæ & monopetalæ, germini proprio inſidentes ſuprà thalamum ſeu receptaculum commune; nunc in claſſe duodecimâ omnes *Floſculoſæ* ſeu tubuloſæ limbo quinquefido; nunc in decimâ tertiâ omnes *Ligulatæ* ſeu tubuloſæ & apice hinc fiſſæ, indè in ligulam productæ; nunc demùm in decimâ quartâ *Radiatæ*, id eſt, centrales floſculoſæ, marginales ligulatæ radium conſtituentes. Subeunt poſthàc Apetalæ, aliæ in decimâ quintâ claſſe *Stamineæ* flore (calix & ſtamina) & fructu inſtructæ, aliæ in decimâ ſextâ *Flore carentes* non ſemine, aliæ in decimâ ſeptimâ *Flore & fructu carentes.* Arbores fruticibus junctæ ſunt in decimâ octavâ apetalæ ſimpliciter *Stamineæ*, in decimâ nonâ apetalæ *Amentaceæ* floribus ſtamineis

& prætereà inſtar caudæ felinæ ſuprà amentum ſeu axim communem ſpicatis, in vigeſimâ *Monopetalæ*, in vigeſimâ primâ polypetalæ *Roſaceæ* regulares, in vigeſimâ ſecundâ polypetalæ irregulares *Papilionaceæ*. Claſſium ſectiones deſignantur nunc ipsâ corollæ formâ aut florum diſpoſitione aut rariùs plantarum habitu, nunc ſæpiùs fructu ſupero aut infero, ſimplici aut multiplici, baccato aut capſulari, uni aut multiloculari, mono aut polyſpermo.

Sic perficitur methodus principiis ſimplicibus & ſignis manifeſtis innixa, ideòque facili plantarum ordinationi ac ſtudio conducens, nonnunquàm abſque exceptione naturam collimans, admiſſis in claſſium numero ordinibus verè naturalibus, quales extant Labiatæ, Cruciformes, Umbelliferæ, Papilionaceæ, Compoſitæ &c., pluribus etiam ſectiones aliarum claſſium integras conſtituentibus. Sed ea cæteris ſimplicior, aliundè vitiatur 1°. pravâ herbarum & arborum diſtinctione nullis circumſcriptâ certis limitibus, affinia disjungente genera in Roſaceis, Papilionaceis, Compoſitis, ſpecies diſgregante congeneres in Araliâ, Buplevro, Salice, Rubo, Daturâ, Senecione, Geniſtâ, Coronillâ aliiſque benèmultis generibus partìm herbaceis, partìm aboreis fruteſcentibuſve, quæ tamen diſſimulante methodo herbis aut arboribus indiviſa adduntur; 2°. ordinatione interdùm vagè deſignatâ & non ſemper uniformi, dùm claſſis una inter apetalas dicitur flore non ſemine carens, & Caryophylleæ ac Liliaceæ ſolo deſignantur habitu ac quâdam ſimilitudine, & quædam Liliaceæ (Hyacinthus, Narciſſus, Gladiolus) certò non polypetalæ cognatis admiſcentur polypetalis favente lege naturali, ſyſtematicâ refragante; 3°. improbo caracterum in corollâ infimorum delectu præcipuis poſthabitis, dùm conſtans corollæ ſitus vix ſectionibus deſignandis adhibetur, & varias ejuſdem formæ claſſes definit in Campanulatis, Infundibuliformibus, Anomalis &c., affines ſubindè ſegregat Campanulam & Lobeliam, Rubiam & Rubeolam, Cerinthem & Pulmonariam &c., diſcordes connectit Araliam & Aſparagum, Lobeliam & Ariſtolochiam, Butomum & Helleborum, Violam & Orchides, Paridem & Cruciferas &c.; 4°. pauciorum caracterum enumeratione, iis tantùm prolatis ſyſtematico more, quæ ſpeciei ad ſummum diſtinguendæ ac nominandæ ſufficiunt, cæteris omiſſis; 5°. integumento florali certè

ſecundario & tamen in primarium organum malè conſtituto claſſicoſque ſuppetente caracteres, dùm organa ſexualia verè primaria, nempè ſtamina & ſtyli omninò prætermiſſa ne ſectionibus quidem definiendis impenduntur.

Ex ſupra dictis Tournefortius ignotâ ſexuum actione ſtamina reſpuerat, quorum præſentiam poſthàc manifeſtam ſi noviſſet prius, ea certè in uſum botanicum evocata perfectiori generum & claſſium fabricæ adhibuiſſet. Utiles in claſſibus delineandis ſtamineos caracteres animadverterat Burckardus, in eâ cogitatione ſubſidens. Ultrà proceſſit Linnæus Profeſſor Upſalienſis ab anno 1741 ad 1778, & confirmatâ organorum ſexualium dignitate, ſuum exſtruxit ſyſtema ſexuale dictum, cujus caracteres ſectionum ſæpiùs ex piſtillo, claſſium ſemper ex ſtaminibus depromuntur. In his perpendit numerum & proportionem & connexionem mutuam & conjugationem cum piſtillo, & occultationem & quandoque ſitum: undè viginti quatuor exurgunt claſſes, ſingulæ ratione numeri germinum aut ſtylorum multipartitæ. Linnæi ſyſtema.

Sic priores undecim claſſes numero ſtaminum definito (ab uno ad duodenarium, undenario nunquàm exiſtente) & appellatione conformi græco-latinâ deſignantur, dictæ *Monandria*, *Diandria*, *Triandria*, *Pentandria*, *Hexandria*, *Heptandria*, *Octandria*, *Enneandria*, *Decandria*, *Dodecandria*. Ad *Icoſandriam* ſubſequentem referuntur ſtamina plura, ſæpè viginti, calici inſerta; ad *Polyandriam* adjunctam eadem verè indefinita ac numeroſa, calici non inſerta. Habitâ dein ratione proportionis ſtaminum, nomine *Didynamiæ* & *Tetradynamiæ* ſeorsùm adſtant in claſſe decimâ quartâ & quintâ plantæ tetrandræ & hexandræ quarum ſtamina duo aut quatuor duobus cæteris longiora ſunt. Poſthàc perpensâ eorum connexione, filamentis in unum aut duo aut plura corpora connatis triplex datur claſſis, nempè *Monadelphia*, *Diadelphia*, & *Polyadelphia*; ex antheris in cylindrum coalitis unica eruitur *Syngeneſia* dicta. Ponè ſubit *Gynandria* cujus ſtamina cum piſtillo concreſcunt aut eidem inſident. Præteritâ in vicenis claſſibus florum hermaphroditorum ſeu biſexualium ſerie, prodeunt uniſexuales maſculi aut fœminei, quos nunc eadem planta mixtos profert in *Monoëciâ*, nunc diſtinctæ plantæ gerunt in *Dioëciâ*, nunc interdùm quædam promiſcuos habent cum hermaphroditis in *Polygamiâ*. Congeruntur demùm in *Cryptogamiâ* plantæ quarum

flores & ideò ſtamina præ tenuitate nondùm aut minùs innoteſcunt, obſcuratâ ſimul ſexuum actione. Claſſium diverſæ ſectiones plerumque definiuntur germinum aut ſtylorum numero, communi horum & illorum denominatione dictæ *Monogynia*, *Digynia*, *Trigynia*, *Tetragynia*, *Pentagynia* . . . *Polygynia*. Interdùm diſtinguuntur floribus variè polygamis; feminibus nunc *gymnoſpermis* nudis, nunc *angioſpermis* pericarpio tectis; fructu ſiliquoſo aut ſiliculoſo; ipſomet ſtaminum numero dùm claſſi deſignandæ non præfuit.

Syſtematis hujus ut & præcedentis aliæ ſunt laudandæ partes, aliæ redarguendæ. Præ cæteris uniforme & accuratum & uno principio addictius, omnes ex unicâ parte claſſicos eruit caracteres ita delineatos ac circumſcriptos, ut facili negotio percipiantur & plantis omnibus ordinatè diſtribuendis ac ſine præceptore agnoſcendis conducant. Quædam inſuper hujus claſſes ferè omninò naturales habentur, ut Tetradynamia, Monadelphia, Diadelphia, Syngeneſia. Sed 1°. ſyſtema tenuiſſimis interdùm innititur organis, oculo armato & acu divellente tunc difficiliùs obſervandis, ignoſcendo tamen vitio moleſtiam tantummodò & erroris metum inducente. 2°. Prætereà arbitrarium ſyſtematico more, dùm multiplicatis claſſibus omnes earum deſignationes ex unicâ parte molitur depromere, tunc ſolidorum caracterum penuriâ, eſſentialibus promiſcuè addit inconſtantes quos etiam utpotè numeroſiores frequentiùs uſurpat, prioribus plerumque neglectis. Indè primarias ex ſtaminum numero & proportione notas minùs ſtabiles deducens, diſcordes in iiſdem ſectionibus congerit plantas, in Diandriâ Piper & Jaſminum, in Triandriâ Tamarindum & Iridem, in Tetrandriâ Rubiam & Evonymum, in Pentandriâ Primulam & Coffeam, Ulmum & Cicutam, in Hexandriâ Berberidem & Hyacinthum, in Octandriâ Tropæolum & Ericam, in Decandriâ Malpighiam & Alſinem, in Polyandriâ Chelidonium & Tiliam &c. Affines aliundè ſecernit didynamas à tetrandris, Chloram à Gentianâ, Blitum à Chenopodio, Ericam ab Andromedâ, Centunculum ab Anagallide, Canarinam à Campanulâ, Myoſurum à Ranunculo, Sibbaldiam à Potentillâ, Sempervivum à Sedo, Caſſinem ab Ilice, Labiatas diandras à didynamis, Gramineas triandras ab hexandris &c. 3°. Staminum numero ſic diſcrepant non tantùm genera cognatiſſima in ſyſte-

mate ſejuncta, ſed & ſpecies congeneres ab invicem dimoveri neſciæ, in Convallariâ, Polygono, Riviniâ, Verbenâ, Gentianâ, Valerianâ, Rubiâ, Lepidio, Geranio, Ceraſtio, Lino, Tillæâ, &c. quarum arctiorem nexum non ſolvit ſyſtema, exceptionibus ideò deturpatum & minùs uniforme. 4°. Simile, licèt multò rarius, diverſos ejuſdem plantæ flores obſidet numeri diſcrimen in Monotropâ, Chryſoſplenio, Adoxâ, Trientali, Diſandrâ, Rutâ aliiſque indè difficiliùs ordinandis & ſtaminei hujus caracteris inſtabilitatem confirmantibus. 5°. Quædam ſteriléſcunt aut & ſupprimuntur ſtamina in Bignoniâ, Gratiolâ, Chelone &c., abortu inveterato plantarum ordinationem immutante. 6°. Gynandria parùm à præmiſſis (præcipuè à Monandriâ) diſcrepat claſſibus, in eas optimè refundenda, & inſuper plantas pauciores verè gynandras complexa. 7°. Nec ſervandæ claſſes ſexuum diſceſſione inſignes, cum multæ monoïcæ aut dioïcæ & omnes polygamæ plantæ tales habeantur ſolo partium abortu, veris hermaphroditis rectiùs conſociandæ. *a*

Si methodus facilis & magìs Naturæ ſequax indè judicetur perfectior, Tournefortiana cæteris præſtat, utpotè naturales affinitates minùs ſubvertens, manifeſtioribus uſa ſignis & in decurſu expeditior. Linnæani ſyſtematis ordinatio nonnunquam operoſa, deſignationes interdùm difficiles & frequentior plantarum diſſidentium connexio. Sed illud magìs circumſcriptum, certiùs definitum, ſignis innixum ſedulò exaratis & ex unâ parte primariâ depromptis, numeroſiori ſuperbiens Vegetantium agmine ſub iis ordinatìm militante & rariùs devio, meliori ditatum deſcriptione ac nomenclatione tùm genericâ tum ſpecificâ, pluribus abundans commodis, ideò prævaluit univerſo ferè Botanicorum conſenſu. Hæc autem ſyſtemata arbitrariò conſtructa, ſcientiam exhibent fictitiam non naturalem & plantis non penitùs cognoſcendis ſed tantùm compendioſè definiendis ac certò nominandis addictam. Habenda ſunt igitur quaſi præludia botanica, aut repertoria aptè digeſta, indiceſque non alphabetici, alii aliis commodiores, in quibus, ſecundùm ſigna in faciliorem propriæ inveſtigationis laborem mutuique Botanicorum commercii nexum admiſſa, pacto ordine diſponuntur plantæ, donec feliciùs iteratâ meditatione in ſeriem verè naturalem diſtribuantur.

Circumſcripta ſyſt. tematum utilitas.

(*a*) Circa defectus & errores ſyſtematis ſexualis Linnæani Cfr. Addit. noſtr. 6. (U.)

Verum ſcientiæ propoſitum.

Ex præmiſſis innoteſcunt plantarum partes & functiones & partium differentiæ & caracteres indè conſectarii. Noſcuntur etiam ſpecierum generumque deſignationes & appellationes & ſimul aptiores utrarumque perficiendarum modi. Neminem inſuper præterit hinc plantarum ordinationis neceſſitas, illinc arbitraria ac imperfecta ſyſtematum hucuſque ordinantium compoſitio, artificialis non genuina, veris affinitatibus proferendis nullatenùs accommodata & utilem tantummodò verioris ſcientiæ proſpectum exhibens. Ea novo ſub aſpectu nunc conſideranda, non factitiis ſed immutabilibus ſubjicitur legibus quas Natura in plantis apertè inſculpſit, cuilibet aſſiduo obſervatori manifeſtas. Botanicum diù deluſit errans aut vaga nimìs definitio [a] ſcientiæ quæ dùm plantis tantummodò deſignandis ac nominandis incubuit, caracteres ſolos excerpſit ad hanc deſignationem neceſſarios cæteris omiſſis, & tunc in generum ſpecierumque determinatione atque nomine ſæpiùs anceps ac ſibi non ſimilis, apud vulgum viſa fuit ſcientia meræ nomenclationis, non menti ſed memoriæ exercendæ præprimìs idonea. Cum autem ſincerus naturæ contemplator, ipſam in plantis explorans, teneatur integram earum organiſationem ſcrutari ac evolvere, omnes ideò proſequitur caracteres, & neglectâ methodo pauciores memorante, eam tantùm inquirit quæ nullos omittens & mutuas omnium deprehendens affinitates, abſolutam plantarum cognitionem ſuppeditat.

Methodus naturalis.

Hæc dudùm quæſita ordinatio [b], inter omnes longè præcipua,

[a] Botanices pars prior in rectâ plantarum cognitione ſita eſt... Plantas apprimè noſſe aliud nihil videtur, quam in promptu habere nomina quæ iis aptè impoſita ſunt. *Tourn. Iſag. p.* 1... Botanica eſt ſcientiæ naturalis pars, cujus ope feliciſſimè & minimo negotio Plantæ cognoſcuntur & in memoriâ retinentur. *Boerh. Hiſt.* 16... Botanica eſt ſcientia naturalis quæ Vegetantium cognitionem tradit. *Linn. Phil. Bot. n.* 4.

[b] Claſſes quò magìs naturales, eò cæteris paribus præſtantiores ſunt... Summorum Botanicorum hodiernus labor in his ſudat & deſudare decet. Methodus naturalis hìnc ultimus finis Botanices eſt & erit. *Linn. Phil. Bot. n.* 206. Primum & ultimum in Botanice quæſitum eſt methodus naturalis. Hæc adeò à Botanicis minùs doctis vili habita; à ſapientioribus verò tantì ſemper æſtimata, licet detecta nondùm... Diù & ego circà eam inveniendam laboravi, benè multa quæ adderem obtinui, perficere non potui, continuaturus dum vixero. *Linn. Claſſ. pag.* 485.

ſola verè uniformis ac ſimplex, affinitatum legibus conſtanter obtemperans, eſt *methodus* dicta *naturalis* quæ omnigenas connectit plantas vinculo indiviſo & gradatìm à ſimplici ad compoſitam, à minimâ ad maximam continuatâ ſerie procedit, quaſi ſimilis catenæ cujus annuli totidem ſpecies ſpecierumve faſciculos repræſentant, aut compar mappæ geographicæ [a] in quâ ſpecies pagorum inſtar diſtribuuntur per territoria & provincias & regna. Ex unâ parte quemlibet annulum cum duobus tantùm vicinioribus cohærentem admittens plantarum circumſcribit affinitates, ex alterâ eaſdem amplificat & ſingulas ſpecies aut genericas claſſicaſve ordinationes pluribus ambientibus æqualiter conterminas exhibet. Utcunque ſe res habeat, genuinæ plantarum connexionis & præſtantiſſimæ hujus methodi exiſtentiam ac dignitatem tacitè aut palàm agnoſcunt Botanici principes tum anteceſſores tum & hodierni, quorum aut labores ad hujus diſquiſitionem ſpectant, aut ſyſtematicæ claſſes ipſam imitantur, ſæpè tamen improſpero exitu ſuſcepti operis difficultatem arguente.

Diverſos inter Autores qui feliciùs in inveſtigandâ methodo naturali deſudârunt, præcipui dantur Linnæus, Bern. Juſſæus & Adanſonius. Fragmenta naturalia primus edidit Linnæus anno 1738 (*in Claſſ. Plant.*), plurièſque deìn emendavit, nullam tamen eorum fabricæ ac diſpoſitionis rationem adjiciens. Ordines naturales jampridem conſultè elaboratos anno 1759 Juſſæus diſpoſuit in horto regio Trianonenſi, quos ſibi minùs fidens nunquàm anteà promulgaverat [b] niſi in familiaribus colloquiis, nec poſthac auſus eſt prelo ſubjicere, utpotè nondùm ipſo judice ſatìs confirmatos. Anno 1763 plantarum Familias principiis in præfatione expoſitis ſuperſtructas protulit Adanſonius. Singulis Autoribus ſuæ ſunt tribuendæ laudes quas tamen hìc enarrare ac judicio confirmare nondùm expedit, cum anteà tradendæ ſint leges methodi naturalis, quibus ritè perpenſis & in perpetuum conſignatis, deìn virorum labores æquiùs judicabuntur eorumque merita certiùs eminebunt.

[a] Natura non facit ſaltus. Plantæ omnes utrinque affinitatem monſtrant, utì Territorium in Mappâ geographicâ. *Linn. Phil. n.* 77.

[b] Ut autem integer tanti viri labor innoteſcat & cum cæteris conferatur, memorati ordines hìc in proœmii fine tranſcribuntur, quales exhibuit tùm in horto Trianonenſi, tùm in indice propriâ manu exarato.

Methodi naturalis obices.

Methodus naturalis, verum & optimum ſcientiæ propoſitum Botanicos latuit & adhuc partìm latet defectu cognitionis plantarum omnium ordinandarum & principiorum ordinantium. 1°. Entium reverà nequit continuata ſtabiliri ſeries, niſi priùs innotuerint omnia. Quotidianis proſunt inventis peregrinationes botanicæ; exotica tamen fortè ſuperſunt plura detegenda quàm dantur detecta, nec unquàm ſperanda omnium exiſtentium abſoluta cognitio. Sed cunctæ licèt nondùm ſint exploratæ telluris regiones, cæteræ nihilominùs à Geographis in mappâ ſedulò notantur ſuo quæque loco diſpoſitæ. Quamvis etiam numeroſi in catenâ deſint annuli procul diſperſi, plures habentur facilè connectendi in diverſas catenæ partes quæ poſthàc diverſo tempore novis annulis intermediis junctæ, paucioribus ſensìm ſpatiis intervacantibus diſtiguentur. Methodus ideò catenam aut mappam æmulans pariter eſt elaboranda, non obſtante generum exoticorum penuriâ. 2°. Nec valet impedimentum ex difficili principiorum naturalium inveſtigatione deductum: ea enim extant plantis arctiſſimè inhærentia & cuique obſervanti facilè obvia, quæ duplici poſſunt explanari ratione nunc vicifsìm proſequendâ, ut altera alteriùs ſit quaſi confirmatio.

Ejuſdem aſſequendæ prima ratio.

Prima ac communior datur progreſſio aſcendens à cognitis ſimplicibus ad compoſita incognita, & ex uniformi ac concisâ obſervationum & enuntiationum ſerie vera abſque gravi negotio eruuntur methodi naturalis principia.

Certa ſpeciei cognitio.

Sic noſcitur primùm ſpecies propriis definita ſignis, entium ſimillimorum adhæſio, nunquàm dividenda ſed ſimplex unanimi conſenſu, ſimplex jubente primariâ Naturæ lege perſpectiſſimâ quâ *in unam ſpeciem colligenda ſunt vegetantia ſeu individua omnibus ſuis partibus ſimillima & continuatâ generationum ſerie ſemper conformia*, ita ut quodlibet individuum ſit vera totius ſpeciei præteritæ & præſentis & futuræ effigies.

Specierum affinium connexio generica.

Quæ autem in unam compellit ſpeciem individua omninò parilia, eadem ſpecierum ſimilium adjunctionem æquo jure lex determinat. Nam pariter, nemine diffitente, *conſociandæ ſunt ſpecies majori caracterum numero conformes*, ac ideò dimovendæ quæ pluribus differunt ſignis. Hæc prior connexionum ratio primam exhibet affinitatum trutinam quâ examinantur ſpecies quælibet

in eundem faſciculum congregandæ. Genus indè conſtituitur, ſpecierum ſimilium congeries, cujus tamen nulla traditur definitio certa nec accurata conſtructionis præceptio, præcipuè in methodo naturali. Ea ſiquidem, à ſyſtematicâ plurimùm abludens, non ſtrictis generibus limites aſſignat, ſed omnes nexu inſenſili connectit ſpecies ſervatâ affinitate, quas deìn ſcientiæ concinnandæ causâ, cæſuris ferè arbitrariis in diſtincta compingit genera, pluribus aut paucioribus ad libitum ditata ſpeciebus, & dicenda verè naturalia dùm affines non ſegregant nec univerſam diſturbant ſeriem.

Plurima inſuper Naturæ minùs occultatæ veſtigia paſsìm impreſſa manent, obſervatorem non eludentia, cæteris perſequendis ac totius progreſſioni manifeſtandæ præprimìs utilia. Nimirùm extant genera quædam apprimè naturalia nemine refragante, ut Aconitum, Delphinium, Ranunculus, Scabioſa, Geranium, Gentiana, Valeriana, Roſa &c., quibus ſigillatìm perpenſis verus genericæ conſtructionis modus apparebit, undè cætera poſſint ad horum exemplum certò conſtitui. Sic Roſa eſt genus fruticoſum, alternifolium & ſtipulaceum, calice urceolato quinquefido, pentapetalum & polyandrum petalis & ſtaminibus calicis fauci inſertis, polygynum germinibus in eodem calice latentibus & ſingulis ſtylo laterali ac ſtigmate ſimplici inſtructis, ſeminibus totidem calice baccato tectis, corculo ſeminum recto, periſpermo nullo. Singulæ generis ſpecies præcedente deſignatione conformes, inter ſe diſcrepant calice ovato aut globoſo, lævi aut echinato, ejuſdem diviſuris modò partìm appendiculatis & partìm nudis, modò rariùs omninò nudis, petalorum formâ & colore & magnitudine, ſeminum figurâ & numero, caule elato aut humili, inermi aut aculeato; foliis pinnatis aut rariſſimè ſimplicibus, foliolorum numero & formâ, floribus ſolitariis aut ſubcorymboſis &c. Valeriana, alterum genus herbaceum, oppoſitifolium, floribus inſtruitur corymboſis, calice ſupero, corollâ epigynâ monopetalâ tubulosâ & ad limbum quinquefidâ, ſtaminibus epipetalis definitis, germine infero ſimplici monoſtylo, fructu ſubmonoſpermo, corculo aſcendente recto, periſpermo nullo. Differentias hujus ſpecificas conſtituunt caulis humilis aut aſſurgens, folia variè figurata, ſimplicia aut pinnata, corymbus florum denſus aut laxus, calix integer aut dentatus, corollâ baſi cal-

carata aut gibba, limbo regularis aut irregularis, ſtamina & ſtigmata numero varia, fructus nunc pappoſus monoſpermus, nunc loculoſus bi aut triſpermus apice dentatus. Seu genus illud ingeminum diſpeſcatur ratione fructûs, ſeu indiviſum perſtet, hujus diverſæ nequeunt ab invicem dimoveri ſpecies in ſerie naturali.

Ex eâ Roſæ & Valerianæ caracterum enumeratione concludendum certè 1° eoſdem non eſſe ſemper genericos, ſed quoſdam dari in generibus conſtantiores ut ſitus partium &c., quoſdam nunc ſtabiles nunc varios ut forma & numerus &c.; 2°. plures ex fructificatione & nonnullos extrà eamdem deſumptos dari conformes in ſpeciebus congeneribus; 3°. in iis inconſtantes eſſe tum plurimos à fructificatione alienos tum & quoſdam huic proprios. Omnes igitur hujus caracteres non jure præficiendi ſunt cæteris extrà prodeuntibus: foliorum enim ſitus nunc vincit in Roſâ formam calicis, nunc in Valerianâ ipſimet ſtaminum numero præſtat. 4°. Præterea cum caracteres habeantur alii plerumque mutabiles, alii alternatìm ſtabiles aut varii, alii ſtabiliores, diversè ideò ordinandi ſunt ratione conſtantiæ & in recenſione non numerandi ſed ponderandi, ita ut ſuus cuique conſtituatur gradus & *unus conſtans pluribus inconſtantibus compar aut & ſuperior evadat.* [a]

Affinitatum leges naturales.

Placitum illud, obſervatione confirmatum & inter leges verè naturales reponendum, priori additur legi quâ *conſociandæ ſunt plantæ majori caracterum numero affines*; & ex his duabus congruenter expoſitis ac amplificatis integra pendet genuinæ plantarum diſtributionis norma. Qui pluribus æquipollet unus caracter, is in genere ſemper eſt uniformis; qui paucioribus, valet interdùm; qui pauciſſimis, ſpeciei definiendæ tantùm impenditur: indè foliorum ſitus, inter caracteres ſemiſtabiles ordinandus, genericæ nonnunquàm deſignationi prodeſt, æquo jure cum ſemiſtabilibus fructificationis ſignis. Non ſufficit tamen caracterum partitio triplex; unaquæque plurimos admittit gradus ægrè definiendos, optimuſque Botanici Naturam ſectantis labor is erit, ut caracterum omnium momenta perpendat, ſuum ſingulis locum daturus immutabilem; ſed ſolâ generum verè naturalium

[a] De legibus in Generibus Plantarum conſtitutione ſervandis. Cfr. Additam. noſtr. 7. (U.)

mutuique eorum conſortii aſſiduâ meditatione hæc ardua poterit ſtabiliri gradualis caracterum diſpoſitio.

Poſtquam confines in ſuum naturale genus ſimplex aut partitum fuerunt adactæ ſpecies, conſimili modo ac eâdem lege nectenda ſunt genera cognata & in ordines congreganda. Hujus autem conſociationis exempla in apertum conjiciuntur favente naturâ, nempè ordines certò naturales & ſpectatiſſimi, in Syſtematicorum methodis ſæpè indiviſi, quales ſunt Gramineæ, Liliaceæ, Labiatæ, Compoſitæ, Umbelliferæ, Cruciferæ, Leguminoſæ. Ut præcipui ſpecierum caracteres conſtituendis generibus impenduntur, ſic non omnia generum ſigna ſed conſtantiora tantùm deſignandis ordinibus priora meritò aptantur. Quò generalior enim extat plantarum ordinatio quælibet, eò paucioribus utitur ſignis definientibus; ſancitæ tamen obtemperans legi, ea cogitur præficere quæ præcipua ac valentiora pluribus æquipollent infimis vilioribus. Quod ratiocinio fulcitur axioma, illud obſervatione multiplici & imprimìs ordinum ſupradictorum commentatione confirmatur. Ordines naturales.

Diverſos inter horum caracteres in operis decurſu poſthàc enuntiatos ac ibidem recenſendos manifeſta datur diſparilitas & multiplex æſtimatio.

1°. Alii ſiquidem dantur in ſingulis hiſce ordinibus primarii ſemper uniformes, ſeu eſſentiales ex organis eſſentialibus deprompti, ut inſertio ſtaminum ſeu horum & piſtilli mutua diſpoſitio, ſitus corollæ ſtaminiferæ, laborum numerus in corculo. Unilobum illud ſemper extat in Gramineis & Liliaceis, bilobum in cæteris. Stamina ſunt conſtanter hypogyna in Gramineis & Cruciferis, epigyna in Umbelliferis, perigyna in Liliaceis & Leguminoſis, epipetala in Labiatis & Compoſitis quarum priores corollâ hypogynâ, poſteriores epigynâ inſtruuntur.

2°. Alii ſecundarii ſunt ſubuniformes, ſeu generales & exceptione tantùm varii, ex organis non eſſentialibus ideòque interdùm deficientibus eliciti, ut exiſtentia aut defectus periſpermi & calicis & corollæ non ſtaminiferæ, ejuſdem ſtructura corollæ utpotè monopetalæ aut polypetalæ, mutuus çalicis & piſtilli ſitus, indoles periſpermi exiſtentis. Sic corolla ſæpiùs in eodem ordine ſimiliter habita, in Gramineis & Liliaceis nulla, monopetala in Labiatis & Compoſitis, polypetala in Umbelliferis

& Cruciferis & Leguminoſis, rarò datur monopetala in Leguminoſis, rariùs in iiſdem & in Cruciferis deficit. Sic calix in pleriſque plantis exiſtens, manifeſtè tamen deeſt in Calthâ aliiſque pauciſſimis; idem germini ſuperus in Umbelliferis & Compoſitis, inferus in Gramineis & Labiatis & Cruciferis & Leguminoſis, variat in Liliaceis modò ſuperus modò inferus. Seminis periſpermum in Gramineis habetur farinaceum, in Liliaceis corneum, in Umbelliferis ligneum, in Labiatis & Compoſitis & Cruciferis nullum, in Leguminoſis nunc nullum, nunc rariùs quaſi exiſtens & carnoſum membranâ intimâ ſeminis incraſſatâ ipſum æmulante; undè ſignum anceps & in novis ordinibus perveſtigandum fluctuat inter primaria & ſecundaria. Idem fortè dicendum de ſitu corculi intrà ſemen & ſeminis intrà fructum, ſignis plerumque ſtabilibus, ſed interdùm dubiis & accuratè recognoſcendis.

30. Alii tertiarii ſemiuniformes, modò in ordinibus conſtantes, modò varii, tum ex organis eſſentialibus tum ex aliis deducuntur, nempè è calice mono aut polyphyllo, germine ſimplici aut multiplici ſtaminum numero & proportione & connexione, fructûs dehiſcentiâ & loculorum numero, foliorum & florum ſitu, caule arboreo aut herbaceo, aliiſque aut ſimilibus aut levioribus notis, quæ ſeorsùm generibus diſtinguendis aptæ, ſimul definiendis ordinibus impenduntur. Neceſſaria inter illas manet inſtituenda gradatio, cum aliæ aliis ſint aut multò aut paulò conſtantiores. Sed ulterior promoveri nequit earum æſtimatio quæ forsàn pauciorum nunc ordinum notiſſimorum inquiſitione illuſtratur.

Illud tantùm in promptu jamjam concludere juvat, nempè diſtinctas dari caracterum cohortes quibus ſingulis ſuus eſt generalis præſtantiæ gradus, quæ tamen non certò circumſcriptæ extremis inter ſe cohærent ac quaſi complicantur, & poſthàc aucto ordinum verè naturalium numero, ampliato obſervationum campo, multiplicatis probationum rationibus & accuratiori ſubindè inſtitutâ æſtimatione, in plures aptiùs definitas iterùm dividentur.

Admiſsâ interim trifariâ caracterum genericorum partitione, diſpar ex iis deducitur generum affinitas, ſcilicèt nulla ex ſolis ſemiuniformibus minoris notæ, mediocris ex iiſdem conſtantioribus,

ſtantioribus, aliqua ex ſubuniformibus, major ex uniformibus. Aliundè etiam in inſtituendis ordinibus verè naturalibus diverſa cujuslibet partitionis eſt habenda ratio: genera enim in iis coordinata conſentiunt neceſſariò caracteribus primariis, generaliter ſecundariis, plurimùm tertiariis conſtantioribus, interdùm iiſdem inſtabilioribus. Sic in Cruciferarum ordine primarii uniformes ſunt ſtamina hypogyna & corculum bilobum. Secundarii ſunt periſpermi defectus, calix exiſtens & germini inferus, corolla hypogyna & polypetala, corculi radicula deſcendens, ſemina inſerta duplici receptaculo laterali oppoſito. Tertiarii habentur calix tetraphyllus deciduus, petala quatuor calici alterna, ſtamina ſex tetradynama, germen ſimplex, fructus ſiliquoſus bilocularis bivalvis, folia alterna, flores non axillares; extant tamen rariſſimè calix perſiſtens, flores abortu diandri aut tetrandri, fructus uni aut trilocularis non dehiſcens, folia oppoſita & flores axillares; undè quidam tertiarii in ordine cæteris minùs ſunt conſtantes, qui tamen ſeorsùm non ſimul varii generalem ordinis caracterem non pervertunt. His præthereà adduntur pauci inferiores quaſi quartarii, quibuſdam ordinis generibus communes & ſectionibus tantummodò conſtituendis idonei, nempè fructus in aliis longus ſiliquoſus ſtylo deſtitutus, in aliis brevis ſiliculoſus monoſtylus. Tali caracterum diſtributione facilis eruitur Cruciferarum deſignatio. Qui cæteros modo conſimili cognitos perveſtigabit ordines, eamdem perſpiciet inter caracteres progreſſionem, & tunc confirmatâ lege eorum diſparilitatem ſtatuente, dùm novis incumbet ordinibus delineandis, generaliora ſemper præficiet ſigna, uniuſcujuſque vim computans. Hæc unica eſt ordinum fabricationis norma, hæc ſola ratio detegendarum affinitatum in quarum diſquiſitione ſincerus Botanicus curam omnem defigit.

Claſſes naturales.

Ut naturali nexu ſpecies in genera coëunt & genera in ordines compelluntur, ſic continuatâ ſerie cognati ordines in eamdem concurrunt claſſem. Natura enim ab edictâ ſuâ non deflectens lege, diverſos plantarum faſciculos in majores ſemper colligit faſces quas dein iteratâ ſensìm amplificatas connexione, omnes uno demùm complexu coërcet. Cum autem in diſtributione generali valentiores debeant præponi caracteres, definiendis claſſibus ideò minùs conferunt tertiarii ſolidæ deſignationi ſuffi-

ciendæ impares, & rectè antecedunt tum ſecundarii tum certiùs primarii, in plantis univerſales aut uniformes. Sed variant interdùm ſecundarii, primarii conſtantes habentur: inæqualis igitur extat horum & illorum præſtantia, & primariis meritò jus tribuitur definiendi primarias ordinationes. Hi deducuntur ex corculo ſeminis, ex ſtaminibus & piſtillo, ex corollâ ſtaminiferâ. An horum vis eadem & abſoluta quatuor organorum æquatio; an potiùs diverſa & organorum & caracterum primariorum dignitas?

Methodi naturalis aſſequendæ altera ratio.

In faciliorem quæſtionis ſolutionem præcedentia paucis revolvere expedit inverſo ordine, non procedendo à ſimplicibus ad compoſita, ſed à compoſitis ad ſimpliciora, ita ut contracto ratiocinio & congeſtis obſervationibus præmiſſa confirmentur, caracterum magìs ac magìs pateat diſparilitas & præſtantiores ſupereminеant. Huic probationi plurimùm conferunt ſupràdicti ordines naturales nunc admiſſi, in quibus tentantur promulgandæ leges botanicæ, accuratiùs conſervandæ dùm nulli contradicunt. ordini, incunctanter rejiciendæ ſi vel uni repugnent.

1°. Caracteres in ordinibus plurimùm aut nonnunquàm inſtabiles iis primariò definiendis nullatenùs inſerviunt, quia ſignum in ordinatione partiali varium, in generaliori profectò non valet. Indè ablegantur partes in generibus coordinatis interdùm ſæpiùſve non conformes, ut radix, caulis & folia. Radix in Liliaceis nunc tuberoſa extat nunc capillacea. Compoſitarum folia ſunt promiſcuè alterna aut oppoſita, ſimplicia aut pinnata. Leguminoſæ & Umbelliferæ in aliis dantur herbaceæ, in aliis fruticantur aut arboreſcunt. Indè etiam non rectiùs in plantis diſcernendæ ſunt herbæ & arbores quam in Animantibus quadrupedibus Elephas & Mus, in Avibus Struthio & Trochilus. Prætereà caulis & folia quandoque nulla, ideò præcipuas inter partes numerari nequeunt.

2°. Primarii igitur caracteres in partibus fructificationis & præprimìs in eſſentialibus deliteſcunt; indè minùs curantur calix & corolla, quia utrumque illud integumentum minùs neceſſarium, ſimul aut ſingulatìm abſque noxâ deficit, flore nihilominùs ad generationem apto & ideò perfecto. Horum inſuper præcipui quandoque titubant caracteres, ſociatis in eodem ordine corollis

monopetalis & polypetalis, calice ſupero & infero, monophyllo & polyphyllo.

3°. Excluſis calice & corollâ, jure prodeunt organa ſexualia, ſpeciei propagandæ neceſſaria & ipſi tunc eſſentialia, quæ ſi abortu deſint in individuo, nihil indè conſequitur niſi imperfectum plantæ ſpecimen à naturâ abludens & in univerſali ſerie nullum. Hæc vera perfecti floris organa ſimul conſpirant in generationem ſeminis ſeu futuræ plantulæ quæ novam germinando ingreditur vitam, ultrà proceſſura donec conformem debito tempore prolem ſuſceperit.

4°. Expleto munere decidunt ſtamina cùm ſtylis, ad id tantùm utilia ut ſeminis intrà fructum reconditi fecundationem operentur aut promoveant. Indè ſemen aut rectiùs corculum in ipſo deliteſcens, primum junioris plantæ rudimentum, pars eſt in Vegetante præcipua ac generalior, ad cujus conformationem & nutritionem & præſidium cætera fructificationis organa concurrunt, poſthàc areſcentia. Entium progeneratio ſummum eſt Naturæ propoſitum & functio primaria. Hujus apparatus, & ſexualium organorum dignitas, & floralium ambientium utilitas, & utrorumque poſt fecundationem aut maturationem prolapſio, ſeminis tam magnificè elaborati præſtantiam arguunt, & primarias ex eo ſeu ex corculo, eſſentiali ſeminis parte, deducendas eſſe Vegetantium diviſiones affirmant.

Claſſes primariæ à corculo.

Triplex è numero partium corculi & ejuſdem germinationis modo eruitur partitio generalis, nempè Acotyledonum, Monocotyledonum & Dicotyledonum, jam à nonnullis Autoribus celebrata, ab aliis poſthabita, in horto Trianonenſi præcipuè recepta. Hæc conſtans [a] & naturalis ablegatur tamen tum ex Fragmentis Linnæanis tum ex Adanſonianis Familiis, utrâque

[a] Caracteris hujus conſtantiam denegant Autores nonnulli qui plantas dicotyledones monocotyledonum quandoque congeneres eſſe contendunt. Sic Cactis bilobis rectè conſociatur Melocactus ex Linneo unilobus, & Liliaceis unilobis Juncus ex Adanſonio bilobus; ſic Pedicularibus bilobis contermina datur Orobanche ex eodem uniloba. Sed eæ iteratâ obſervatione confirmandæ ſunt aſſertiones. Mihi quidem viſus eſt Juncus omninò unilobus, cujus germinantis folium primarium ſimplex, apice gerens cruſtam ſeminis perſiſtentem (vide infrà *Monocotyl. obſ. p.* 12), baſi vaginante cætera folia juniora complectitur. Similiter recognoſcenda eſt germinatio anceps Aroïdea.

ordinatione Monocotyledones Dicotyledonibus intermixtas nonnunquàm exhibente. An autem ſinguli ordines ſeorsùm à Naturâ conſtituuntur abſque ullâ mutuæ ipſorum affinitatis conſideratione? An contrà communi nexu claſſico colligantur omnes, ita ut indiviſam conſtituant ſeriem? Claſſium exiſtentiam & ſimul præſtantiam corculi indicant probatiſſimi ordines hujus ſtructurâ primariò deſignati, & plurium eodem ſigno præprimis conformium manifeſta cognatio, & ſingularis demùm analogia cum Animantibus quorum incubatio ſimilis eſt Vegetantium germinationi. Cor, in animali fœtu primum movens & vivens, ſtructurâ ſuâ diverſas definit Animantium claſſes quarum unaquæque plurimos ordines complectitur. In Quadrupedibus & Cetaceis & Avibus biloculare & biauriculatum, in Piſcibus & Reptilibus uniloculare uniauriculatum, in Vermibus & Inſectis uniloculare non auriculatum, in ſingulis nunquàm varium, evolutione ſuâ ac perenni motu differentias illas amplificat, adjunctis ſignis exterioribus ſecundariis prænuntiatas, ita ut unaquæque claſſis habitu proprio facilè dignoſcatur. Sic etiam corculum in plantis primum vivens præcipuas earum ordinationes deſignat, cordis auriculas quaſi æmulans lobis duobus aut unico aut nullo, & aliundè hujus caracterem peractâ germinatione fugacem ſupplent extimæ notæ quibus conſtituitur proprius ſingularum claſſium habitus. Hæc duo animantis & Vegetantis organa primaria, in utroque primis à fecundatione temporibus ens integrum conſtituentia, univerſam tunc complectuntur organiſationem coarctatam ac vitali motu poſthàc evolvendam, & cunctos idcircò caracteres in unum quaſi contrahunt mox occupandum antequàm diffluens increſcente fœtu in plures diſpertiatur. Indè ordines ſeu corde ſeu corculo ſimiles, verè conveniunt plurimis ſignis in unum collectis, & prima confirmatur Animantium ac Vegetantium diviſio ex organo primigenio deprompta; indè univerſalis plantarum diſtinctio in Acotyledones, Monocotyledones & Dicotyledones recta ac inconcuſſa ſubſiſtit.

Primæ ſubeunt Acotyledones ſtructurâ ſimplices & in uni-

rum & Cuſcutæ, & *Ranunculi glacialis L.* ex quibuſdam folium ſeminale unicum emittentis qui rectiùs fortè exiſtimandus eſt ſecundo anno pullulans monophyllus, quàm primo germinans unilobus.

verſali ſerie pauciores. Subſequuntur progreſſione naturali Monocotyledones numero plures ac minùs ſimplices. Demùm prodeunt numeroſiſſimæ Dicotyledones organiſatione pleniori præditæ. Non ſeverè circumſcribuntur illæ claſſes ſyſtematico more, ſed abſque intervallo juxtà Naturæ normam extremis invicem cohærent generibus ambiguis. Nec ſatis eſt: eædem nimìs amplæ in ſecundarias neceſſariò dividuntur ſimiliter connexas, quarum præcipui caracteres æquo jure uniformes requiruntur, ex organis eſſentialibus depromendi.

An autem corculum, pars Vegetantium primaria, ſuo loborum numero primas definiens claſſes, alia inſuper profert ſigna ſolida quibus ſecundæ pariter deſignentur? Hujus germinatio in quâlibet plantâ ſibi ſemper ſimilis, in cognatis ſæpè conformis, in diverſis diverſos admittit modos quorum exempla præcipuè in Monocotyledonibus conſpicua ſe produnt, generali earum caracteri infrà adjecta. Cum tamen Monocotyledones nonnullæ fructificatione vix diſſimiles, germinatione diſcrepent ut in Aſphodelorum ordine; cum prætereà Dicotyledonum confinium germinatio non certò habeatur uniformis, ſolidæ idcircò ex eâ non deducendæ ſunt notæ niſi priùs in ſingulis attentè perpendatur. Alii proſtant ejuſdem organi caracteres præcipui, nempè ſitus corculi in ſemine & ſeminis in fructu [a]. Corculum nunc periſpermo caret, nunc eodem inſtructum in ipſo centrale eſt aut laterale, minimum aut mediocre aut majus; ſuam inſuper obvertit hilo radiculam, aut eam trudit ex adverſo; lobos emittit ſæpè rectos, rariùs inflexos aut plicatos aut corrugatos. Semen intrà fructum receptaculo centrali aut laterali, elevato aut demiſſiori, ſeſſile aut loratum annectitur. Singula hæc ſigna in quibuſdam ordinibus verè conformia, in cæteris aut nondùm ſatis ſunt explorata, aut interdùm primo aſpectu contraria

Claſſes ſecundariæ.

[a] Hos fortè meditans caracteres Linnæus aïebat: Qui clavem methodi naturalis fabricare ſtudent, ſciant nullam partem univerſalem magìs valere, quam illam à ſitu, præſertìm ſeminis, in ſemine punctum vegetans, quod vel perforat longitudinaliter ſemen, ſeu undique involvitur, vel ad ejus latus reponitur; hoc vel extrà cotyledones vel intrà; vel in baſi, juxtà baſim, ad latus, vel in apice ſeminis; baſis ſeminis eſt cicatricula illa, quâ pericarpio vel receptaculo proprio affixum fuit ſemen. Hinc Cæſalpini methodus magni facienda. *Linn. Claſſ. plant. p.* 487.

videntur. Uſquedùm igitur iteratis ac certis obſervationibus innotuerint omnium germinationis modus & ſitus corculi & ſeminis inſertio, nullus indè ſtabilis extrahetur caracter.

A ſtaminum & piſtilli mutuo ſitu, ſeu ab inſertione ſtaminum.

Exhauſto ſeminis penu, è partibus poſt ipſum præcipuis ac eſſentialibus jure deducuntur primi claſſium inferiorum caracteres, ex organis nempè ſexualibus quæ ejuſdem procreationi conſpirantia neceſſariò præexiſtunt & in Vegetantium œconomiâ magni æſtimantur Ut autem in eâ ſeorsùm nullius ſunt momenti, nec niſi conjunctis viribus præludunt in futuræ prolis generationem, ſic pariter nullos ſeparatìm produnt ſolidos caracteres, quos juncta protinùs exhibent. Ex prædictis enim inſtabiles habentur in eodem ordine ſtaminum numerus & proportio & connexio; nec conſtantiſſimæ ex germine ſupero aut infero, ſimplici aut multiplici, uni aut multiloculari &c. eruuntur notæ. His itaque neglectis, manet inquirendus eſſentialis caracter, utrique organo communis, qui quidem unicus extat verè primarius ac in probatis ordinibus certò uniformis, mutuus ſcilicet ſtaminum & piſtilli ſitus, ſeu inſertio ſtaminum reſpectivè ad piſtillum, à pleriſque Autoribus prætermiſſa. Linnæus in levioribus hærens ſtaminum modis, valentiorem minùs perſpexit quem raró ipſimet genericæ adjecit definitioni; hunc in Familiis conſtanter memoravit Adanſonius.

Diverſæ ſtaminum inſertiones.

Triplex eſt mutuus ſtaminis & piſtilli ſitus; alterum enim alteri ſubjacet aut ipſi juxtaponitur: indè triplex præcipua ſtaminum inſertio, *epigyna* ſuprà piſtillum, *hypogyna* ſub eodem, *perigyna* parti piſtillum ambienti ſeu calici [a]. Harum unaquæque ab aliis diſtinctiſſima nunquàm iis permiſcetur in eodem ordine: Umbelliferas conſtanter definit ſtaminum epigynia, Cruciferas & Gramineas hypogynia, Leguminoſas & Liliaceas perigynia.

Aliis ſubdita legibus quarta prodit inſertio, nempè *epipetala* ſeu ſuprà corollam, quæ nunc ordines integros definit ut La-

[a] Ambigua datur inſertio, dùm ſtamina inhærent ei puncto quo calix ſuperus à germine infero, aut germinis ſuperi receptaculum à calice infero diſcedit, indè dubitanter nunc epigyna aut perigyna, nunc perigyna aut hypogyna. Compar extat dùm ſtamina affiguntur ſuprà diſcum ex eodem punćto prominulum qui, inter duo organa medius, quaſi mixtæ eſt originis. Sed in utroque caſu veram indicat inſertionem collatio generum confinium in quibus ea certiùs definitur.

biatas & Compoſitas, nunc interdùm tribus prædictis inſertionibus præcipuis ſeorsùm conſociatur in eodem ordine, in eodem genere & etiam in eodem flore. Sic ſtamina in Leguminoſis perigyna, in Mimosâ & Trifolio generibus coordinatis ſunt interdùm epipetala; ſic in flore Dianthi & confinium ſtamina dantur quinque epipetala & quinque hypogyna. Hujus diſcriminis rationem explicat maxima corollæ affinitas cum ſtaminibus quorum ex ſupra dictis vera eſt appendix & quaſi pars luxurians, ex eodem receptaculo enata. Hæc dùm ipſis non adhæret, minoris eſt momenti; dùm contrà cum iiſdem infrà coaleſcit, tunc quaſi ſtaminifera ac ſubindè neceſſariò exiſtens, fulcrum refert intermedium cujus propria inſertio ſtamineæ inſertioni ſubrogata, huic omninò aſſimilata, converſa in caracterem eſſentialem, cum tribus præmiſſis inſertionibus ſeorsùm convenit. Indè *ſtamina corollæ adnexa habentur quaſi inſerta parti tunc corolliferæ*; indè etiam triplex ipſiuſmet corollæ ſtaminiferæ diverſiſſima extat inſertio, nempè hypogyna, epigyna & perigyna, in eodem ordine nunquàm promiſcua, in Labiatis ſemper hypogyna, in Compoſitis epigyna.

Duplex igitur corollæ beneficio generalis habetur modus inſertionum notandus ſedulò, alter *immediatus* dùm ſtamina memorato triplici puncto immediatè affiguntur, alter *mediatus* dùm eidem adhærent mediante corollâ quæ tunc ipſa eſt ſtaminifera. Uterque modus in eodem genere & in eodem flore interdùm commixtus, affinis ſubindè certò judicatur, modò tamen eadem ſit utriuſque origo & ſimile inſertionis punctum. Sic in Trifolio perigyniâ immediatâ ſignato, quædam ſpecies eamdem mediatam exhibent, nempè corollam ſtaminiferam ipſammet perigynam; in Dianthi flore dantur ſtamina quinque immediatè hypogyna, & petala quinque his alternantia, ſtaminifera ſimul & hypogyna. Tres ideò præcipuæ ſunt inſertiones ab invicem omninò diſcrepantes & in ordinibus nunquàm conjunctæ, quæ ſingulæ in duplicem raró miſcellaneam, mutuò tamen affinem dividuntur.

Perſpectâ ſtaminum inſertione & ſtatutis ejuſdem legibus, facilis eruitur prima claſſium præmiſſarum diſtributio. Acotyledones ſexubus vix conſpicuis & obſcurato ſtaminum ſitu, claſſicam idcircò nequeunt ſufficere notam & interim indiviſæ perſtant. Tripartitò ſcinduntur Monocotyledones ratione inſertionis epi- *(Claſſium prima diſtributio a cotyli lobis et ſtaminum inſertione.)*

gynæ, hypogynæ & perigynæ, non obſtante corollâ in iis ſemper deficiente Similis ex triplici inſertione deducitur trifaria Dicotyledonum partitio, unaquæque complectens tum ſtamina uni floris puncto inſerta, tum corollas ſtaminiferas eidem puncto infixas. Indè ſeptem prodeunt ſecundariæ claſſes, uniformibus organorum eſſentialium ſignis definitæ.

Hæc ulterior Vegetantium ordinatio confirmatur diviſione Animantium pariter ſeptenariâ & præcipuis itidem partium primitiarum caracteribus ſtabilitâ. Quadrupedes enim & Aves, corde biloculari & biauriculato ſimiles, diſcrepant ſexuum ſtructurâ determinante generationem in his oviparam, in illis viviparam. Manifeſta etiam datur eorumdem organorum diſſimilitudo in Reptilibus & Piſcibus, corde uniloculari & uniauriculato cæterùm conformibus. Aptè igitur, velut rami prodeuntes ex eâdem ſtirpe, congruunt duæ Regni organici partes quarum ſimplex & conſtans & certò coæqualis habetur ratio atque progreſſio, ita ut principia uni addicta alteri etiam conveniant, & ex organis in utrâque præcipuis ac ſimiliter agentibus compares tum primariæ diviſiones, tum ſecundariæ eliciantur. Definiendis in hâc aut illâ Naturæ claſſibus non ſufficiunt organa inferiora aut inferiores organorum ſuperiorum modi & indè deducti caracteres ad ſummum tertiarii, qui Methodicum quemlibet iis innitentem à naturali abducunt tramite, niſi fauſte notas ſeligens eſſentialibus conſociatas, aſſumpto ſic famulari ſigno, primarium inſcius attigerit.

Eximium Trianonenſis ordinationis Autorem Bern. Juſſæum non præteriit hæc caracterum inæqualitas, & inſtabilium abjectio, & conſtantiorum præſtantia, & dignitas corculi atque ſexualium organorum, & affinitas generum atque ordinum hiſce ſignis aut partibus primariis conſimilium. Quos conſtruxit ordines, ii generatim verè naturales & principiis anteà memoratis aptati, in ſeptenariam claſſem ſupràdictam diſtribuuntur, habitâ ratione ſtructuræ corculi & ſtaminum inſertionis & corollæ ſtaminiferæ, Nullas reverà claſſium cæſuras indicat, quaſi qui non claſſes ſed ordines tantùm admiſerit; ſed in privatis documentis præmiſſos ſemper prædicavit caracteres, & præterea ſeriei ab eo propoſitæ conſideratio vel levior abundè comprobat hanc ipſi fuiſſe mentem ut horum communi nexu ſuos ordines colligaret. Omnibus me-

thodis ſimplicior ac naturæ ſequacior ordines ut plurimùm integros ſervat hæc diſtributio, quæ tamen ad ſeriem indiviſam ſpectans & idcircò fatente Autore non ſtrictè methodica nec partita in claſſes ſeverè circumſcriptas, facili Botanices ſtudio minùs conducit. In hâc igitur major exoptatur numerus claſſium ideò contractiorum, ut indè promptior ac expeditior evadat generum ſpecierumque inveſtigatio.

Claſſium autem multiplicationi obſtat caracterum eſſentialium penuria. Qui enim ſinguli cæteris omnibus conjunctis æquipollent præſtantiſſimi, hi ſeorsùm definiunt abundè claſſes quæ unico tali ſigno notatæ certò naturales habentur. Dùm contrà defectu primariorum alia impenduntur ſigna ſubſequentia, tunc plura ſunt colligenda quæ viribus valentiora junctis ad primaria propiùs accedunt; ſed æqua priùs inſtituenda eſt eorum æſtimatio, eò difficilior quò plura ſimul ſeſe offerunt primo aſpectu æqualia; & intereà ceſſat ulterior claſſium partitio, utpotè quæ ſimplicibus non ſit abſolvenda ſignis.

Claſſium altera partitio numeroſior, corollæ beneficio.

Cùm tamen Botanices ſtudio numeroſiores verè famulentur claſſes, in ſolidâ earum conſtitutione nunc eſt elaborandum, adhibitis caracteribus ſecundariis, ſervatâ quantùm fieri poteſt lege naturali, ſervatis etiam genuinis ordinibus non ſine ſcientiæ detrimento diſſolvendis. Caracteres memorati, alii eſſentialibus cognatiſſimi, ipſorum immutabilitatis fiunt omninò conſortes, ut exiſtentia & inſertio corollæ ſtaminiferæ; alii primariis affines & ejuſdem immutabilitatis tantùm ſemiparticipes, generales habentur, exceptione nonnunquàm varii, ut corollæ partitio aut integritas & ejuſdem non ſtaminiferæ ſitus: ſic ex obſervatis corolla monopetala eſt ſæpiùs ſtaminifera, & eadem polypetala ſæpiùs eſt non ſtaminifera, ex eodem cum ſtaminibus puncto plerumque enata: undè paucis exceptis, ex inſertione & numero partium corollæ concluditur ſtaminum ipſorummet inſertio.

Corolla igitur ſtaminibus affinis auxiliatrices poteſt notas addere, quibus novæ claſſes aut claſſium præmiſſarum diviſiones deſignentur, à naturâ non alienæ. Quapropter Linnæanum ſyſtema Tournefortiano minùs eſt naturale: Linnæus enim in organo eſſentiali ſigna tantùm ſelegit tertiaria; Tournefortius in ſecundario præpoſuit ſecundaria, & monopetalos flores ab apetalis & polypetalis diſtinguens, inſcius ſtaminum inſertioni partìm

obtemperavit. Sexubus nondùm perſpectis, ſtamineum organum & hujus cum corollâ conſenſum prætermiſerat, undè firmiores protuliſſet caracteres. Quos omiſit, ii nunc inſumendi ſunt tempore opportuniori, & ipſo præeunte quærendus in corollâ ſimplex multiplicandarum claſſium modus, abſque ullâ ordinum legumque naturalium ſubverſione.

Hùc propterea ſunt revocandæ primùm duæ ſtaminum inſertiones ſupradictæ, altera *immediata*, altera *mediata*, quas non commiſcere ut in ſeptenariâ diſtributione, ſed ab invicem ſedulò diſtinguere expedit. Raris enim exemplis in eodem ſociantur ordine aut in eodem flore, & inſuper mutatâ inſertione plerumque mutatur ſimul corollæ ſtructura: ſic corolla Fraxini monopetalis plantis cognatiſſimæ, ſtamina abjiciens, fit ſimul polypetala aut omninò evaneſcit; ſic eadem in Leguminoſarum ordine polypetala & non ſtaminifera, in Trifoliis quibuſdam leguminiferis prodit ſtaminifera ſimul & monopetala, petalorum connexione epipetalam ſtaminum inſertionem quaſi prægrediente. Hinc facilè iteranda ſequens aſſertio : *paucis exceptis corolla monopetala eſt ſimul ſtaminifera* [a], aut aliter, *corolla ſtaminifera eſt ſimul ſæpiùs monopetala.* Utriuſque tanta eſt caracteris cognatio, ut propemodùm unus alterum prænuntiet: inſertionem igitur mediatam generatim deſignat corolla monopetala.

Eſſentialis in hâc inſertione habetur corolla, ſed in inſertione immediatâ dantur ordines alii apetali ut Gramineæ & Liliaceæ, alii petalodes ut Umbelliferæ & Cruciferæ & Leguminoſæ. Rarò corollatis intermiſcentur ordinibus plantæ apetalæ, ut Ceratonia Leguminoſis, aut Cruciferis Cardamine impatiens; nec vulgò dantur ordines partim petalodes, partim corollâ deſtituti. Non obſtant idcircò rariſſimæ exceptiones quominùs, claſſium multiplicandarum cauſâ, corollati ordines ab apetalis ſecernantur, non neglectâ ſtaminum inſertione quæ tunc eſt aut *abſolutè* aut *ſimpliciter immediata.* Corollæ enim ſeu fulcri intermedii defectus in Apetalis abſolutè determinat inſertionem certò immediatam.

[a] Filamenta ſtaminum à corollâ polypetalâ diſtincta, corollæ verò monopetalæ inſerta ſunt; exceptis antheris bicornibus. Vaillantius hoc obſervavit in Monopetalis. Pontedera ex diſſectione 2000 ſpecierum didicit flores monopetalos gerere ſtamina corollæ inſerta, at polypetalos receptaculo floris. *Linn. Phil. Bot. n.* 108.

In petalodibus autem fit ſimpliciter immediata in mediatam aliquandò mutabilis, quia ab exordio ſtamina corollæ exiſtenti congenita & tamen diſtincta, cum ipſâ interdùm baſi coaleſcunt [a], quaſi eidem impoſita.

Plantæ naturâ apetalæ non petalodes evadunt; petalodes contrà exuunt quandoque corollam, aut fiunt raró ex polypetalis monopetalæ in Trifolio, Saponariâ, Cotyledone &c., rariſſimè ex monopetalis polypetalæ in Fraxino. Indè in inſertione abſolutè immediatâ nulla unquàm datur corolla, in ſimpliciter immediatâ fortuitò deficere poteſt ſed ſæpiùs exiſtit, & tunc ex obſervatis plerumque eſt polypetala [b]. Ergò generatìm quaſi caracteres analogi & alii aliorum prænuntii habentur corolla monopetala & inſertio mediata, corolla polypetala & inſertio ſimpliciter immediata, corolla nulla & inſertio abſolutè immediata; ergò harumce inſertionum ſigno interiori rudique appellationi commodè ac tutè ſubrogari poteſt manifeſtior caracter nomenque acceptius plantarum monopetalarum, polypetalarum & apetalarum. Indè altera facilè delineatur methodus à Trianonenſi ſeptenariâ parùm diſcrepans, plures complexa claſſes, ordines naturales ſervans integros, præcipuos corollæ caracteres Tournefortianos exhibens, & prætereà ſolido ſtaminearum inſertionum ſigno innixa.

Methodus exindè deducta & in Horto Pariſienſi exarata.

1°. Inconcuſſa manet prima in Acotyledones, Monocotyledones & Dicotyledones partitio.

2°. Acotyledones indiviſæ perſtant, donec certiùs innotuerit

a Staminum inſertio quælibet epipetala, tum ſolita in Monopetalis, tum in Polypetalis inſueta, fortè nihil aliud eſt quàm coalitio baſium ſtaminis & corollæ, quæ baſes non diſtinctæ ſed arctiſſimè junctæ, ad commune inſertionis punctum concurrunt, mutuam ſibi tutelam miniſtrantes. Indè inſertionis hujus analogia cum cæteris confirmatur, ut & triplex corollæ ſtaminiferæ inſertio ab invicem diſtinctiſſima.

b Polypetali flores ſtamina à petalis diſtincta gerunt. Exceptio tamen admittitur rariùs: Statice pentapetala filamenta unguibus petalorum inſerta habet... Lychnides alterna ſtamina unguibus petalorum ſæpiùs adnectunt. *Linn. Phil. Bot. n.* 108... Monopetali flores dantur ſtaminibus à corollâ ſeparatis in Bicornibus, Ericâ, Andromedâ &c. *ibid.* Dantur ſimiles in Plumbagine & Campanulaceis, ſed ex infrà obſervandis p 92. 154. 163, non indè ſubvertenda eſt quæ paucis exceptis inter plantas polypetalas & inſertionem ſimpliciter immediatam ſubſiſtit conſenſio.

earum organiſatio. Sexuales in iis partes inconſpicuæ ſunt aut ſæpè diclines; idcircò difficilis eſt inſertionum obſervatio & nondùm tentandæ claſſis diviſiones.

3°. Cum in Monocotyledonibus defectu corollæ unicus habeatur inſertionis modus, nempè abſolutè immediatus, trifaria indè nequit amplificari earum diſtributio exhibens in triplici claſſe ſtamina hypogyna, perigyna, epigyna; nec ulteriori quidem disjunctione indigent claſſes paucis ordinibus gravidæ.

4°. Dicotyledones numeroſiſſimæ ac præmiſſarum ferè decuplæ, claſſium veriùs exigunt multiplicationem, quæ corollæ beneficio perficietur facilè, mutatâ pauliſper ordinatione Trianonenſi, habitâ diverſarum inſertionum ratione & diſtinctis viciſsim plantis apetalis, monopetalis & polypetalis.

5° Apetalæ, utpotè ſimpliciores ſeu uno organo deſtitutæ, primæ ſubeunt Monocotyledonibus ſubjacentes ſimiliter apetalis, & pariter tripartitæ ſtaminibus immediatè epigynis, perigynis, hypogynis.

6°. In Monopetalis ſubſequentibus ſtamina ſæpiùs epipetala, propriam ideò vix variant inſertionem, cui ſubſtituitur triplex corollæ ipſius ſtaminiferæ inſertio hypogyna, perigyna & epigyna. Inſuper in epigyniâ diſcernuntur ab antheris diſtinctis antheræ connatæ quæ numeroſam Compoſitarum ſeriem rectè definiunt: undè quadruplex facilè datur Monopetalarum claſſis.

7°. Polypetalæ tripartitò dehiſcunt ratione inſertionis ſtaminum epigynæ, hypogynæ & perigynæ, aut ipſius corollæ ſæpiùs non ſtaminiferæ quæ ex eodem cum ſtaminibus puncto plerumque oritur.

8°. Dicotyledonibus claſſis additur undecima, plantas complectens diclines irregulares, ſeu inſertionum regulis non ſubditas utpotè quæ ſexus in diverſis floribus ſejunctos habeant. Stamina in maſculis inſident calici aut ſtipiti intrà ipſum centrali, aut ſquamæ calicem deficientem ſupplenti. Hæ minoris ſunt momenti inſertiones quæ mutuam ſexuum diſſociatorum poſitionem non ſtatuunt; & intereà diclines plantæ hanc noſtram ut & Trianonenſem abſolvunt ordinationem, tum quia à cæteris plurimùm diſcrepant claſſibus, tum quia ſtaminibus ſæpè calici aut calicinæ parti inſertis ad polypetalas perigynas faciliùs accedunt, licèt corollâ vulgò deſtitutæ. Veris autem

diclinibus non permiſcendæ ſunt diclines ſpuriæ quæ tales abortu tantùm extant & ſingulæ affinibus hermaphroditis in præmiſſorum ordinum ſerie adjiciuntur.

Hæc methodus [a] multiplicans claſſes, ſcientiæ ſtudium promovet, indè tantùm potior Trianonenſi cui cæterùm conſonat primariâ corculi partitione, Acotyledonibus indiviſis, triplici Monocotyledonum cæſurâ, perſpectiſſimâ ſtaminum inſertione & naturalibus iiſdem ex integro ſervatis ordinibus. Dùm tamen ſcientiæ explanandæ causâ trinas Dicotyledonum claſſes ad undenas ulteriori diſtributione provehit; dùm caracterum eſſentialium defectu generales inſumit exceptionibus obnoxios, tunc minoris horum conſtantiæ ipſa particeps, exceptiones pariter cogitur admittere quas Trianonenſis eludit ordinatio. Sic in polypetalos ordines irrepunt nonnunquàm plantæ monopetalæ aut apetalæ omninò affines, in Leguminoſas Mimoſa & Trifolium & Ceratonia, in Sempervivas Cotyledon, in Portulaceas Trianthema, in Ficoïdeas Tetragonia; ſic commiſcentur rariùs monopetalis ordinibus ſpecies apetalæ, aut polypetalæ, ut Fraxinus Jaſmineis; aut apetalis admoventur monopetalæ, ut Amaranthis Plantago. Illud methodi propoſitæ vitium, ſelectis caracteribus aliquantiſper variis, eſt ineluctabile; multò tamen rarius habetur quàm in ſyſtematibus quibus ea methodus præſtat, in quantùm à diffidentiis manifeſtis prorsùs aliena, veras generum affinitates plerumque non invertit. Sed ipſius ordinum dicotyledonum diſpoſitio, quæ primarios à corollâ monopetalâ aut polypetalâ aut nullâ, ſecundarios à ſtaminum inſertione caracteres deſumit, ideò forſan à naturali deflectit ſerie, eſſentia[illegible]gno præficiens aliud tantùm generale, Judicium de eâ methodo.

a Hujus tabula prodit infrà. Anno 1774 primùm exarata fuit ea methodus in Scholâ Horti Regii Pariſienſis, traditis ſimul ejuſdem principiis in diſſertatione academicâ (Act. Acad. Pariſ. 1774 p. 175), in quâ argumentorum ſeries nunc prolata ſimilis ferè exhibetur. Aliquantulùm nuper fuit emendata methodus, principiis tamen non immutatis: ea ſiquidem priùs in quatuordecim claſſes diſtributa, nunc quindecimam addit claſſem Apetalarum ſtaminibus epigynis, ex quo Ariſtolochiarum corculum germinatione bilobum confirmatur. Præterea ordines quidam ex unâ in alteram claſſem tranſiliunt, notiore in illis ſtaminum inſertione; quidam in plures dividuntur ſufficienti caractere diſtincti; quidam novi omninò prodeunt.

& dimovens inſertiones generatim affines, eas nempè quæ ex eodem puncto mediatè aut immediatè, abſolutè aut ſimpliciter prodeunt. Si prior reſtitueretur ternaria Dicotyledonum diviſio ex partium inſertione deprompta, recenſitis poſthàc in triplici uniuſcujuſque claſſe viciſsim plantis apetalis, monopetalis & polypetalis, eæ tunc trifariàm ſciſſæ pluriès mutuò intermiſcerentur inverſo claſſium ordine, accederentque Campanulaceis Onagræ, Caryophylleis Amaranthi &c. ut in diſtributione Trianonenſi. Hæc quadantenùs prævaleret ordinatio utpotè quæ, multiplicatis pariter claſſibus & ſervatâ ſimul lege naturali, ſigna primaria conſtantiùs ſecundariis anteponeret. Non tamen indè conſequeretur utilis memoratarum exceptionum amandatio nec perfectior conſtructio claſſium quæ in hâc aut illâ ſemper eædem, diversè tantùm ordinarentur. Mediocris igitur percipienda eſt utilitas ex mutatâ earum ſerie quæ præthereà plurimis acceptas Botanicis diviſiones Tournefortianas ex corollâ primariò depromptas diſturbaret.

Ordinum in claſſibus et generum in ordinibus diſpoſitio. Quæcunque maneat earumdem claſſium diſpoſitio, plures in quâlibet congregantur ordines communi caractere claſſico eſſentiali aut generali cohærentes; plura etiam in quovis ordine dantur genera ſignis inferioribus connexa, ſecundariis aut tertiariis & ſubindè non ſolitariò ſed collectim exhibitis ac conjunctione valentioribus. Hinc ordinum definitiones inferuntur prolixæ aut contractiores, pro ſignorum coordinatis generibus communium numero. Quò prolixiores autem habentur, eò difficilior eſt ordinum faciliorque generum cita perceptio, & vice versâ: dùm enim plures in ordine communes congeruntur caracteres, pauciores ideò in generibus ſuperſunt commemorandi tantùm diſſimiles & iiſdem diſtinguendis idonei. Inſtitutis etiam intrà ſingulos ordines ſectionibus genera affinia complectentibus, certior conſequitur generum intima diſtributio determinante proprio cujuslibet ſectionis caractere, quo ſimul ſepoſito brevior ac ſimplicior extat generica deſignatio. Prætereà inter communes ordinum & ſectionum & generum caracteres enumerantur non ii tantùm quos fructificatio profert, ſed alii plures ex inflorescentiâ & foliis & caule deſumpti, nullatenùs prætermittendi dùm cognatis generibus communes habentur. Horum nonnullos Tournefortius admiſerat in generibus ſuis

ſecundariis; omnes ſeverè excluſerat Linnæus ex genericâ definitione, ſubvertens certiſſimam Naturæ legem quæ caracteres in deſignandis ordinibus ſæpè adjunctos, à fortiori in generibus ultrò adhibendos eſſe ſtatuit.

Maxima methodi naturalis commoda.

Ex effatis autem ſequentia meritò concluduntur methodi naturalis commoda, nempè 1°. Hujus ordinatio pluribus definita ſignis difficilior eſt ſyſtematicâ paucioribus utente, ita tamen ut ex ſyſtematicâ citior ſed tantùm inchoata, ex naturali tardior & ſimul non modica cognitio deducatur.

2°. Contrà facilior eſt naturalis generum deſignatio quàm ſyſtematica, quia pauciores inſumit caracteres, cæteris valentioribus in claſſe aut ſectione præpoſitis: ſic definitis fuſiùs Gramineis & additis ſectionibus, Alopecuri definitionem explent gluma bivalvis, calix univalvis apice ſimplici & flores ſpicati.

3°. Cum tamen generum deſignatio naturalis ſigna quævis communia tum in fructificatione, tum extrà eamdem ſelecta aut exprimat aut jam in ordine expreſſa ſubſequatur, indè plenior ac perfectior eſt ſyſtematicâ quæ licèt extenſa mutilas plerumque definitiones profert: ſic in prolixis generibus Linnæanis frequenter omittitur ſtaminum inſertio & interior fructûs ſeminiſque ſtructura & caracter quilibet extrà floralis.

4°. Agente naturali lege nunquàm alienæ conſociantur aut cognatiſſimæ disjunguntur plantæ, ut in ſyſtematibus quæ interdùm ſpecies in diverſiſſimis ordinibus dimovendas proclamant congeneres. Plurima in Veterum ſcriptis & quædam in Recentiorum operibus [a] occurrunt genera ſic miſcellanea; nec ab iis abſtinuit ipſe Linnæus arbitrariæ legi nimiùm obtemperans, qui tamen genericas conſtitutiones plerumque optimas exhibuit.

5°. Ignota nequit in ſyſtemate ordinari planta, niſi caracterem claſſicum & præcipuè florem perfectum expromat. Adhibitis contrà in methodo naturali ſignis plurimis, ſæpè primariorum auxilia-

a Nullâ corollæ & germinis ſuperi aut inferi habitâ ratione D. Jacquin Rubiaceam plantulam adjecit Peplidi (infrà p. 333), tranſcribente Linnæo qui alibì arborem Guettardæ congenerem p. 207 addidit Nyctanthi. Ejuſdem filius in Supplemento Chiococcæ malè conſociat Tabernæmontanam novam p. 145 & Lycio Seriſſam p. 209. Thunbergius in Florâ Japonicâ Cornum nuncupat arborem germine ſupero inſtructam.

riis, dùm quædam evanuére, cætera perſtantia & habitum conſtituentia determinando ordini aut & generi ſufficiunt : ſic Rubiaceum caracterem plerumque deſignant in frutice folia oppoſita & utrinque ſtipulâ unicâ mediante juncta ; Polygoneum indicant folia alterna baſi vaginantia, quorum juniora ſunt ſubtùs revoluta.

6°. Præter auxiliares minoris notæ , alii etiam præſtantiores dantur caracteres in eâdem plantâ cognatiſſimi, plerumque aut ſemper connexi, jam anteà prænuntiati, & infrà ſingulis accuratè præmiſſi claſſium obſervationibus. Quò plures ſic ſociantur, eò conſtantiores extant , quia mutatio unius determinat ſæpè alterius mutationem, & plurium difficilior eſt quàm pauciorum inverſio. Sic corolla monopetala exigit calicem monophyllum & ſtamina ut plurimùm epipetala atque definita, quæ eidem impoſita non indefinitè multiplicantur niſi priùs baſi coaleſcant. Facilior indè in Leguminoſis quàm in Papaveraceis corollæ polypetalæ non ſtaminiferæ in monopetalam ſtaminiferam converſio, quia priores jam anteà calice monophyllo & ſtaminibus definitis ac baſi coalitis, poſteriores autem calice polyphyllo & ſtaminibus indefinitis ac diſtinctis inſtruuntur. Similia poterunt benèmulta enucleari problemata, obſervatis caracterum affinitatibus & perſpectâ lege quâ plures cognati difficiliùs mutantur.

7°. Non tantùm integram caracterum & affinitatum cognitionem tradit methodus naturalis, ſed & plantarum ſimul virtutes indicat magno rei medicæ & alimentariæ artiumque emolumento. Cum enim cuilibet ſimilari Vegetantium particulæ ſua ſit ſimplex virtus , ex organicâ igitur particularum connexione vis mixta prodit, in organis ſimillimis ſemper eadem ; nec ideò diſpar, experientiâ teſte, habetur in plantis conſpecificis ſeu conſimili omninò organiſatione inſtructis, niſi natale ſolum & varia ſuccorum proportio aliquam inter montanas & pratenſes, inter hortenſes & ſylvaticas tum intùs tum extùs levem intulerint mutationem. Vix etiam virtute diſſident congeneres [a] plantæ caracteribus ſeu organis ſubſimiles : ſic Salviæ omnes

[a] Plantæ quæ genere conveniunt, etiam virtute conveniunt ; quæ ordine naturali continentur, etiam virtute propiùs accedunt &c. *Linn. Phil. Bot. n.* 337.

ſunt

ſunt cephalicæ, Anchuſæ pectorales, Cochleariæ antiſcorbuticæ, Euphorbiæ catharticæ, Rubiæ diureticæ ac tinctoriæ Ulteriori collatione eadem ſensim protrahitur conſecutio & genera confinia ſeu pluribus ac præcipuis organis cognata, virtute quadantenùs proxima conjiciuntur, quam reverà plerumque uniformem [a] in ordinibus verè naturalibus aut in genuinis ordinum ſectionibus comprobat obſervatio. Sic generatim Gramineæ nutritiæ ſunt ac farinaceæ; Cruciferæ diversè ſcorbutum impugnant; Labiatæ aromaticæ dantur & amaræ, ita tamen ut in aliis ſtomachicis amarities, in aliis cephalicis aroma prævaleat. Sic præcipua etiam Liliacearum, Leguminoſarum, Compoſitarum & Umbelliferarum virtus minùs circumſcripta ac mutatâ elementorum proportione quaſi ſibi non ſimilis, in ſingulis harum ſectionibus diversè manifeſtatur, ejuſdem tamen primigeniæ indolis ſemper particeps. Dùm autem junguntur ſpecies quædam malè congeneres aut genera minùs rectè coordinata, ſimilis tunc ſubſequitur virtutum diſcrepantia: differt enim à Ranunculo cauſtico Ficaria innoxia p. 233, à Papaveraceis narcoticis Fumaria p. 237 humorum acrimoniam temperans. Maxima igitur inter caracteres & virtutes ſubſiſtit affinitas, tanta quidem ut alii aliarum ſint quaſi prænuntii & ex cognitis Vegetantium quorumdam virtutibus ignotæ confinium virtutes propemodùm certò concludantur. Quæ verò apta remedia, ſalutarem eſcam & artium promovendarum modos multiplicat ſcientia naturalis, hæc ſedulò excolenda ſcientiam ſyſtematicam ſeu artificialem minùs fructuoſam valdè ſupereminet.

Ex dictis patet quanti ſint momenti labores ad methodi naturalis diſquiſitionem ſpectantes quos nemo fruſtrà ſuſceperit, dùm

[a] Graminum folia pecoribus & jumentis læta paſcua; ſemina minora avibus, majora hominibus eſculenta ſunt... Umbellatæ in ſiccis aromaticæ, calefacientes & pellentes; in aquoſis venenatæ ſunt &c... Verticillatæ (Labiatæ) ſunt fragrantes, nervinæ, reſolventes & pellentes &c... Siliquoſæ (Cruciferæ) aquoſæ, acres, inſidentes, abſtergentes & diureticæ ſunt; exſiccatione imminuitur virtus... Papilionacearum (Leguminoſæ) folia jumentis & pecoribus, ſemina variis animalibus eſculenta, ſunt farinacea & flatulenta... Syngeneſia Compoſitorum in Medicinâ receptiſſima communiter amara eſt. *Ibid.* n. 338. 342. 347. 348. 350. 351.

ſpecies plurimas in genera vera & genera in ordines rectè compulerit, dùmque majora moliens partialem aut univerſam delineaverit ordinum ſeriem. Veræ enim quælibet affinitates ſeu jam detectæ, ſeu in poſterum detegendæ, perſtabunt immutabiles abſque ullâ ſcientiæ retroceſſione : ſic multa Tournefortii & plura Linnæi genera nunquàm ſubvertentur; ſic quædam generum connexiones in Linnæano ſyſtemate & plures in Tournefortianâ methodo apprimè naturales diſſolvi nequeunt; ſic & in cunctis ſyſtematibus nonnullæ paſsìm dantur optimæ plantarum conſociationes nullatenùs diſturbandæ. De ſcientiâ promeruit Linnæus fragmenta condens in quibus multò numeroſior quàm in quolibet ſyſtemate prodit affinium concurſio. Horum tamen conſtructionis atque diſtributionis leges nec antehàc innotuère defectu probationum, nec unquàm ſunt excerpendæ ex meditatâ hâc ordinatione quæ diffidentias [a] inſignes & legi cuilibet adverſas profert. Pleroſque forsàn mutuò exæquavit caracteres, commixtis promiſcuè primariis & ſecundariis & tertiariis, vix admiſſo inter ipſos diſcrimine. Familiarum autor Adanſonius ordines accuratiùs elaboravit diffidentiis paucioribus deformatos & pluribus ditatos certis generum conjunctionibus, ſed caracteres tantùm quoſdam generales & nullos eſſentiales admittens, eorum diſparilitatis legem non ſancivit nec claſſicas indè deduxit partitiones in ſuâ ordinum diſtributione penè arbitrariâ, cujus ut & Linnæanæ vera ac generalis non prorsùs intelligitur ratio. Cùm autem eſſentialia atque præcipua in plantis prodeant organa, ex quibus primarii eruuntur caracteres in ordinibus ſemper uniformes ; cùm præterea primarius unus ſecundariis aut tertiariis pluribus æquipolleat, & ideò admovendi ſint ordines tali caractere conformes ; prædictis igitur tum Fragmentis tum Familiis præſtat Trianonenſis ordinatio [b] quæ memoratis

[a] Connectit in Fragmentis Commelinam & Ixiam, Diſcoream & Meniſpermum, Gentianam & Hypericum, Melianthum & Pinguiculam, Lycium & Catesbeam, Convolvulum & Campanulam, Gardeniam & Vincam, Guettardam & Hippomanem, Sideroxylum & Viburnum, Spigeliam & Oldenlandiam, Hebenſtretiam & Scabioſam etc.

[b] Fragmenta Linnæana 58 dinumerantur, Adanſonianæ Familiæ totidem, ordines Trianonenſes 65, Pariſienſes nuperrimi 100 Hos ratione loborum corculi & corollæ polypetalæ aut monopetalæ aut nullæ

generatim aſſentiens legibus, meliores plerumque profert ordines, & claſſicam eorum verè admittit partitionem aut eidem poſthàc inſtitutæ pleniùs congruit.

Et nunc ſtatutâ Hiſtoriæ naturalis & ſcientiæ organicæ & Botanices certâ definitione, expoſitis plantarum partibus & functionibus & differentiis & caracteribus, definitâ ſpecie & traditis aptioribus nominum atque deſcriptionum formulis, arbitrariis conſtructionum genericarum & claſſicarum exhibitis præceptionibus, quibuſdam ſyſtematicis & inter omnes præcipuis plantarum ordinationibus delineatis ac ritè perpenſis, ſyſtemata quælibet plantis nominandis utilia ſed Naturæ minùs conſona ab uſurpato verioris ſcientiæ gradu ad inferam præludii Botanici & methodici indicis *a* conditionem deſcivêre. His genuina mox ſubſtituitur ſcientia quæ Vegetantium non modò nomina ſed & naturam inquirens, integram eorum organiſationem *b* cunctoſque caracteres proſpicit; quæ ſimplicibus etiam ac certis ſuffulta principiis, naturalem ſeriem ſeu methodum exhibet digeſtam ratione affinitatum, ita ut conſocientur Vegetantia majori caracterum numero affinia & in eâ caracterum enumeratione præſtan- Concluſio.

& ſtaminum ſitûs & demùm organiſationis completæ aut incompletæ, ſimplicioris aut plenioris, diſpoſuit in Dict. Encycl. 2. p. 32. D. Lamark cujus diſtributioni ſyſtematicæ ſua eſt verè laus tribuenda.

a Ut libro cuilibet index opportunè ſubjicitur brevem contentorum rationem exhibens, ſic in uſu botanico utilis eſt ſyſtematicus ordo ſeu index methodicus plantarum diſtributionem proferens facilem in quâ quæſitæ citiùs reperiuntur. Talem præmiſi generibus incertæ ſedis (infrà p 416) quæ arbitrariò diſponuntur, donec veræ innoteſcant affinitates. Similem animus fuerat adjicere univerſo operi, ut quæ in ordinibus amplificatâ definitione difficiliùs perſpiciuntur à Tyronibus genera, indicis ope mox paucis impenſis ſignis certò nominentur: ſed inſtante operis evulgatione, huic conſtruendo tempus defuit indici, quem tamen neceſſarium continenter elaboro, ut ſeorsùm aut alteri, ſi qua detur, adjunctus editioni ſuo tempore prodeat.

b Non ratione numeri entium ordinandorum, ſed ratione numeri organorum in ſingulis perveſtigandorum atque æſtimandorum augeſcit affinitatis ſtatuendæ & ordinationis perficiendæ difficultas: indè difficilior Animantium & præcipuè Quadrupedum ſcientia cæterùm ſimilis, quæ plura complectens organa, computationem ſubindè multò protentiorem exigit.

tiores pluris habeantur. Quædam inſuper notiſſima generum & ordinum verè naturalium ſpecimina hiſce affinitatum legibus adduntur, eaſdem confirmantia, & novis generibus ordinibuſque ſimili ratione conficiendis utilia, & ad accuratiorem caracterum computationem inſtituendam neceſſaria. Iis juvantibus jam certò diſtinguuntur invicem caracteres uniformes, ſubuniformes, ſemiuniformes & nunquàm uniformes ſeu tantùm ſpecifici. Prætereà uniformium mutua jam certiùs ſtatuitur æſtimatio; primariæ ex corculo deductæ diviſiones multiplici confirmantur probatione; ſtabilitur organorum ſexualium dignitas & orta ex mutuo eorum ſitu ordinatio. Maxima comprobatur ſtaminum & corollæ affinitas & peculiaris regula inſertionum exindè deprompta, novarum fons diviſionum. Claſſis ordines complexa paucis definitur caracteribus primariis; ordo genera ſimilia connectens pluribus ac numero indefinitis deſignatur ſignis ſemiuniformibus, nunc conſtantibus nunc variis & ideò difficiliùs mutuò æſtimandis. Illud autem præſtantius habebitur quod in pluribus ordinibus conſtans ſubſtiterit. Hìnc multiplicandi primùm ordines unanimi conſenſu verè naturales, & computatione poſthàc inſtitutâ caracteri cuilibet totidem tribuentur præſtantiæ gradus quot ordinibus adfuerit ſtabilis: ſic poſitis ordinibus ſexagenis, foliorum limbus plerumque varius & vix in uno aut altero uniformis, à conſtantiſſimâ corculi ſtructurâ ferè ſexagies ſuperatur. Botanicos opportunæ ordinum multiplicationis & diuturnæ caracterum computationis molitores excipiet publica laus & felix non tamen mox plenior eventus. Scientia arbitrarias ejurans leges & naturalibus obſequens, in primis nunc hærens viæ nondùm tritæ ſtadiis, lento primùm ſed firmo nec unquàm retrogrado incedet greſſu, junctiſque deìn Botanicorum viribus citiùs invaleſcet. Recenſitæ ordinationes nondùm omnibus ſuis partibus manent abſolutæ, nec intrà breve tempus conſummabuntur, omnes demùm in unicam componendæ. Suam ipſe judicaverat imperfectam Bern. Juſſæus, utpotè quæ ſpatiis vacuis frequenter abrumperetur, connexiones quaſdam retexendas admitteret, & iteratis ob incertas partes elucidandas indigeret obſervationibus. Optimus ille noſter patruus in quem videbantur aptè coaleſcere ingenui primarum ætatum mores & futurarum doctrina, ſe non methodum naturalem ſed tantùm iter ad ipſam inſtituiſſe exiſtima-

verat, pluriès à Botanicis perluſtrandum antequàm tyronibus recluderetur. Alteram intereà exoptaverat dari in horto publico diſtributionem, quadantenùs ſyſtematicam nec tamen ordines naturales ſubvertentem, quæ ſtatutis ac multiplicatis claſſibus faciliori accomodaretur ſtudio. In ſcholâ igitur Pariſienſi fuit exarata methodus in quâ ordines & primarii ſeminis organorumque ſexualium ſervantur caracteres, additis prætereà facilibus Tournefortii primis diviſionibus. Felix autor, ſi hìnc Botanicis veris conſulens, naturalibus affinitatum expoſitis legibus & traditâ ordinum atque generum accuratâ definitione, illìnc in gratiam tyronum ordines & genera diſponens in methodo ſignis aliis certiſſimis, aliis generalibus & ſimul manifeſtis innixâ, acceptum his & illis ediderit opus, & perenne ſui ergà omnes ſtudii, ergà patruum grati ac venerantis animi monimentum exhibuerit.

BERNARDI DE JUSSIEU

ORDINES NATURALES

In Ludovici XV Horto Trianonensi dispositi

Anno 1759.

FUNGI.
Mucor.
Peziza.
Helvella.
Clavaria.
Clathrus.
Phallus.
Lycoperdon.
Hydnum.
Boletus.
Agaricus.

ALGÆ.
Byſſus.
Conferva.
Chara.
Spongia.
Ulva.
Tremella.
Fucus.
Lichen.

Riccia.
Marſilea.
Blaſia.
Anthoceros.
Jungermannia.
Marchantia.

Equiſetum.

Viſcum.

MUSCI.
Hypnum.
Bryum.
Mnium.
Buxbaumia.
Polytrichum.
Splachnum.
Fontinalis.
Phaſcum.
Sphagnum.
Porella.
Lycopodium.
Ophioglоſſum.
Iſoëtes.

NAÏADES.
Naïas.
Callitriche.
Myriophyllum.
Ceratophyllum.
Hippuris.
Trapa.
Proſerpinaca.

ARISTOLOCHIÆ.
Piſtia.
Aſarum.
Ariſtolochia.

FILICES.
Pilularia.
Lemma *J.*
Oſmunda.
Onoclea.
Acroſtichum.
Aſplenium.
Trichomanes.
Adiantum.
Polypodium.
Lonchitis.
Hemionitis.
Blechnum.
Pteris.

ORCHIDES.
Orchis.
Satyrium.
Ophrys.
Serapias.
Limodorum.
Arethuſa.
Cypripedium.
Epidendrum.

CANNÆ.
Canna.
Amomum.
Coſtus.
Alpinia.
Maranta.
Curcuma.
Kæmpferia.
Thalia.

MUSÆ.
Muſa.
Bromelia.
Galanthus.
Leucoïum.
Hypoxis.
Valliſneria.
Stratiotes.
Hydrocharis.

IRIDES.
Siſyrinchium.
Ferraria.
Ixia.
Gladiolus.
Antholyza.
Meriana *Threw.*
Watſonia *Mill.*
Iris.
Crocus.

Gethyllis.

NARCISSI.
Narciſſus.
Amaryllis.
Pancratium.
Crinum.
Hæmanthus.
Hemerocallis.

Agave.
Pontederia.

LILIA

Lilium.
Erythronium.
Glorioſa.
Fritillaria.
Uvularia.
Tulipa.
Yucca.
Aloë.
Aſphodelus.
Anthericum.
Ornithogalum.
Scilla.
Albuca.
Aletris.
Cyanella.
Hyacinthus.
Bulbocodium.
Allium.
Polyanthes.
Colchicum.
Dracæna.
Convallaria.
Medeola.
Ruſcus.
Aſparagus.
Smilax.
Dioſcorea.
Rajania.
Tamus.

JUNCI.

Xyris.
Juncus
Aphyllanthes.
Tradeſcantia.
Commelina.
Trillium.
Paris.
Helonias.
Melanthium.
Veratrum.
Scheuchzeria.
Wachendorfia.
Narthecium.
Tillandſia.
Acorus.
Triglochin.
Aliſma.
Sagittaria.
Butomus.
Sparganium.

PALMÆ.

Chamærops.
Boraſſus.
Corypha.
Cycas.
Cocos.
Phœnix.
Areca.
Elate.
Caryotha.
Calamus.

AROIDEÆ.

Lemna.
Arum.
Calla.
Pothos.
Dracontium.
Orontium.
Saururus.
Zanichellia.
Ruppia.
Potamogeton.
Menyanthes.

GRAMINEÆ.

Nardus.
Bobartia.
Saccharum.
Phalaris.
Phleum.
Cinna.
Paſpalum.
Agroſtis.
Stipa.
Pharus.
Zizania.
Oryza.
Holcus.
Alopecurus.
Lagurus.
Andropogon.
Anthoxanthum.
Aira.
Avena.
Milium.
Olyra.
Panicum.
Iſchæmum.
Melica.
Apluda.
Lygeum.
Tripſacum.
Cornucopiæ.
Cenchrus.
Cynoſurus.
Elymus.
Hordeum.
Secale.
Triticum.
Lolium.
Arundo.
Briza.
Poa.
Uniola.
Dactylis.
Feſtuca.
Bromus.
Ariſtida.
Ægilops.

Cyperus.
Scirpus.
Eriophorum.
Schœnus.
Carex.

Coix.
Zea.

Typha.
Zoſtera.

CICHORACEÆ.

Tragopogon.
Scorzonera.
Picris.
Sonchus.
Lactuca.
Chondrilla.
Prenanthes.
Leontodon.
Hieracium.
Crepis.
Andryala.
Hyoſeris.
Seriola.
Hypochæris.
Lapſana.
Cichorium.
Scolymus.

Catananche.
Elephantopus.
CINAROCEPHALÆ.
Gundelia.
Echinops.
Arctium.
Serratula.
Carduus.
Cnicus.
Onopordum.
Cinara.
Carlina.
Atractylis.
Carthamus.
Stœbe.
Centaurea.
Stæhelina.
Xeranthemum.
CORYMBIFERÆ.
Gorteria.
Corymbium.
Seriphium.
Sphæranthus.
Milleria.
Sigesbeckia.
Tagetes.
Pectis.
Bidens.
Zinnia.
Coreopſis.
Verbeſina.
Polymnia.
Eupatorium.
Ageratum.
Cacalia.
Tuſſilago.
Chryſocoma.
Santolina.
Athanaſia.
Tanacetum.
Ethulia.
Carpeſium.
Baccharis.
Conyza.
Erigeron.
Senecio.
Cineraria.
Aſter.
Solidago.
Perdicium.
Inula.
Othonna.
Arnica.
Doronicum.
Helenium.
Bellis.
Chryſanthemum.
Matricaria.
Cotula.
Anacyclus.
Anthemis.
Achillea.
Tridax.
Amellus.
Buphtalmum.
Helianthus.
Rudbeckia.
Silphium.
Chryſogonum.
Melampodium.
Calendula.
Arctotis.
Oſteoſpermum.
Polymnia.
Eriocephalus.
Filago.
Gnaphalium.
Micropus.
Artemiſia.
Parthenium.
Tarchonantus.
Iva.
Ambroſia.
Xanthium.
DIPSACEÆ.
Valeriana.
Morina.
Allionia.
Dipſacus.
Knautia.
Scabioſa.
Viburnum.
Cornus.
Sambucus.
Trioſteum.
Linnæa.
Lonicera.
Diervilla *T.*
Muſſaenda.
Knoxia.
RUBIACEÆ.
Sherardia.
Aſperula.
Galium.
Crucianella.
Valantia.
Rubia.
Phyllis.
Spermacoce.
Diodia.
Hedyotis.
Oldenlandia.
Anthoſpermum.
Mitchella.
Pæderia.
Cephalanthus.
Lippia.
Ixora.
Knoxia.
Pavetta.
Coffea.
Chiococca.
Morinda.
Genipa.
Randia.
Cinchona.
Catesbea.
Peteſia.
Pſychotria.
Portlandia.
Hamelia.
Richardia.
UMBELLIFERÆ.
Lagoecia.
Hydrocotyle.
Eryngium.
Sanicula.
Aſtrantia.
Buplevrum.
Echinophora.
Tordylium.
Haſſelquiſtia.
Caucalis.
Artedia.
Daucus.
Ammi.
Bunium.
Conium.
Selinum.
Athamantha.
Peucedanum.
Crithmum.
Cachrys.

Ferula.
Laſerpitium.
Heracleum.
Liguſticum.
Angelica.
Sium.
Siſon.
Bubon.
Cuminum.
Œnanthe.
Phellandrium.
Cicuta.
Æthuſa.
Coriandrum.
Scandix.
Chærophyllum.
Imperatoria.
Seſeli.
Thapſia.
Paſtinaca.
Smyrnium.
Anethum.
Carum.
Pimpinella.
Apium.
Ægopodium.
Aralia.
Panax.

LYSIMACHIÆ.

Tozzia.
Centunculus.
Anagallis.
Lyſimachia.
Hottonia.
Aretia.
Androſace.
Primula.
Dodecatheon.
Cyclamen.
Soldanella.
Coris.
Trientalis.
Selago.
Globularia.
Rhacoma.
Theophraſta.

VERONICÆ.

Hebenſtretia.
Bartſia.
Melampyrum.
Rhinanthus.
Pedicularis.
Schwalbea.
Polygala.
Securidaca.
Veronica.
Pæderota.
Browallia.
Euphraſia.
Buchnera.
Erinus.
Gerardia.
Stemodia.
Limoſella.
Monniera *Brown.*
Sibthorpia.

SCROPHULARIÆ.

Ruſſelia.
Besleria.
Halleria.
Chelone.
Calceolaria.
Scrophularia.
Polypremum.
Digitalis.
Buddleïa.
Antirrhinum.
Celſia.
Verbaſcum.
Cortuſa.
Spigelia.
Scoparia.
Schwenckia.

SOLANEÆ.

Bontia.
Brunsfelſia.
Aquartia.
Creſcentia.
Lycium.
Arduina.
Ceſtrum.
Hyoſcyamus
Nicotiana.
Solanum.
Phyſalis.
Atropa.
Capſicum.
Datura.
Nolana.

OROBANCHEÆ.

Pinguicula.
Utricularia.
Lathræa.
Orobanche.
Obularia.
Cymbaria.

JASMINA.

Syringa.
Eranthemum.
Liguſtrum.
Jaſminum.
Nyctanthes.
Phyllirea.
Olea.
Chionanthus.
Fraxinus.

VERBENÆ.

Verbena.
Phryma.
Houſtonia.
Lantana.
Petitia *Jacq.*
Cornutia.
Callicarpa.
Vitex.
Clerodendrum.
Volkameria.
Citharexylum.
Duranta.
Petræa.
Gmelina.

ACANTHI.

Capraria.
Dodartia.
Columnea.
Mimulus.
Gratiola.
Seſamum.
Martynia.
Craniolaria.
Bignonia.
Pedalium.
Torenia.
Dianthera.
Juſticia.
Barleria.
Ruellia.
Acanthus.

GENTIANÆ.

Swertia.
Chironia.
Exacum.
Gentiana.
Ophiorhiza.
Liſianthus.
Chlora.

SAPOTÆ.
Myrſine.
Leucoxylon *Burm.*
Achras.
Chryſophyllum.
Sideroxylum.
Cariſſa.
Olax.
Rauvolfia.
Jacquinia.
Ophioxylum.
Cerbera.
APOCINA.
Plumeria.
Echites.
Ceropegia.
Nerium.
Apocinum.
Aſclepias.
Periploca.
Pergularia.
Cynanchum.
Stapelia.
Vinca.
Tabernæmontana.
Cameraria.
CONVOLVULI.
Convolvulus.
Ipomæa
Evolvulus.
Polemonium.
Phlox.
Diapenſia.
Loëſelia.
Penæa.
BORRAGINEÆ.
Meſſerſchmidia.
Tournefortia.
Siphonanthus.
Borrago.
Cynogloſſum.
Aſperugo.
Pulmonaria.
Lycopſis.
Anchuſa.
Myoſotis.
Onoſma.
Symphytum.
Lithoſpermum.
Heliotropium.
Coldenia.
Hydrophyllum.
Patagonula.
Ehretia.
Cordia.
Varronia.
Menaïs.
LABIATÆ.
Lycopus.
Amethyſtea.
Cunila.
Ziziphora.
Monarda.
Roſmarinus.
Salvia.
Colinſonia.
Ajuga.
Teucrium.
Satureïa.
Thymbra.
Hyſſopus.
Nepeta.
Lavandula.
Betonica.
Sideritis.
Perilla.
Mentha.
Glecoma.
Lamium.
Galeopſis.
Stachys.
Ballota.
Marrubium.
Leonurus.
Phlomis.
Molucella.
Clinopodium.
Origanum.
Thymus.
Meliſſa.
Dracocephalum.
Horminum.
Melittis.
Ocimum.
Trichoſtema.
Scutellaria.
Prunella.
Cleonia.
Praſium.

CRUCIFERÆ.
Bunias.
Iſatis.
Crambe.
Myagrum.
Vella.
Anaſtatica.
Subularia.
Draba.
Lepidium.
Thlaſpi.
Cochlearia.
Iberis.
Alyſſum.
Clypeola.
Biſcutella.
Lunaria.
Ricotia.
Dentaria.
Cardamine.
Siſymbrium.
Eryſimum.
Cheiranthus.
Heliophila.
Heſperis.
Arabis.
Turritis.
Braſſica.
Sinapis.
Raphanus.
Cakile *T.*
PAPAVERACEÆ.
Bocconia.
Sanguinaria.
Chelidonium.
Argemone.
Papaver.
Hypecoum.
Fumaria.
Impatiens.
Podophyllum.
Nymphæa.
Sarracena.
Monotropa.
CAPPARIDES.
Cleome.
Tropæolum.
Viola.
Reſeda.
Melianthus.
Capparis.
Crateva.
Moriſonia.
Marcgravia.

RANUNCULI.
Actæa.
Clematis.
Anemone.
Atragene.
Thalictrum.
Adonis.
Pæonia.
Caltha.
Myoſurus.
Ranunculus.
Helleborus.
Iſopyrum.
Trollius.
Aquilegia.
Delphinium.
Aconitum.
Garidella.
Nigella.
LAURI.
Epimedium.
Leontice.
Berberis.
Hamamelis.
Laurus.
RUTÆ.
Ruta.
Dictamnus.
Peganum.
Fagonia.
Zigophyllum.
Guaiacum.
Dioſma.
Lawſonia.
Ciſtus.
Hypericum.
Aſcyrum.
GERANIA.
Malpighia.
Baniſteria.
Triopteris.
Bombax.
Hermannia.
Geranium.
Oxalis.
Paullinia.
Cardioſpermum.
Paſſiflora.
Vitis.
Ciſſus.
Meniſpermum.
Ciſſampelos.
Sapindus.
TILIÆ.
Heliocarpus.
Triumfetta.
Tilia.
Grewia.
Thea.
Tribulus.
Corchorus.
Bixa.
Helicteres.
Liriodendrum.
Magnolia.
ANONÆ.
Anona.
Uvaria.
Xylopia.
Curatella.
Ochna.
Illicium.
CARYOPHYLLEÆ.
Bufonia.
Ortegia.
Loeflingia.
Holoſteum.
Mollugo.
Polycarpon.
Minuartia.
Queria.
Lechea.
Sagina.
Nama.
Pharnaceum.
Alſine.
Linum.
Velezia.
Moerhingia.
Gypſophyla.
Saponaria.
Dianthus.
Drypis.
Cucubalus.
Silene.
Stellaria.
Arenaria.
Cherleria.
Agroſtemma.
Lychnis.
Ceraſtium.
Spergula.
Glinus.
Frankenia.
Sarothra.
JALAPÆ.
Piſonia.
Boerhaavia.
Mirabilis.
Ovieda.
Plumbago.
Statice.
Plantago.
Creſſa.
Gomphrena.
Achyranthes.
Celoſia.
Ireſine.
Amaranthus.
SALSOLÆ.
Salicornia.
Salſola.
Crucita.
Anabaſis.
Ceratocarpus.
Blitum.
Piper.
Chenopodium.
Atriplex.
Coriſpermum.
Axyris.
Acnida.
Beta.
Spinacia.
Petiveria.
Rivinia.
Phytolacca.
Coriaria.
Calligonum.
Galenia.
Datiſca.
THYMELEÆ.
Theſium.
Stellera.
Paſſerina.
Lachnæa.
Dirca.
Daphne.
Gnidia.
Oſyris.
Hippophae.
Elæagnus.
Conocarpus.
Nyſſa.
POLYGONEÆ.
Polycnemum.

Camphoroſma.
Baſella.
Polygonum.
Atraphaxis.
Coccoloba.
Rumex.
Rheum.
Triplaris.
Corrigiola.
Telephium.
Tamarix.
Herniaria.
Illecebrum.
Scleranthus.
Trianthema.

SEMPERVIVÆ.

Montia.
Claytonia.
Portulaca.
Cuſcuta.
Sauvageſia.
Saxifraga.
Tiarella.
Mitella.
Ribes.
Hydrangea.
Heuchera.
Samolus.
Adoxa.
Chryſoſplenium.
Penthorum.
Aldrovanda.
Droſera.
Parnaſſia.
Tillæa.
Craſſula.
Cotyledon.
Seſuvium.
Aizoon.
Forskalea.
Sedum.
Sempervivum.
Rhodiola.

Meſembryanthemum.
Cactus.
Tetragonia.
Itea.

MYRTILLI.

Dioſpyros.
Royena.
Styrax.
Blætia.
Azalea.
Kalmia.
Epigæa.
Gaultheria.
Rhododendrum.
Andromeda.
Erica.
Arbutus.
Vaccinium.
Hedera.
Empetrum.
Ledum.
Pyrola.
Clethra.
Samyda.
Citrus.
Melia.
Trichilia.
Swietenia.
Cedrela.

MALVÆ.

Theobroma.
Ayenia.
Byttneria.
Melochia.
Pentapetes.
Sida.
Napæa.
Malva.
Malope.
Alcea.
Althæa.
Lavathera.
Urena.
Goſſypium.
Hibiſcus.
Adanſonia.
Stewartia.
Camelia.
Gordonia.

LEGUMINOSÆ.

Ceratonia.
Gleditſia.
Tamarindus.
Guilandina.
Mimoſa.
Adenanthera.
Poinciana.
Cæſalpina.
Caſſia.
Hematoxylum.
Hymenæa.
Bauhinia.
Cercis.
Anagyris.
Sophora.
Parkinſonia.
Borbonia.
Ulex.
Geniſta.
Spartium.
Ebenus.
Aſpalathus.
Crotalaria.
Ononis.
Anthyllis.
Pſoralea.
Trifolium.
Trigonella.
Lotus.
Medicago.
Cytiſus.
Dolichos.
Phaſeolus.
Erythrina.
Arachis.
Lupinus.
Clitoria.
Lathyrus.
Piſum.
Orobus.
Cicer.
Vicia.
Ervum.
Scorpiurus.
Ornithopus.
Æschynomene.
Hippocrepis.
Hedyſarum.
Coronilla.
Amorpha.
Glycyrrhiza.
Galega.
Indigofera.
Robinia.
Phaca.
Colutea.
Glycine.
Piſcidia.
Biſerrula.
Aſtragalus.

CAMPANULÆ.
Campanula.
Trachelium.
Roella.
Geſneria.
Phyteuma.
Jaſione.
Lobelia.
ONAGRÆ.
Circæa.
Œnothera.
Gaura.
Epilobium.
Ludwigia.
Juſſiæa.
Philadelphus.
Blakea.
Melaſtoma.
Mentzelia.
Turnera.
Combretum.
CUCURBITACEÆ.
Sicyos.
Bryonia.
Melothria.
Momordica.
Cucumis.
Cucurbita.
Trichoſanthes.
Fevillea.
Gronovia.
Zanonia.
SALICARIÆ.
Iſnardia.
Ammania.
Peplis.
Glaux.
Rhexia.
Lythrum.
Bæckea.
Osbeckia.
MYRTI.
Eugenia.
Caryophyllus.
Myrtus.
Pſidium.
Punica.
RHAMNI.
Rhamnus.
Ziziphus *T.*
Paliurus *T.*
Ceanothus.
Celaſtrus.
Boſea.
Caſſine.
Evonymus.
Staphylea.
Ilex.
Prinos.
Phylica.
Gouania.
ROSACEÆ.
Sanguiſorba.
Poterium.
Cliffortia.
Alchimilla.
Aphanes.
Agrimonia.
Nevrada.
Roſa.
Tormentilla.
Sibbaldia.
Fragaria.
Comarum.
Potentilla.
Dryas.
Geum.
Rubus.
Amygdalus.
Ceraſus.
Prunus.
Cratægus.
Sorbus.
Meſpilus.
Pyrus.
Spiræa.

Æſculus.
Acer.
TEREBINTI.
Anacardium.
Avicennia.
Chryſobalanus.
Hirtella.
Myrica.
Cneorum.
Ptelea.
Dodonæa.
Fagara.
Rhus.
Spondias.
Schinus.
Burſera.
Piſtacia.
Zanthoxylum.
Juglans.
AMENTACEÆ.
Salix.
Populus.
Platanus.
Liquidambar.
Betula.
Carpinus.
Fagus.
Ulmus.
Celtis.
Corylus.
Quercus.

Morus.
Humulus.
Cannabis.
Theligonum.
Urtica.
Parietaria.
Ficus.
Dorſtenia.
EUPHORBIÆ.
Mercurialis.
Acalypha.
Tragia.
Euphorbia.
Buxus.
Phyllanthus.
Andrachne.
Clutia.
Ricinus.
Jatropha.
Croton.
Dalechampia.
Plukenetia.
Hura.
Hippomane.
Sterculia.
Carica.
CONIFERÆ.
Ephedra.
Taxus.
Juniperus.
Cupreſſus.
Thuya.
Pinus.

INDEX METHODI

ORDINES NATURALES COMPLECTENTIS.

Acotyledones.				Claſſ. I
Monocotyledones.		Stamina hypogyna.		II
		perigyna.		III
		epigyna.		IV
Dicotyledones.	Apetalæ.	Stamina epigyna.		V
		perigyna.		VI
		hypogyna.		VII
	Monopetalæ.	Corolla hypogyna.		VIII
		perigyna.		IX
		epigyna.	antheris connatis.	X
			antheris diſtinctis.	XI
	Polypetalæ.	Stamina epigyna.		XII
		hypogyna.		XIII
		perigyna.		XIV
	Diclines irregulares.			XV

SERIES ORDINUM NATURALIUM.

CLASSIS I.
1 Fungi
2 Algæ.
3 Hepaticæ
4 Muſci.
5 Filices.
6 Naïades.
CLASSIS II.
7 Aroïdeæ.
8 Typhæ.
9 Cyperoïdeæ.
10 Gramineæ.
CLASSIS III.
11 Palmæ.
12 Aſparagi.
13 Junci.
14 Lilia.
15 Bromeliæ.
16 Aſphodeli.
17 Narciſſi.
18 Irides.
CLASSIS IV.
19 Muſæ.
20 Cannæ.
21 Orchides.
22 Hydrocharides.
CLASSIS V.
23 Ariſtolochiæ.
CLASSIS VI.
24 Elæagni.
25 Thymeleæ.
26 Proteæ.
27 Lauri.
28 Polygoneæ.
29 Atriplices.
CLASSIS VII.
30 Amaranthi.
31 Plantagines.
32 Nyctagines.
33 Plumbagines.
CLASSIS VIII.
34 Lyſimachiæ.
35 Pediculares.
36 Acanthi.
37 Jaſmineæ.
38 Vitices.
39 Labiatæ.
40 Scrophulariæ.
41 Solaneæ.
42 Borragineæ.
43 Convolvuli.
44 Polemonia.
45 Bignoniæ.
46 Gentianæ.
47 Apocineæ.
48 Sapotæ.
CLASSIS IX.
49 Guaïacanæ.
50 Rhododendra.
51 Ericæ.
52 Campanulaceæ.
CLASSIS X.
53 Cichoraceæ.
54 Cinarocephalæ.
55 Corymbiferæ.
CLASSIS XI.
56 Dipſaceæ.
57 Rubiaceæ.
58 Caprifolia.
CLASSIS XII.
59 Araliæ.
60 Umbelliferæ.
CLASSIS XIII.
61 Ranunculaceæ.
62 Papaveraceæ.
63 Cruciferæ.
64 Capparides.
65 Sapindi.
66 Acera.
67 Malpighiæ.
68 Hyperica.
69 Guttiferæ.
70 Aurantia.
71 Meliæ.
72 Vites.
73 Gerania.
74 Malvaceæ.
75 Magnoliæ.
76 Anonæ.
77 Meniſperma.
78 Berberides.
79 Tiliaceæ.
80 Ciſti.
81 Rutaceæ.
82 Caryophylleæ.
CLASSIS XIV.
83 Sempervivæ.
84 Saxifragæ.
85 Cacti.
86 Portulaceæ.
87 Ficoïdeæ.
88 Onagræ.
89 Myrti.
90 Melaſtomæ.
91 Salicariæ.
92 Roſaceæ.
93 Leguminoſæ.
94 Terebintaceæ.
95 Rhamni.
CLASSIS XV.
96 Euphorbiæ.
97 Cucurbitaceæ.
98 Urticæ.
99 Amentaceæ.
100 Coniferæ.

I.

I.

ACOTYLEDONES,

LES ACOTYLEDONES.

(Pflanzen mit Saamen, ohne Kernstücke.)

Corculum ſeminis Cotyledonibus deſtitutum.

Corculum in germinatione extenſile, non partitum in cotyledones ſeu ſeminales lobos, ſed indiviſum, in aliis (Ord. 1, 2, 3, 4.) ſubtùs radicans aut floccidum, ſuprà & in ambitu variè productum, in aliis (Ord. 5, 6.) ſuprà cauleſcens, baſi caulis laterales emittente radiculas.

Obs. Præcipuus Acotyledonum caracter è ſemine deducendus diverſos in ejuſdem evolutione modos admittit ſuprà expoſitos, & ſecundariæ diviſioni inſtituendæ præprimis idoneos, modò præmiſsâ obſervatione in omnibus innotuerint. Huic minùs proficit diviſioni reſpectivus ſexuum ſitus, in claſſe nondùm ſatìs definitus quia vel ignoti occultantur ſexus, vel in diſtinctis perianthiis ſæpiùs ſegregantur. Indè ſtat uſquenunc indiviſa claſſis in plurimos tantùm ordines diſpertienda.

CLASSIS I.

PLANTÆ ACOTYLEDONES.

ORGANA ſexualia in aliis minimè aut parùm conſpicua, in aliis tenuiſſima aut incerta, in aliis ſpectabilia. Maſculæ partes, dùm conſpicuæ, interdùm mixtæ fœmineis in eodem organo, ſæpiùs in diverſo ſegregatæ. Pollen maſculum nunc nudum, nunc latens in antherâ aut folliculo, quorum diverſa inſertio ac diſpoſitio. Piſtillum ſtructurâ & partium ſitu numeroque varium, germine nudo aut ſæpiùs tecto. Semina quorumdam notiſſima, plurimorum nondùm viſa, cæterorum vix conſpicua, in germinatione non manifeſta: undè incerta in multis & obſervationibus confirmanda germinis ſuprà indicata evolutio.

Obs. Sextuplex hùc revocatur ordo; Algæ & Naïades nondùm ſatis definitæ; Fungi, Hepaticæ, Muſci & Filices apprimè naturales. Fungi Animantibus Zoophytis partìm analogi, Vegetantium ſeriem inchoantes, inter hæc & illa quaſi medii, quibuſdam tantùm Algis conveniunt, à cæteris plantis ſtructurâ, floratione & habitu diverſiſſimæ. Ab Algis ad Hepaticas progreſſio facilis mediante Lichene; facilior ab Hepaticis ad Muſcos iiſdem ferè præditos florum organis. Utriſque Filices ſubnectuntur floratione folliculari ſubaffines, cæteris ſignis tamen minùs ſimiles & Palmarum quandoque mentientes habitum. Memoratos quinque ordines complectitur Cryptogamia Linnæi ſic dicta à ſexuum tenuiorum occultatione aut difficili inveſtigatione. A præcedentibus plurimùm diſſentiunt Naïades, quarum floratio jamdiù ſpectabilis, ſed anceps germinatio, nondùm certus caracter generalis, & vaga ordinis generumque mutua affinitas.

ORDO I.

FUNGI, *LES CHAMPIGNONS.*

(Pilze.)

Fungi paraſitici, aut erumpentes è tellure modò nudi, modò incluſi in volvâ ſciſſili. Subſtantia aliis ſuberoſa aut corticoſa, aliis mollior & carnoſa, aliis mucilaginea. Quidam ſimplices aut ramoſi, quidam ſphæricei; plures inſtructi pileo ſtipitato aut ſeſſili, nunc orbiculari & peltato, nunc ſemiorbiculari & lateribus inſerto. Folia nulla nec flores, ſed antherarum loco pulvis intrà aut extrà diſperſus. Piſtilli vicem ſupplent organa variè contexta, nempè laminæ, rugæ, ſulci, pori, tubi, papillæ, ſquamulæ, reticula, cavitates, interdùm univerſa compages: in iis latent corpuſcula, quæ terræ commiſſa ſimilem, ſeu germinando ſeminum inſtar, ſeu radicando ut ſurculi, plantam progenerant. Suberoſi Fungi perennes ſunt & ſæpè paraſitici; cæteri paraſitici aut terreſtres, fugaces, ad putreſcentiam proni.

I. Fungi carnoſi ſphæricei. *)

MUCOR, L. * *Moiſiſſure.* Schimmelſchwamm. Veſiculæ læves, intùs pulverulentæ, ſolitariæ aut variè aggregatæ, ſeſſiles aut ſæpiùs ſtipitatæ, ſtipite ſimplici aut ramoſo.

*) Nuperrimi nonnulli de Fungis ſcriptores, horum alias poſuerunt diviſiones, a ſeminum loco deſumtas, ita Cl. *Cothenius* in diſpoſitione Vegetab. method. a ſtaminum numero deſumta (Berolini 1790) triplicem propoſuit diviſionem, in eos, quorum capſula ſeminalis viſui ſeſe offert (*Phænocibotiphori*) atque in quibus ei ſeſe obducit (*Cryptocibotiphori*) & demum, quorum interiora omnia ſunt referta (*Somaſpori.*)

Celeb. *Tode* in Faſc. I Op. ſui *Fungi Mecklenburgenſes ſelecti* (Luneburgi 1790) genera nova ſec. hancce ſynopſin communicat.

Semina fungorum ſunt

I. vel nuda, conſpicua

I. in ſuperficie integra fungi (Seſſilis) *Spermodermia*

LYCOPERDON, L. * *Veſſeloup.* Staubſchwamm. Globus nudus aut volvâ radiatìm dehiſcente cinctus, ſeſſilis aut rariùs ſtipitatus, lævis aut rugoſo-pulvereus, intùs primò carnoſus, mollis, ſolidus, dein cavus emiſſo per fiſſuram aut foramen pulvere copioſo.

(Fungus Rogenſchwamm ſimpliciſſimus, globoſus, ſeſſilis: Subſtantia ſpongioſa; polline ſeminali conferto corticis vicem ſubeunte.)
1. in parte ſuperficiei ſcil. ejus.
a. margine *meſenterica* Plattſchwamm. (Expanſum gelatinoſum, venoſum; margine fructificante.)
b. apice *Acroſpermum.* Hornſchwamm.
(F. ſimpliciſſimus, ſuberectus, apice extùs fructificante.)
c. capitulo integro.
α. glabro.
*) Solido *Stilbum.* Glanzſchwamm.
(F. Stipitatus, gelatinoſus, aggregatus; capitulo diaphano, nitente, ſolido, perſiſtente, externè fructificante.)
**) concavo *Aſcophora.* Schlauchſchwamm.
(F. erectus, ſtipitatus: capitulo globoſo-oblongo, inflato, opaco, elaſtico, externè fructificante; ſtipite ſetaceo.)
β. hirſuto *Meduſula.* Plüſchſchwamm.
(F. globoſus, ſtipitatus, confectus: capitulo & ſtipite ſolidis; fructificatione externa, filiformi, flexili, colliqueſcente.)
d. pilei ſuperficie.
α. ſupernâ. *Tubercularia.* Knobberſchwamm.
(F. pileatus, ſtipitatus, gelatinoſus: pileo tuberculoſo-papillato, ſtipiti arete oppreſſo, ſuperficie ſupernâ fructificante; ſtipite craſſiſſimo, faceto.
β. infernâ *Helotium.* Nagelſchwamm.
(F. perpendicularis, fugaciſſimus: ſtipite capillari; pileo minuto, convexo, infernè nude fructificante.)
II. vel tectâ (ante tempus fructeſcentiæ)
1. Volva.
a. fugaci, diſrumpendâ
Tympanis: (F. cyathiformis: cupulâ ſuperne volvatâ: facturâ ſeminali ſiccâ, confertâ, in pulverem fatiſcente.) Pauckenſchwamm.
Myrothecicum. (F. cyathiformis: cupulâ ſuperne volvatâ; repleturâ ſeminali lento. Viſcidâ.) Balſamſchwamm.
Volutella (F. hypocrateriformis, ſtipitatus: pilei ſuperficie ſupernâ punctato-umbilicatâ, margine primum revoluto; repleturâ ſeminali ſimilari, ſtipite brevi, ſetaceo.) Wulſtſchwamm.
b. perſiſtente, findendâ. *Hyſterium.* Venusſchwamm.
F. labiato-globoſus, ſeſſilis: volvâ ſeu capſulâ, labiato-findendâ; ſubſtantiâ ſublabiatâ, prominente, externè ſeminiferâ.)
2. cortice fatiſcente. *Vermicularia.* Nudelnſchwamm.
(Carpſula globoſa ſeſſilis, corporibus vermiformibus, liberis, ſeminiferis repleta.)
3. ſubſtantia fungi.
a. Seſſilis.
Sclerotium) F. ſimpliciſſimus, globoſo-oblongus: ſubſtantia tenaci,

TUBER, T. * Lycoperdon, L. * *Truffe.* Globus ſubterraneus, ſeſſilis, intùs carnoſus, compactus, cortice venoſo, undique tecto ſquamis innumeris, ſubtùs fortè ſeminiferis.

CLATHRUS, L. * *Clathre* Gitterſchwamm. Volva ſphæricea aut ovoidea, ſeſſilis aut ſtipitata, includens reticulum primò molle ſolidum, deìn ipsâ lacerâ cavum cancellatum, pulvere conſperſum. **)

II. Fungi carnoſi pileati, pileis orbicularibus, ſeſſilibus aut ſæpiùs ſtipiti centrali impoſitis.

PHALLUS, L. * Boletus, T. * *Satyre.* Morchelſchwamm. Pileus conicus ſubtùs lævis, ſuprà ſinuoſus celluloſus & umbilico pervius in ſtipitem fiſtuloſum reticulatum, è volva erumpentem.

BOLETUS, T. * Phallus, L. * *Morille.* Löcherſchwamm. Pileus

duriuſculâ, centro demum ſubhiante; cortice inſeparabili, ſupernè nunquam dehiſcente; fructificatione internâ ignotâ.) Hardſchwamm.

Pyrenium (F. globoſus, ſeſſilis, integerrimus: cortice, ſeu ſubſtantiâ. ſemina nuda, conglobata nuclei inſtar includente.) Kernſchwamm.

Xyloſtroma (Expanſum, coriaceum, bilaterale, deforme, interpolatum: ſuperficie lævi, æquali; globulis ſeminalibus minutiſſimis; intùs fibrillis fungi inſidentibus.) Tapetenſchwamm.

b. ſtipitati *Chordoſtylum* Saitenſchwamm.

(F. ſtipitatus, tenaciſſimus: capitulo globoſo, internè fructificante, ſubdeciduo; ſtipite longiſſimo, tenaciſſimo, ſubramoſo.)

4. Vaſulo peculiari ſeminifero. (Fungi ejaculatorii ſeu carpoboli)

a. Solido

Pilobolus (F. ejaculatorius, ſtipitatus, ſtipite capillari, ſupernè ventricoſo, hydrophoro; placentâ ſeminiferâ dejiciendâ pileum conſtituente.)

Hutwerfer Hydrogera cryſtallina Wiggers.

Theleobolus. (F. ejaculatorius, ſeſſilis, ſpheciæformis: ſubſtantiâ & placentâ ſeminali dejiciendâ ſolidis, gelatinoſis.) Knopfwerfer.

b. veſiculari.

Sphærobolus (F. ejaculatorius ſeſſilis, globoſo-concavus: vertice radiatìm findendo; veſiculâ ſeminiferâ globoſâ, ejiciendâ) Kugelwerfer. Carpobolus. Willd. Lycop. carpobolus. L.

Atractobolus (F. ejaculatorius, ſeſſilis, cupularis operculatus; veſiculâ ſeminiferâ, fuſiformi, ejiciendâ.) Spindelwerfer.

Peziza annularis Batſch. (U.)

(** Accedunt.

Næmaspora Willdenow. prodr. fl. Berol. p. 414. F. oblongus, ſemine filo inſtructa, ore emittens.

Stemonitis Gleditſch. Syſt. n. 1219. F. volvâ diſcedente, filis reticulatis farctus, ſeminaque nuda elaſticè ejaculans. Cfr. Ehrhart Beyt. V. 5. 59. n. 130.

Puccinia Michel. gen. 213, Corpus cylindraceum ſeminibus caudatis, radiatìm poſitis, elaſticè exſilientibus farctum. (U.)

conicus ſubtùs lævis aut ſtipiti adhærens, ſuprà ſinuoſus & celluloſus, non perforatus, ſtipitatus ſtipite vix fiſtuloſo.

HELVELLA, L. * *Monacelle.* Glattſchwamm. Pileus membranaceus ſuprà & ſubtùs lævis, plurimùm corrugatus & undatim complicatus, ſeſſilis aut ſtipitatus ſtipite rimoſo ac fiſtuloſo.

PEZIZA, L. * Fungoides, T. * *Peſiſe.* Becherſchwamm. Pileus ſtipitatus aut ſæpiùs ſeſſilis, utrinque lævis, modò planus, modò cupularis, ſubtùs interdùm granuloſus.

CANTHARELLUS. * Fungus, T. * Agaricus, L. * *Chanterelle.* Pileus ſtipitatus turbinatus, ſuprà lævis, interdùm concavus, ſubtùs plicatus plicis lamelliformibus radiatis.

AMANITA, Hall. * Fungus, T. * Agaricus, L. * *Champignon.* Pileus umbelliformis ſtipitatus, ſuprà lævis aut interdùm rugoſus, ſubtùs lamellatus, lamellis circà ſtipitem radiatis, pileo contiguis. *Species numeroſiſſimæ in plures dividuntur ſectiones (forſan poſthàc in plura genera) ratione ſtipitis pleni aut fiſtuloſi, annulati aut nudi, lamellarum æqualium aut inæqualium, volvæ exiſtentis aut nullæ, coloris partium, ſucci venenati aut innoxii.*

SUILLUS, Hall. * Fungus, T. * Boletus L. * *Cépe.* Pileus umbelliformis ſtipitatus, ſuprà lævis, ſubtùs tubuloſus, tubulis confertis, in ſtratum pileo contiguum diſpoſitis.

HYDNUM, L. * Fungus, T. * *Erinace.* Stachelſchwamm. Pileus turbinatus aut cyathiformis, ſtipitatus, ſuprà aut intùs lævis, ſubtùs aut extùs aculeis papillisve tectus. *)

III. Fungi plerumque ſuberoſi, pileati, pileis ſemiorbicularibus, latere ſtipitatis aut ſeſſilibus.

AGARICUS, T L. * Boletus, L. * *Agaric.* Blätterſchwamm. Pileus ſuberoſus paraſiticus formâ varius, ſæpè ſeſſilis, raró ſtipitatus, ſuprà lævis, ſubtùs excavatus ſinubus inæqualibus, aut pertuſus poris, aut tubuloſus tubulis in unicum multiplexve ſtratum diſpoſitis. *Species quadam orbiculares ſeſſiles, ſuprà ſinuoſæ aut poroſæ, ſubtùs læves; quædam carnoſæ. Genus in plura fortè dividendum.* **)

*) Accedunt genera.

Octospora Hedwig. (Deſc. & adumbr. v. II.) Truncus ſimpliciſſimus, ſuperficie terminatus fertili, concavâ, planâ, reflexâ, de quâ eriguntur Thecæ ſeminales membranuloſæ, elongatæ numeroſiſſimæ, ut plurimum ſtupâ filamentosâ cinctæ, utriſque inter ſe non cohærentibus, ſeminibus octo fœtæ.

Thelæphora Willd. prodr. fl. Berol. p. 306. F. infernè papillas loco foraminum vel lamellarum proferens. (U.)

**) Agaricos optime diviſit atque enumeravit Celeberr. *Hofmann* in Nomenclatore Fungorum P. 1. & Continuat. Berol. 1789. 90. (U.)

MERULIUS. * AGARICUS, L. * Pileus paraſiticus ſuberoſus (quandoque carnoſus terreſtris) ſeſſilis aut raró ſtipitatus, ſuprà lævis, ſubtùs lamellatus, lamellis radiatis. *Hùc referatur* Agaricus alneus L.

AURICULARIA, Bull. * Pileus paraſiticus ſeſſilis coriaceus tenuis, junior contractus ſuprà lævis aut reticulatus, ſubtùs piloſus & arborum cortici omninò applicitus, vetuſtior dilatatus marginibus hìnc diſcedens ſenſìmque inverſo habitu reſupinus.

HERICIUS. * HYDNUM, L. * *Urchin.* Pileus paraſiticus ſuberoſus, aut ſubcarnoſus, ſtipitatus aut ſeſſilis, modò ſuprà lævis, ſubtùs aculeis aut papillis tectus, modò undique papillaris excepto inſertionis puncto laterali; papillæ primò extùs pulverulentæ, dein pulvere evanido ad apicem tumidæ. *An pulvis maſculus, tumor fœmineus?*

IV. Fungi anomali, ſimplices aut ramoſi.

CLAVARIA, L. * CORALLOIDES, T. * CORALLOFUNGUS, V. * *Clavaire.* Keulenſchwamm. Fungus ſubcarnoſus, terreſtris aut paraſiticus, modò clavatus ſimplex oblongus, modò coralloides ramoſus, ramulis apice tumidis, papillarum æmulis. *Hìnc eliminandæ Clavariæ 1-5 Linnæi.*

OBS. Incerta adhucdùm Fungorum generatio, licèt ab Autoribus deſcripta. Michelius organa in laminis & tubis marginalia exſerta dicit maſcula, & alia intrà laminas & tubos recondita fœminea afferit; ſed interdùm, memorante Hedwigio, marginalia deficiunt organa; interdùm, etiam ſeminibus jam maturis vigent, pro antheris ideò non habenda, rectiùs forſan pro germinum interiorum ſtigmatibus. Admiſſis autem germinibus Michelianis, obſervavit Hedwigius in lamellatis & tubulatis pileis organa præcociora ac fugaciora, idcircò maſcula, nempè materiem ex filamentis ſuccoſis & annexis globulis compoſitam, quâ veſtitur intùs tela filamentoſa ex contracto pilei immaturi margine ad hujus ſtipitem producta, expanſo pileo facilè ſolubilis, & globulis mox evanidis circà ſtipitem annuli inſtar ſæpè perſiſtens. Adverſantes alii pollinis maſculi ſeminumque denegant exiſtentiam, & germina ſupradicta veros exiſtimant ſurculos in tellure non germinantes ſed tantummodò radicantes. Alii Fungum quia maturus ſæpè vermiculis ſcatet putreſcitque animantium more, inter animantia Zoophyta annumerant. Tenuitas partium in primâ evolutione non ſinit nodum planè ſolvere, ſed obſervata phænomena ſexuum actionem & analogiam cum cæteris plantis confirmant. Naſcentis Fungi primordium filamentoſum eſt & byſſinum, in tellure aut arborum cortice latens radicis inſtar, paſsìm tuberculis obſitum occultis, viciſsìm extrà prominulis & in verum Fungum productis celeri incremento; undè D. Ducheſne, in opuſculo nondùm edito, Fungos Lichenibus aſſimilans, hos pro ſcutis habet extraneis plantarum ſubterranearum ſeu clandeſtinarum. Hæc de Fungorum naturâ: difficilis etiam ſpecierum determinatio atque diſtributio, quia pleræque nimiùm fugaces & abſconditæ inveſtigantem

oculum effugiunt, indè à Linnæo pauciores memoratæ. Nomenclatio ejuſdem non omnis admittitur, utpote minùs recta & à vulgari nimìs diſcrepans. Numeroſiora dividuntur genera, & in novâ ſerie multiplicantur ſectiones, poſteà tamen recognoſcendæ, dùm omnes in accuratis iconibus D. Bulliard ſpecies depinxerit. *)

ORDO II.

ALGÆ, *LES ALGUES.*

AFTERMOOSE.

ALGARUM diverſus habitus, diſpar textura ac ſubſtantia, non ſimilis organorum apparatus. Aliæ filamentoſæ aut gelatinoſæ, Fungis aliquantulùm analogæ; aliæ coriaceæ aut cruſtaceæ; quædam herbaceæ, quaſi folioſæ, cæteris plantis magìs affines. Organa ſexualia in quibuſdam omninò latentia, in aliis ſpectabiliora, in aliis notiſſima, plurimùm diverſa inter ſe quoad ſtructuram & ſitum.

I. Filamentoſæ aut gelatinoſæ. Fructificatio latens. BYSSI.

BYSSUS, L. * Byſſus. Subſtantia filamentoſa aut pulverulenta. *Plantæ in humidis, fugaces.*

CONFERVA, V. L. * ALGA, T. * *Conferve.* Waſſerfaden. Fibræ capillares internodiis numeroſis diſtinctæ, ſimplices aut ramoſæ aut reticulatæ. *Plantæ lacuſtres & marinæ*

TREMELLA, L. * NOSTOC. T. * *Noſtoc.* Erdgallert. Subſtantia gelatinoſa variæ figuræ. *Plantæ in humidis, fugaces; quædam tactu irritabiles, obſervante Adanſonio.*

*) Circa Fungorum generationem & naturam confer Append. noſtr. operi ſubjunctarum. n. VI. (U.)

**) Accedunt.

LEPRA *Wiggers* Byſſus. L. Pulvis ſubtiliſſimus, per lentem à globis variè formatis conſtans.

ENDOCARPON Hedwig. (Deſcr. & Adumbr. Vol. II.) Thalamus fructificationis intrà ſubſtantiam plantæ ipſius Thecæ e membranulâ tenerrimâ, elevatæ, di-tetraſporæ (U).

II. Membranaceæ aut coriaceæ. Fructificatio incerta. FUCI.

ULVA, L. * FUCUS, T. * Waſſergallert. Subſtantia membranacea pellucida, in quibuſdam tubuloſa aut veſiculoſa. *Plantæ rivulares, lacuſtres & marinæ.*

FUCUS, T. L. * ALGA, T. * *Varec.* Tang. Monoïcus. Frondes coriaceæ ſparſis inſtructæ veſiculis, quarum maſculæ pilis intertextis intùs hiſpidæ, fœmineæ gelatinâ turgidæ in quâ nidulant globuli perforati ſemine fœti. *Plantæ aquaticæ marinæ; ſpecies formâ plurimùm variæ.*

III. Coriaceæ aut cruſtaceæ. Fructificatio ſpectabilior. LICHENES.

CYATHUS. * FUNGOIDES T. * PEZIZA, L. * Calix radicalis, coriaceus, campanulatus, patens, in fundo ſeminifer, ſeminibus lentiformibus. *Hùc pertinet* Peziza lentifera *L.*

HYPOXYLUM * AGARICUS, T. * CORALLOFUNGUS, V. * CLAVARIA, L. * SPHÆRIA Hall. * Monoïcum. Stipes erectus, coriaceo-ligneus, ſimplex aut ramoſus; hujus apex pulvere maſculo conſperſus, perſiſtens aut deciduus. Foveolæ infrà in ſuperficie ſtipitis turgidi excavatæ numeroſæ, pulvere fœmineo nigro lunulato fœtæ. *Genus Sphaeriae affine, diſcrepans fructificatione cauleſcente, complectens Sphaerias cauleſcentes Halleri & Clavarias* 1-5 *Linnaei.*

SPHÆRIA, Hall. * CERATOSPERMUM, Mich. * Warzenſchwamm. Monoïcum. Verucæ hemiſphæricæ cruſtaceæ, ſub corticibus arborum naſcentes, & iiſdem diſtractis exſertæ ſeſſiles, extùs conſperſæ pulvere maſculo mox evanido, intùs ad peripheriam excavatæ alveolis minimis numeroſis 1-ſpermis, ſemine lunulato. *Hùc referantur Sphaeriæ ſeſſiles & cruſtaceae Halleri.* *)

LICHEN, T. L. * *Lichen.* Flechte. Monoïcus. MASC. Farina frondi inſperſa, aut verrucæ eidem immerſæ, granuloſâ turgidæ maſſâ (*ex Hedwig.*) mox evanidâ. FŒM. Scutellæ ſeſſiles aut ſubſtipitatæ, ſæpè ſubrotundæ & marginatæ margine integro aut denticulato, interdùm lineares oblongæ aut convexæ ſphæroideæ, pulvere fœmineo fœtæ. *Plantae terreſtres aut ſaxoſae aut paraſiticae, formâ plurimùm variae; frondes cruſtaceae, aut coriaceae complanatae, aut fibroſae teretes ſaepiùs ramoſae; ſcutellae in fronde centrales aut marginales aut terminales. Species ſcyphiferae & fruticuloſae ſcutellis convexis ſphaeroideis terminalibus genere poſthàc diſtinguendae, ut &* L. ſcriptus *& congeneres quorum*

*) Cfr. Hofmann. Vegetab. crypt. Faſc. I. (U.)

tubercula ſeſſilia linearia minima corticibus & foliis arborum emortuis innaſcentia plantam ex integro conſtituunt. *)

Obs. Ambiguis innititur ſignis character Algarum quæ dùm rectiùs innoteſcent, in duos treſve poſthàc ordines diſtribuentur. Byſſi Fungis affines; Hepaticis Lichenes analogi; incertior Fucorum cognatio.

ORDO III.

HEPATICÆ, *LES HEPATIQUES.*

Lebermoose.

Flores monoïci aut dioïci. Organa maſcula granuloſa aut follicularia, polline aut viſcido humore turgida, ſolitaria aut ſæpiùs conferta, nuda aut in perianthio communi aggregata, ſeſſilia aut rariùs pedunculata. Organa fœminea nuda aut ſæpiùs perichætio ſeu calice monophyllo ſeſſili inſtructa, intrà perichætium ſolitaria aut plura unico ſæpiùs ſuperſtite & cæteris ſeſſilibus, ſingula nuda aut involuta membranâ ſtyliferâ ad apicem ſæpiùs dehiſcente, rariùs infrà circumſciſsâ. Capſulæ totidem uniloculares, mono aut polyſpermæ, ſeſſiles aut rariùs ſtipitatæ, nudæ aut membranâ calyptræformi ſuprà tectæ aut ſæpiùs eâdem circà ſtipitis baſim perſiſtente cinctæ. Semina nunc lævia nunc crinibus elaſticis affixa, in germinatione infrà radicantia, ſuprà undique extenſilia. Plantulæ herbaceæ,

*) Lichenum ampliſſimum Genus egregie nuperis Wiggerſii, Hofmanni, Willdenovii aliorumque clariſſimorum Botanicorum curis, in plura diviſum eſt genera: Characteres ſequentium Cel. Willdenow tradit.

Lichen Receptaculum ſeminum ſubrotundum ſubconvexum, ſæpiùs emarginatum ſentiforme.

Peltigera (Prod. Berol. p. 347.) Receptaculum ſeminum oblongum, peltiforme.

Cladonia Wiggers primit. 90. Receptaculum ſeminum in tuberculum elevatum. Corpus fiſculoſum, ſæpiùs ramoſum.

Verrucaria *Wiggers* Receptaculum ſeminum elevatum, verrucæforme. (U.)

terreſtres aut paraſiticæ, repentes, ſubtùs polyrhizæ. Frondes nunc aphyllæ complanatæ, indiviſæ aut lobatæ, nunc polyphyllæ foliis diſtichis aut rariùs imbricatis. Organa maſcula in polyphyllis axillaria aut terminalia aut foliolis inſidentia, in aphyllis ſuprà frondem ſparſa aut marginalia; fœminea in his è frondis apice aut ſinubus exorta, in illis axillaria aut terminalia.

RICCIA, Mich. L. * Riccie. Monoïca aut rariùs dioïca. MASC. Conulus exſertus (punctum granulatum *ex Hedwigio*) ſeſſilis, apice truncatus & dehiſcens, granuloſâ maſsâ fœtus. FŒM. Capſula frondi ſemiimmerſa ſphæricea, ſtylo acuminata, polyſperma ſeminibus granulatis. *Frons aphylla complanata, plerumque radiatìm lobata; flores fœminei centrales, maſculi marginales aut frondis ſinubus innaſcentes*

BLASIA, Mich. L. * Blaſie. Monoïca, rariùs dioïca. MASC. Punctum granulatum (capſula *ex Mich. & Linn.*) frondi immerſum ſeſſile, vix prominulum, tempore evanidum. FŒM. calix (maſculus *ex Mich. & Linn.*) puncto perennior, ſeſſilis 1-phyllus, baſi ventricoſus, ſuprà tubuloſus, limbo integer, fœtus granulis racematìm per tubum expulſis & circà limbum aliquandiù agglutinatione perſiſtentibus. *Frons aphylla complanata, lobata, ſingulis diviſuris medio 1-nerviis, versùs finem nervi 1-floris flore fœmineo, juxtà margines paſsìm unicâ punctorum maſculorum ſerie inſtructis. Matura humi & etiam in capſulâ germinant granula calicis ideò fœminei. A Ricciâ differt calice extrà frondem prominente.*

ANTHOCEROS, Mich. L. * Hörnerſchorf. Monoïcus aut dioïcus. MASC. Calix frondi ſemiimmerſus, primò clauſus, deìn urceolatus apice lacerus & patens folliculis pluribus circiter 3 (femina *ex Mich. & Linn.*), ſeſſilibus, margine annulatis fœtus. FŒM. Calix ſeſſilis cilindricus (maſculus *ex iiſd.*) apice fiſſus aut dentatus emittens capſulam (in exortu calyptratam *ex Hedwig.*) longam ſiliquæformem 2-valvem polyſpermam; femina crine affixa valvis aut axi centrali filiformi. *Frons aphylla complanata lobata, versùs limbum terminalem paſsim florifera.*

TARGIONIA, Mich. L. * Monoïca? Calix ſeſſilis 2-valvis (maſculus *ex Mich. & Linn.*) globulum includens filamentis granuloſis fœtum. *Frons complanata oblonga obcordata ſub apice 1-flora, latere inſtructa corpuſculis (fœmineis?); cætera ignota. Caracter ex Schmidelio. Jungermanniae congener ex Hedwigio.*

JUNGERMANNIA, Mich. L. * MUSCUS, T. * HEPATICOIDES, V * LICHENASTRUM, Dill. * MARSILEA, Mich. * Jungermannie

Monoïca, rariùs dioïca. MASC. Folliculi veſiculares (ſemina *ex Linn.*) pulverulenti minimi, ſolitarii aut conferti, ſubſtipitati aut ſæpiùs ſeſſiles, nudi aut in membranâ vel ſub fronde aut ejuſdem ſinubus latentes. FOEM. Perichætium ſeſſile tubuloſum, apice fiſſum. Intùs germen 1 minimum ſeſſile, ſtylo inſtructum, ſæpiùs cinctum aliis corpuſculis oblongis piſtilliformibus, ſed inanibus & ipſo increſcente ad latera rejectis. Huic membrana exterior (corolla *ex Schmid.*) arilliformis ſtylifera, poſthàc apice variè dehiſcens, & exhibens capſulam (anthera *ex Linn.*) primò ſeſſilem, deìn ſtipitatam ſtipite gracili celeriùs elongato, penitùs 4-valvem, polyſpermam, filis elaſticis ſeminiferis fœtam. *Caracter ex Schmidelio. Herbulae terreſtres aut paraſiticae; frondes nunc ſimplices 1-phyllae* (Marſilea *Mich.*) *variè inciſae, in ſuperficie aut marginibus floriferae, nunc polyphyllae foliis imbricatis aut diſtichis, floribus axillaribus aut terminalibus aut foliorum apici inſidentibus. Hedwigius Schmidelio aſſentiens in determinando partium uſu, vidit inſuper ſemina humi germinantia & radicantia. Ex ipſo in* J. nemoroſâ, J. aſplenioide, J. puſillâ *membrana capſulam ambiens, infrà ſolvitur more calyptrae Muſcorum. Perichaetio & corpuſculis germini appoſitis deſtituitur* J. pinguis *ex Schmidelio.*

MARCHANTIA, March. L. * HEPATICA, V. * *Hépatique.* Marchantie. Monoïca aut dioïca. MASC. Calix margine inæqualis aut ſinuatus; nunc ſtipitatus turbinato-peltatus (umbraculum *Schmid.*) ſubtùs interdùm ſquamuloſus, ſuprà alveolatus ſingulis alveolis folliculum arctè complectentibus annulatum ovatum acuminatum acumine vix exſerto; nunc ſeſſilis frondi innaſcens cyathiformis, pariter alveolatus. FOEM. Pileus umbelliformis, primò ſeſſilis, deìn ſtipitatus ſtipite longo, conicus ad limbum ſinuoſus, aut radiatìm 5-10 partitus, ſubtùs intrà radios aut ſinus alternatìm 5-10-locularis; loculi membranacei ſæpè 2-valves 1-6-flori, (quidam intùs tantùm criniti, floribus evanidis); floſculi minimi cernui. Singulis perichætium turbinatum ſeſſile 4-6-dentatum. Germen intùs ſubrotundum, ſtylo acuminatum (baſi cinctum filamentis ſucculentis *ex Hedwig.*). Huic membrana exterior (corolla *ex Schmid.*) arilliformis ſtylifera, mox apice dehiſcens & 2-3-fida, retegens capſulam (vaſculum *ex Schmid.*) primò ſubſeſſilem, deìn ſtipitatam & exſertam, apice multivalvem, valvis patentibus urceolatam polyſpermam. Semina numeroſa minuta, crinibus elaſticis affixa. *Caracter ex Schmidelio. Herbulae terreſtres fronde granuloſâ pingui complanatâ repente ſinuoſâ; flores maſculi, dùm ſeſſiles frondis ſuperficiei impoſiti, dùm pedunculati ex ejuſdem ſinubus ſubtùs exorti ut & pedunculi florales fœminei qui maſculis tardiores. Quibuſdam inſuper ſpeciebus organa*

ſcyphiformia limbo dentato, ſuprà frondem ſeſſilia, granulis fœt. lentiformibus, aggeſtis aut invicem ſuperſtratis, poſthàc humi excreſcentibus, (obſervante primùm Michelio) in novam plantulam bulbillorum inſtar; undè Linnaeus ſcyphos dixit ſœmineos, licèt in ſpeciebus monoïcis ſaepè deficiant & in dioïcis utrique addantur individuo, quaſi ſuperflui & nullè ſexuales, organis ſexualibus multò praecociores. Fructificatio eadem ac Jungermanniae, ſed ſub pileo glomerata cernua, non ſolitaria frondi inſidens, capſulâ urceolatâ non penitùs 4-valvi. Vis crinium ſeminalium elaſtica à Marchantio primùm memorata. An genus dividendum ratione monoeciæ aut diaeciae, calicis maſculi ſeſſilis aut pedunculati, pilei fœminei conici aut radiati loculis uni aut multifloris? Congener ex L. ſuppl. Emend. Rupinia *ejuſdem*, *ſeu* Aytonia *Forſt.* t. 74.

Obs. Hepaticæ, aliàs Muſci hepatici dictæ, Muſcis quidem hìnc verè affines folliculis maſculis, perichætio fœmineo, germine arillato in ſtylum attenuato & corpuſculis piſtilliformibus interdùm cincto, capſulâ poſt arilli ſciſſionem prominente ſæpè ſtipitatâ 1-loculari polyſpermâ; indè diſſimiles fronde ſæpiùs ſimplici complanatâ, folliculorum congerie non filis intermixtâ, arillo germinis non infrà circumſciſſo nec ideò calyptræ inſtar ſtipitatum fructum obtegente, ſed plerumque ſuperiùs fiſſo & circà ſtipitis baſim intrà perichætium perſiſtente; diſſimiles etiam defectu columellæ intra capſulam non operculatam & crinibus ſeminum elaſticis. A Lichenibus membranaceis fructificatione diſcrepant Hepaticæ, cæterùm fronde pariles & propterea à priſcis autoribus Lichenes dictæ; quas ab iiſdem diù prætermiſſas accuratiùs obſervavêre poſt Vaillantium Micheliumque Schmidelius & Hedwigius, aliique Neoterici veram organorum ſtructuram & functionem exhibentes.

ORDO IV.

MUSCI, *LES MOUSSES.*

MOOSE.

FRUCTIFICATIONIS pars præcipua pyxis *capitulum* dicta (anthera *ex Linn.*), unilocularis columellâ centrali inſtructa; fœta polline ſeu pulvere copioſo columellam ambiente; ſphæricea aut oblonga; apice operculata aut rariùs multivalvis; ad limbum ciliata aut rariùs integra; calyptrata aut rariùs nuda; axillaris aut terminalis; ſeſſilis aut ſæpiùs ſtipitata; antè

floreſcentiam cincta *perichætio* ſeu calice mono aut polyphyllo interdùm vix conſpicuo, ad ſtipitis baſim perſiſtente, dùm calyptra pyxidi priùs circumpoſita arilli inſtar, deìn infrà ſoluto nexu circulari & ſtipite pyxidis elongato ſursùm abripitur eamdem obtegens. Organum aliud (fœminea pars *ex Linn.*) in aliis conſpicuum, in aliis ignotum (aut nullum?), conſtans corpuſculis cilindricis minimis & interjectis filis pluriès articulatis, omnibus promiſcuè aggregatis in gemmas aut ſtellulas ſquamulis cinctas, plerumque ſeſſiles, axillares aut terminales. Plantulæ herbaceæ, terreſtres aut paraſiticæ, repentes aut erectæ, ſimplices aut ramoſæ, foliis diſtichis aut ſparſis imbricatis tectæ, aliæ tantùm pyxidiferæ, aliæ pyxidiferæ ſimul & gemmiferæ ſeu monoïcæ, aliæ dioïcæ in diverſis individuis pyxidiferæ & ſtelluliferæ.

I. Muſci veri, diclines, pyxidiferi & ſtelluliferi.

SPLACHNUM, L. * MUSCUS, V. * BRYUM, Dill. * Blaſenmoos. Dioïcum (aut monoïcum?). Pyxis terminalis ſtipitata, baſi plurimùm ventricoſa, apice anguſtior cilindrica, ore 8-valvi ſeu 8-dentato, operculo nullo, calyptrâ lævi caducâ. Stellula ſolitaria terminalis. *Caulis ſimplex breviſſimus, apice 1-florus.*

POLYTRICHUM, Dill. L. * MUSCUS, T. * Haarmoos. Dioïcum. Pyxis terminalis ſtipitata oblonga, interdùm angulata, ore ciliari & membranâ tecto, operculo acuminato, calyptrâ villosâ, perichætio 1-phyllo tubuloſo. Stellulæ ſolitariæ terminales, in roſam patentes. *Caulis ſimplex, apice 1-florus; ſtipitis apex ſub pyxide tumidus.*

MNIUM, Dill. L. * MUSCUS, T. * BRYUM, Dill. * Sternmoos. Monoïcum aut dioïcum. Pyxis terminalis ſtipitata ovata, ore ciliari annulato, operculo acuminato, calyptrâ lævi, perichætio 1-phyllo tubuloſo minuto. Stellulæ ſquamulis cinctæ, aut ſphærulæ pulverulentæ nudæ, utræque terminales. *Caulis ſimplex aut ramoſus.* Mnium *Dillenii, quod* Conianthos *D. de Beauvois, diſtinguitur ſphærulis pulverulentis.*

HYPNUM, Dill. L. * MUSCUS, T. * Aſtmoos. Monoïcum. Pyxis axillaris ſtipitata oblonga ciliata, operculo acuminato, calyptrâ lævi, ex perichætio polyphyllo orta lateralis. Gemmæ axillares ſeſſiles diſtinctæ. *Herba ſæpiùs ramoſa.*

II. Muſci veri, monoclines, tantùm pyxidiferi, ſtellulis gemmiſve inconſpicuis aut nullis.

FONTINALIS, Dill. L. * Muscus, T. * Hüllmoos. Pyxis axillaris ſubſeſſilis oblonga ciliata, operculo acuminato, calyptrâ lævi, perichætio urceolari ſquamuloſo. *Herbæ pleræque aquaticæ, ramoſæ.*

BRYUM, Dill. L. * Muscus, T. * Knotermoos. Pyxis terminalis ſtipitata aut rariùs ſeſſilis, ſphæricea aut oblonga, ore ciliari annulato, calyptrâ lævi aut rariùs piloſâ, perichætio 1-phyllo minimo vix conſpicuo. *Caulis ſimplex aut ramoſus, interdùm nullus. Species calyptrâ villoſâ ſæpè ſubacaules conſtituunt* Pogonatum *D de Beauvois, &* Weiſſiam *Ehrharti.*

PHASCUM, L. * Muscus, T. * Bartmoos. Pyxis terminalis ſubſeſſilis aut rariùs ſtipitata, ore ciliato, operculo acuminato, calyptrâ minutâ. *Caulis ſimplex, brevis aut ſubnullus.*

BUXBAUMIA, L. * Buxbaumie. Pyxis radicalis ſtipitata aut ſubſeſſilis, hinc gibba, indè membranacea, ore ciliari, operculo conico ſacculum interiorem polliniferum ſuſtinente, calyptrâ lævi caducâ. *Herbæ acaules; folia radicalia aut nulla.*

SPHAGNUM, Dill. L. * Muscus, T. * Torfmoos. Pyxis axillaris, ſtipitata ſtipite pellucido craſſiuſculo, ſubovata, ore integro non ciliato, operculo brevi, calyptrâ nullâ, perichætio inſconſpicuo. *Herbæ ramoſæ paluſtres; ſtipitis apex ſub pyxide tumidus.*

III. Muſci ſpurii.

PORELLA, Dill. L. * Pyxis axillaris ſeſſilis oblonga, non calyptrata nec operculata, poris plurimis lateralibus dehiſcens, ſquamulis baſi cincta, fœta pulvere farinoſo. *Herba ramoſa, foliis diſtichis. Genus ſoli notum Dillenio.*

LYCOPODIUM, V. Dill. L. * Muscus, T. * Selago, Dill. * Selaginoïdes, Dill. * Lycopodioïdes, Dill. * *Lycopode.* Kolbenmoos. Capſulæ ſeſſiles nudæ, non operculatæ, intùs pulverulentæ; in plurimis 1-loculares 2-valves ſubrotundæ aut reniformes, in paucis (Selaginoïdes *Dill.*) 3-4-coccæ 3-4-valves; nunc diſtinctæ (Selago & Selaginoïdes *Dill.*) & foliis axillares, nunc ſpicatæ (Lycopodium & Lycopodioïdes *Dill.*) intrà ſingulas ſpicarum ſquamas imbricatas ſingulæ. *Herbae ramoſae, repentes aut erectae; foliatio imbricata circularis, aut pinnulaeformis complanata ut in* Lycopodioïde *Dill; ſpicigerarum ſpicae ſimplices aut dichotomè partitae, ſeſſiles aut pedunculatae, terminales aut axillares. Pulvis capſularum inflammabilis, maſculus ex Linnaeo & Hallero, fœmineus ex Kolreutero quia in*

aquâ non intumeſcit: an potiùs uterque commixtus? Praeter capſulas ex Linnaeo maſculas, alia ſaepè exſtant organa per caulem ſparſa axillaria, quae gemmae ex Hallero, perianthia ex Linnaeo fœminea 4-phylla fœta corculo nudo cotyledonibus deſtituto.

Obs. De Muſcorum naturâ & ſexu inter Autores ambigitur. Michelius prior, neglectâ pyxide quam tamen fructum nuncupabat, utrumque præterea in ſtellulis ſexum deſcripſerat, nempè maſculum filiformem articulatum, & fœmineum fuſiformem ſeu cilindricum. Poſthàc Dillenius pulverem pyxidis fruſtrà ſatum ideò maſculum, & ſtellulas feliciter pullulantes ideò fœmineas aſſeruerat experimentis ſuffultus, licet nondùm in omnibus Muſcis innotuiſſent ſtellulæ. Prædictam Dillenii determinationem mox à Linnæo dein ab aliis diutiſſimè admiſſam impugnàrunt Cryptogamiſtæ recentiores. Hillius poſthabitis ſtellulis, pyxidem hermaphroditam judicans, cilia hujus marginalia ſtaminum more maſcula & pulverem in eâ deliteſcentem fœmineum aiebat; ſed defectus ciliorum in Sphagno & aliis aſſertionem infirmat. Stellulas cum Michelio hermaphroditas admittunt Meeſius & Kolreuter. Quoad pyxidem Meeſius Hillio conſentit. Kolreuter autem, obſervatâ Polytrichi pyxide poſt avulſam calyptram emarcidâ, maſculam indè vim calyptræ pyxidem fœmineam ambientis concludit immeritò; marceſcit enim potiùs pyxis, quia præmaturè denudatur, calyptrâ & operculo tunc ſimul deciduis: quædam inſuper Muſcorum genera dicuntur non calyptrata. Recentior Hedwigius, accuratâ & multiplici fretus obſervatione, Muſcis omnibus ſtellulas gemmaſve tribuens, harum corpuſcula cilindrica dicit maſcula, fœta polline per terminale foramen proſiliente, filis articulatis ſuccoſis fœcundationem promoventibus intermixtis diſtincta, intrà ſquamas florales imbricatas, patentes in ſtellulis terminalibus, conniventes in gemmis axillaribus. Alibì intrà junius pyxidis perichætium vidit germen ſubſeſſile minimum, membranulâ veſtitum propriâ, ſtylo & ſtigmate inſtructum, cinctum corpuſculis plurimis (2-15) ipſi omninò conformibus, ſed minoribus & effœtis inanibuſque, intereà *adductores* ab Autore dictis, & anteà jam à Schmidelio ſemel obſervatis. Hedwigio teſte, diſtenſa ob ſtipitis interioris productionem membranula fœcundati germinis & dein ſciſſione circulari infrà ſoluta, cum ipſo ſenſìm erigitur mutata in calyptram; capſula ſeu pyxis ſic ſtipitata, poſt calyptræ caſum matura, copioſo turget pulvere humi poſthàc germinante & ideò fœmineo. Sic ex Hedwigio calyptra corollæ vicem gerens à perichætio verè calicino diſtinguenda; ſi etiam Muſci raro hermaphroditi germine & antheris communi involucro cinctis, plerumque diclines ſtellulis aut gemmis polyandris, & perichætiis monogynis effœto adductorum agmine, aut rariùs polygynis dùm adductores quidam ſtipitati gravidantur. Pyxidis urceolatæ orificium ciliis ſæpè clauſum marginalibus irritabilibus, duplici aut ſimplici ſerie diſpoſitis, præterea operculo tegitur acuminato deciduo, cui medio ſubtùs continua eſt centralis *columella*, ſic à Schmidelio & ab Hedwigio dicta, ex imâ pyxide enata, nunc gracilis, nunc dilatata & pyxidi conformis inſtar pyxidulæ internæ, intùs cava & pulviſculo quaſi fœta, ſenſìm marceſcens & interdùm evanida aut cum operculo decidua. Hæc eſt theca interior jamdudum à Duhamelio (*phyſ.*

(*phyſ. arb.* I. *p.* 291.) obſervata in *Mnio capillari L.*; hic Buxbaumiæ ſacculus pollinifer à Linnæo memoratus; hæc anthera lageniformis à Millero generatìm admiſſa intrà fœmineum pyxidis pulverem. Hæc nuper ex Belviſio (D. Paliſot de Beauvois *in Diſſert. mſſ.*) pyxidis hermaphroditæ capſula interior Muſcis omnibus communis, pulvere fœmineo fœta, maſculo circumdata polline, apice in operculum deſinens, baſi fortè continua filamento ſeu pedicello intrà ſtipitem fiſtuloſum contento, cujus fœcundationem concitant cilia irritatione conniventia pollen extrà proſiliens in ipſam reprimentia. Sic fiſtuloſo ſtipiti continua pyxis corollam mentitur tubuloſam apice dilatatam; & Muſci omnes in eodem organo biſſexuales, Belviſio judice, piſtillum exhibent centrale & ſtamina ambientia; & præthereà fœcundationi nullatenùs incumbunt ſtellularum corpuſcula alienis & adhucdùm ignotis uſibus nata. Sic etiam adverſantia circà germinationem explanarentur experimenta Dillenii & Hedwigii quorum alter pyxidis pollen ambiens, alter centralem pulverem fortè ſeverat. Quæ tamen ut prævaleat Belviſii opinio de Muſcorum ſexu contrà Hedwigianum ſyſtema plurimis jamtunc Cryptogamiſtis acceptum, numeroſis eſt obſervationibus confirmanda.

Muſcorum ſemen telluri commiſſum, Hedwigio obſervante, infrà radicatur perſiſtente ſuâ tunicâ veſtiente, & ſimul ſuprà per fiſſuram (ferè lateralem?) tunicæ emittit corpuſcula quædam (quandoque unicum aut duplex) ligulæformia ſuccoſa pellucida, apice viridula, primò brevia indiviſa, dein longiora ramoſa, inter quæ ſenſìm eminet nova plantula, nulluſque præthereà cotyledon exhibetur. An autem corpuſcula pro cotyledonibus habenda; an indè potiùs Muſci verè acotyledones; an rectiùs monocotyledones, indicante germinatione ferè laterali? Nodum ſolvent aſſidui germinationis hujus inquiſitores.

Donec de partium naturâ & generibus indè deducendis & ſpeciebus ad genera compellendis conſtiterit omnium conſenſu, maneant interdùm genera Linnæana ſpecies omnes nunc complectentia, & conferantur admittenda tempore opportuno 25 genera Hedwigii instituta ratione orificii pyxidis nudi aut ciliati ciliis ordine ſimplici aut duplici, definitis aut indefinitis, integris aut partitis. *)

*) Hedwigianum ſyſtema Muſcorum-ejuſque genera, cum quibuſdam circa iſta animadverſionibus. v. Append. noſtr. N. VIII. (U.)

ORDO V.

FILICES, *LES FOUGERES.*

FARRNKRAÜTER.

ORGANA ab aliis antheræ ab aliis capſulæ dicta, in Filicibus plurimis ſola hucuſque cognita, ſunt folliculi uniloculares, polline aut pulvere fœti, plerumque transverſìm bivalves, valvis hìnc annulo elaſtico ſæpè junctis, diverſimodè aggeſti in inferiore frondium paginâ ſub membranâ involucrante, aut à fronde ſegregati. His in eâdem congerie commixta creduntur ſexûs alterius organa ferè conformia, ſed nondùm ſatìs explorata. In paucis ſexus uterque conſpicuus; antheræ nudæ aut involucro plures cinctæ, folliculorum inſtar uniloculares bivalves polliniferæ; germina ſimplicia aut plura, ſingula ſtigmate unico inſtructa, nuda aut involucrata, nunc ab antheris ſegregata, nunc eiſdem juncta in eodem involucro, mutata in fructus ſæpè monóſpermos. Folia alterna, recentiora ab apice ad baſim convoluta. Frondes ſimplices aut ramoſæ, baſi ſæpiùs ſquamoſæ, herbaceæ aut rariùs arboreſcentes. (Cfr Hoffmann Tabula in qua συνοπτικῶς Filices explicantur prima in Botan. Magazin n. IX. p. 3. Tab. 1.

I. Folliculi in ſpicam diſtinctam diſpoſiti. Cætera ignota.

OPHIOGLOSSUM, T. L. * *Ophiogloſſe*, *Langue de ſerpent.* Natterzunge. Spica oblonga linguæformis compreſſa, utrinque ad margines unicâ ſerie multilocularis loculis tranſversìm dehiſcentibus polline fœtis, poſt emiſſum pollen quaſi utrinque crenata & plurimùm veruculoſa. *Ophiogloſſis veris folium radicale, non convolutum, ſaepiùs ſimplex & enerve, emittens ſpicam plerumque ſimplicem & pedunculatam. Spuriis frondes ramoſae plurìes pinnatae, recentiores convolutae filicino*

more, vetuſtiores in ambitu foliolorum radiatim ſpiciferae ſpicis ſeſſilibus imbricatim & diſtichè ſubſquamuloſis. Genus indè dividendum & intereà medium inter Muſcos & Filices. An ſpica tantùm maſcula; an potiùs in ſingulo ejuſdem loculo uterque ſexus ad mentem Hedwigii?

ONOCLEA, L. * POLYPODIUM, T. * Spica racemoſa diſticha. Folliculi 5-valves. *Ex Linnaeo capſulae 5-valves, valvis ſingulis baſi ſeminiferis, ſemina ſcobiformia: an rectiùs?*

OSMUNDA, T. L. * POLYPODIUM, T. * *Oſmonde.* Traubenfarrn. Spica racemoſa. Folliculi 2-valves. *Capſulae polyſpermae ex Linnaeo.*

II. Folliculi frondibus ſubtùs impoſiti. Cætera ignotà.

ACROSTICHUM, T. L. * FILICULA, T. * Vollblühender Farrn. Fructificatio totum frondis terminalis diſcum tegens.

POLYPODIUM, T. L. * FILIX, T. * LONCHITIS, T. * FILICULA, T. * *Polypode, Fougere.* Tüpfelfarrn. Fructificatio in punctis ſubrotundis per frondis diſcum ſparſis.

ASPLENIUM, T. L * HEMIONITIS, T. * LINGUA CERVINA, T. * TRICHOMANES, T. * RUTA MURARIA, T. * FILICULA, T. * LONCHITIS, T. * *Cétérach, Scolopendre, Politric, Sauvevie.* Streifenfarrn. Fructificatio in lineis rectis, ſubparallelis, per diſcum frondis ſæpiùs obliquè decurrentibus.

HEMIONITIS, L. * Fructificatio in lineis variè decuſſatis & intertextis, per frondis nervos decurrentibus.

BLECHNUM, L. * Fructificatio in lineis duabus parallelis coſtæ frondis approximatis.

LONCHITIS, L. * Fructificatio in lineis lunatis, frondium ſinus occupantibus.

PTERIS, L. * FILIX T. * LINGUA CERVINA, T. * *Fougere.* Flügelfarrn. Fructificatio in lineis marginalibus, frondem cingentibus.

MYRIOTHECA, Comm. * Fructificatio in thecis numeroſis antheriformibus oblongis diſtinctis ſeſſilibus, tranſverſim parallelis, unicâ ſerie frondem ſubtùs cingentibus. *Frons bipinnata. Caracter ex Commerſ. herb. Borb.* Μυριος θηκη, *infinitae thecae.* Congener Cænopteris. Berg. Act. Petrop. 1782. *)

ADIANTUM, T. L. * *Capillaire.* Frauenhaarfarrn. Fructificatio in punctis terminalibus, ſub replicato margine frondis.

*) An Cænopteris Berg. & Myriotheca Comm. idem genus? videtur ex teſtimonio Cel. Cevanilles. cfr. Bot. Mag. N. VI, p. 142. Bergii deſcript. v. Act. Petrop. l. c. & Bot. Mag. N. V. p. 32. Sequ. ubi ſequentem generis characterem tradit. Fructificationes frondoſæ. Punctum marginale ſolitarium, rimâ concavâ, ſcobe parva capitulata ferta. (U.)

DAREA, * Fructificatio in lineis brevibus ſolitariis, ex unico frondis latere ſubtùs exſertis. *Frons decompoſita ſingulis foliolorum lobulis lateralibus unicâ lineâ inſtructis.*

TRICHOMANES, L. * FILICULA, T. * Fructificationes ſolitariæ in calicibus ſeu capſulis diſtinctis turbinatis, ſuprà frondem marginalibus, ſtylo ſetaceo terminatis. *An antherae aut germina?* T. Canarienſe *calicibus multifloris inſtructum, novi fortè generis prima ſpecies.*

III. Antheræ ſtrobilo impoſitæ. Piſtilla conſpicua à ſtaminibus ſegregata.

ZAMIA, L. * Dioïca. Conus florum non ſpathaceus. MASC. Squamæ coni ſubpeltatæ pluribus antheris 1-locularibus 2-valvibus onuſtæ. FŒM. Squamæ peltatæ; germina 2 ſub ſingulâ peltâ; ſtigmata capitata; drupæ duæ 1-ſpermæ; nuces fibroſæ oblongæ. *Caulis ſimplex fruteſcens; folia alterna, vaginantia, conferta, terminalia, pinnata; conus inter folia terminalis, fœmineus ſimplex magnus, maſculus minor multiplex: habitus Palmae.*

CYCAS, L. * Dioïca. MASC. Amentum unicum terminale ſtrobiliforme imbricatum, ſquamis ſpatulatis carnoſis numeroſâ antherarum 1-locularium 2-valvium ſerie ſubtùs tectis. FOEM. Germina plura diſtincta, ſpadicibus confertis carnoſis ultrà medium immerſa; ſtyli & ſtigmata totidem. Drupæ totidem 1-ſpermæ. *Caulis ſimplex arboreſcens; folia alterna vaginantia, pinnata, terminalia: habitus Palmae.*

IV. Antheræ piſtillis mixtæ in eodem involucro.

PILULARIA, V. L. * *Pilulaire.* Pillenkraut. Involucrum ſeſſile, globoſum piſiforme, coriaceo-villoſum, 4-valve, 4-loculare; loculi germinibus paucis infrà, antheris pluribus ſuprà fœti, utriſque eidem receptaculo laterali impoſitis; ſemina tunicata. *Caulis repens radicans; folia graminea; involucra axillaria. Caracter ex B. Juſſaeo. Linnaeus pulverem maſculum ſub foliis admittit, & globulos fœmineos 4-loculares polyſpermos.*

LEMMA, J. * MARSILEA, L * Involucrum pedicellatum ovatum, tranſversìm multiloculare; loculi piſtillis & antheris eidem receptaculo promiſcuè impoſitis fœti. *Caulis repens radicans; folia longè petiolata quaternata, baſi petioli floriferâ. Caracter ex B. Juſſaeo: genus ſequenti malè annexum à Linnaeo.*

V. Fructificatio minùs nota. Plantæ Filicibus affines, foliis non convolutis.

SALVINIA, Mich. * MARSILEA, L. * Monoïca. MASC. Verrucæ foliorum nervis impoſitæ ſeſſiles numeroſæ, filamentis 4 (an-

theræ *ex Linnaeo.*) oblongis ſpiralibus terminatæ. FOEM. Capſulæ intrà ſingulos radicum faſciculos ſubſolitariæ globoſæ 1-loculares polyſpermæ *Planta aquis innatans, ramoſa diffuſa, ramis ad genicula bifoliis & ſubtùs radicantibus. Caracter ex Michelio & Linnaeo. An antherae verè foliis impoſitae, an potiùs deliteſcentes in capſulâ radicali cum germinibus? Hujus congener* Azolla *Lamark. Dict.* 1. *p.* 343.

ISOETES, L. * Monoïca. Folia cepacea faſciculata radicalia, baſi interiori florifera, interiora ſquamam cordatam 1-andram, exteriora capſulam 2-locularem polyſpermam foventia. *Caracter denuò examinandus. Anthera ſeſſilis* 1*-locularis? Plantae lacuſtres.*

EQUISETUM, T. L. * *Prêle.* Schaftheü. Spica denſa ſeu conus ſolitarius terminalis conſtans filamentis numeroſis axi communi densè impoſitis, ſingulis apice peltatis, peltâ ſubtùs multivalvi emittente ſphærulas plures pollinifomes ſetis 4 elaſticis inſtructas. *Herbae aphyllae caule fiſtuloſo ſtriato, ſimplici aut ramoſo, ſaepiùs verticillatim ramuloſo, articulato articulis vaginâ dentatâ cinctis. Caulibus vernalibus coniferis plerumque mox perituris ſuccedunt aliae non coniferae perenniores: an priores maſculae, poſteriores fœmineae ſexu nondùm detecto? Sphaerulas Hedwigius ſtigmati aſſimilat, & ſetas pulviſculo aſperſas, apice cochleariformi dilatatas, conniventes in humido, in ſicco patulas, microſcopio manifeſtas pro filamentis antheriferis habet.* (*

OBS. Hùc refertur ordo Muſcis quodammodò affinis, licèt Lemma & Pilularia monocotyledones videantur, ſed habitu ſimilior Palmis. Dùm patebunt ſedulòque diſtinguentur in omnibus antheræ & ſemina, verus generationis germinationiſque ſtatuetur modus veraque ordinis affinitas. Sexuum concurſum in eodem faſciculo ſuadet Lemmæ & Pilulariæ analogia, indicant Schmidelianæ & Hedwigianæ obſervationes. Schmidelius in *Polypodio thelypteri L.* conſpexit ſub fronde peltas membranaceas, margine laciniatas dentibus globuloſis, globulis croceis (maſculis?), ſuperimpoſitas congeriei capſularum quæ annulatæ polyſpermæ, folliculis ſuprà memoratis conformes, receptaculo communi affixæ, ſingulæ filo proprio detentæ. Vidit Hedwigius in *Oſmundâ ſpicant L.* ſub geminâ faſciculi oblongi membranâ hìnc & indè ſeriem corpuſculorum pellucentium pedicellatorum fœmineorum, & alia corpuſcula diſſimilia globuloſa nervo faſciculi medio impoſita cæteris præcociora & citiùs evanida, ideò maſcula: utraque iterùm in quibuſdam Polypodii &

*) Accedunt.

HOFFMANNIA Willdenow. Bot. Mag. N. VI. p. 15-18. Capſula trilocularis, ſexvalvis polyſperma.

Lycopodium nudum L.

SALVINIA Aubl. gujan. 969. Caps. 2 locul. polyſp. ſem. placent. ramos. affixa. *Zaluzianskia Neckeri ad hoc genus pertinet.*

DICKSONIA. L'Heritier ſertum anglicum. Fructif. ſubrotund. Caps. pedicell. recept. longitudinali affixæ.

Aſplenii ſpeciebus obſervavit, ſed fœminea orbata ſtylo & ſtigmate, forſan evanidis peractâ jamdudùm fœcundatione. Ulteriùs ergò ſcrutandæ partes, definiendusque folliculorum uſus, præcipuè in Filicibus arboreis: ſcrutandi quoque ſpecierum caracteres Genera Linnæi à faſciculorum formâ & ſitu deſumpta affines ſeparant plantas; admittuntur tamen licèt non naturalia, uſquedùm nova & rectiora, ſuadente Guettardo, deducantur è frondium texturâ aut aliis ſignis.

ORDO VI.

NAIADES, *LES NAIADES.*

INUNDATÆ. WASSERPFLANZEN.

CALIX integer aut diviſus, ſuperus aut inferus, raró nullus. Stamina definita (perigyna?). Germen ſuperum aut inferum, unicum aut quadruplex; ſtylus unicuique ſimplex, aut rariùs duplex, aut nullus; ſtigma unum aut multiplex. Semina ſolitaria aut plura, nuda ſupera, aut incluſa pericarpio ſupero vel infero. Folia ſæpiùs oppoſita aut verticillata. Flores in aliis hermaphroditi, in aliis monoïci aut dioïci. *Plantæ omnes herbaceæ, & (excepto Saururo) aquaticæ.*

I. Fructus inferus.

HIPPURIS, L. * LIMNOPEUCE, V. * *Peſſe.* Tannenwedel. Calix integer non manifeſtus. Stamen 1 (epigynum? *) filamento brevi, antherâ oblongâ hìnc ſulcatâ. Germen inferum, calice ſuprà marginatum; ſtylus 1, ſulco antheræ receptus; ſtigma 1. Semen 1. *Caulis cylindricus ſimplex; folia verticillata; flores axillares.*

II. Fructus ſuperus; monoſpermus aut tetraſpermus.

CHARA, V. L. * *Charagne.* Armleüchter. Monoïca. FOEM. Calix 4-5-phyllus (ſuperus *ex Vaill. act. Pariſ.* 1719) laciniis ſpiraliter appreſſis germini turbinato cui ſtylus 0, ſtigma 5-fidum; capſula polyſperma (1-ſperma *ex Linn.*) MASC. Anthera globuloſa ſeſſilis, nunc fœmineo flori extrà calicem ſubjecta, nunc ab eodem diſtans & ſolitaria. *Caulis aphyllus ramoſus, ramis verticillatis pluriès articulatis, ad articulos dentatis & ſaepiùs 1-floris.*

*) Gynendram plantam dicunt Rete & Willdenow. (U.)

CERATOPHYLLUM, V. L. * Monoïcum. Calix multipartitus. MASC. Stamina plura, numeri laciniarum calicis dupla (14-20) antheris oblongis. FOEM. Germen 1 compreſſum; ſtylus 0; ſtigma obliquum. Nux acuminata 1-ſperma. *Folia verticillata, linearia, dichotoma; flores axillares ſolitarii. An ſemen potiùs 2-lobum?*

MYRIOPHYLLUM, V. L. * POTAMOGETON T. * *Volant d'eau.* Waſſerfeder. Monoïcum Calix 4-partitus inæqualis. MASC. Stamina 8 antheris oblongis. FOEM. Germina 4; ſtyli 0; ſtigmata pubeſcentia. Semina 4. *Folia verticillata, linearia, pinnata; flores axillares ſeſſiles ſolitarii, in ſuperioribus verticillis maſculi, in inferioribus fœminei.* M. Verticillatum *ſaepè hermaphroditum. Caracter ex Linn. Corolla intrà calicem 4-petala ex Vaill. act. Pariſ.* 1719. *An calix verè 4-partitus; an potiùs 4-fidus ſuperus apice 4-petalus, ut in Cercodeâ & Onagris indè affinibus? An germen ideò ſimplex inferum corculo ſeminum 2-lobo?*

NAIAS, L. * FUCUS, T. * FLUVIALIS V. * *Naïade.* Monoïca. MASC. Calix 2-fidus. Stamen 1 filamento longo, antherâ 4-valvi (quæ corolla 4-fida *Linn.*) valvis patentibus. FOEM. Calix 0. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 2. Nux 1 aut 4-ſperma. *Folia 3 verticillata vaginantia; flores axillares ſeſſiles*

SAURURUS, L. * Calix, ſquamula lateralis perſiſtens. Stamina 6-7 (hypogyna?). Germina 4; ſtyli 0; ſtigmata 4, germinibus intùs adnata. Baccæ 4 monoſpermæ. *Caulis erectus; folia alterna petiolo alato vaginante, juniora convoluta; flores amentacei; amenta foliis oppoſita. An affinior Aroïdeis, aut Piperi? An ſemen germinans 1 aut 2-lobum?*

APONOGETON, LS. * Calix, ſquamula lateralis ſimplex aut 2-partita. Stamina 6-12 lateralia ſeu exteriora (hypogyna?). Germina 3-4, inter rachim & ſtamina; ſtyli & ſtigmata 3-4. Capſulæ 3-4, ſingulæ baſi 3-ſpermæ. *Folia radicalia; flores in ſcapis densè ſpicati terminales, ſpathâ tenuiſſimâ aut ſubnullâ ſpicam tegente ſimplicem aut 2-partitam. Caracter ex L. Suppl. Habitus Potamogetonis. An Aroïdeis approximandum?*

POTAMOGETON, T. L. * *Epi d'eau.* Saamkraut. Calix 4-partitus. Stamina 4. Germina 4; ſtyli 0; ſtigmata 4. Semina 4 nuda. *Folia vaginantia, caulina ſaepè alterna, floralia ſaepe oppoſita; flores ſpicati, terminales aut axillares; ramuli & ſpicae ſaepè baſi 2-ſpathaceae.*

RUPPIA, L. * CORALLINA T. * Calix 2-valvis deciduus. Stamina 4. Germina 4 ſubſeſſilia; ſtyli 0; ſtigmata 4. Semina 4 nuda, ſtipitata ſtipitibus plurimùm elongatis filiformibus. *Herba capillaris ramoſa; folia graminea vaginantia, caulina alterna, floralia ſuboppoſita; flores in ſpiculis ſeu ſpadicibus ſolitariis*

plerumque terminalibus diſtichis ; ſpicula ſubulata , maturis fructibus apice incurva.

ZANICHELLIA, L. * Zannichellie. ALGOIDES, V. * Monoïca. Calix 1-phyllus turbinatus. Germina 4, rariùs 2-6; ſtyli totidem; ſtigmata totidem peltata plana. Semina totidem nuda. Stamen 1 filamento ad baſim calicis extùs inſerto. *Flores axillares ſolitarii; planta capillaris ramoſa.*

CALLITRICHE, L. * STELLARIA, V. * Waſſerſtern. Calix 2-partitus. Stamen 1 filamento longo. Germen 1; ſtyli & ſtigmata 2. Capſula 4-gona 2-locularis 4-ſperma. *Folia oppoſita; flores axillares. An Peplidi affinis? An ſemen germinans 1 aut 2-lobum? Species una monoïca.*

III. Fructus ſuperus oligoſpermus, ſeminibus non definitis.

LENTICULA, T. V. * LEMNA, L. * *Canillée, Lentille d'eau.* Waſſerlinſe. Monoïca. Calix 1-phyllus integer, latere dehiſcens. MASC. Stamina 2; piſtillum abortiens. FOEM. Germen 1; ſtylus brevis perſiſtens; ſtigma 1. Capſula acuminata 1-locularis, oligoſperma, ſeminibus oblongis ſtriatis. *Herbae minimae aquis innatantes, ſaepiùs 3-phyllae, ſub ìis radicantes, in junctione foliorum floriferae, hinc maſculae, indè fœmineae.*

OBS. Naïadum ſemen germinans indiviſum nullo emiſſo lobo laterali, in aliis infrà radicatur & ſuprà in caulem aſſurgit, in aliis ſuperiùs tantùm emittit plumulam baſi hìnc & indè radicantem, ut in Trapâ. An indè Trapa ad Naiades revocanda? An potiùs plurimæ ex Acotyledonibus eliminandæ Naïades, aliis ordinibus paulò affiniores? Denuò obſervanda hæc in omnibus germinatio.

II.

MONOCOTYLEDONES,

LES MONOCOTYLEDONES.

Pflanzen mit einem Kernstück.

Corculum ſeminis ex radiculâ, plumulâ et unico lobo ſeu cotyledone conſtans.

Corculum germinans è tuberculo ad latus producto emittit ſuperiùs plumulam, inferiùs radiculam, utramque, dùm tenera adhuc, enutritam ſuccis in cotyledone collectis ac paratis, donec radicula increſcens, ipſa telluris rorem exſugat & ſufficientem idoneumque plumulæ cauleſcenti deferat ſuccum. Inutilis tunc marceſcit cotyledon, & plantula ſuî compos aſſurgit proprio gaudens habitu quem conſtituit laxus & mollis organorum, præcipuè interiorum, apparatus. Indè cotyledon ſimplex, germinatio lateralis, & mollior habitus proprii ſunt Monocotyledonum caracteres.

Obs. Conſtans cotyledonis unitas, diverſus ejuſdem lateralis in ſemine germinante ſitus. Seminis enim cruſta ſeu tunica cotyledonem emiſsâ plantulâ involvens, & poſteà ſuperſtes ejuſdem detrimento fœta, diverſimodè diſponitur. Modò ſursùm elevatur inſidens apici folii

primarii, ut in Phœnice, Typhâ, &c., aut dependens ex eodem apice in filum reflexum attenuato; ut in Allio, Aſphodelo, Hyacintho, &c.; modò vaginæ primariæ plantulam circumdanti appingitur, terminalis in Aletri, Alſtroëmeriâ, &c., aut dorſalis ſeſſilis in Ixiâ, Gladiolo, Aloë, &c., aut dorſalis filo pendulus in Antherico, &c.. aut radicalis in Gramineis, Cyperoideis, &c. Cæteras omittimus evolutiones ſeminis utpotè minùs perpenſas. Harum quælibet eſt immutabilis & eſſentiales profert caracteres, forſan præponendos in diſtinguendis Monocotyledonum claſſibus; ſed nondùm obſervata plurimarum evolutio, nec conſtat eamdem eſſe in plantis aliundè analogis.

Staminum inſertio, notiora uſquedùm ſuppeditans ſigna pariter immutabilia, ideò præponitur. Ea, deficiente in Monocotyledonibus corollâ, eſt abſolutè immediata, &, nullo mediante fulcro petalode, ſtamina triplici inſident parti, nempè calici, aut piſtillo, aut piſtilli fulcro ſeu receptaculo: undè triplex conficitur claſſis. Quartam non exigit ſexuum ſeparatio quæ abortu tantùm producitur in Gramineis quibuſdam monoïcis, aut in paucis Liliaceis dioïcis, nec poteſt diclines plantas ab hermaphroditis conſimilibus dimovere.

Numero claſſium majori obſtat corollæ defectus. Hunc in Monocotyledonibus defectum negant ii qui ſimplex floris perianthium calicinum in Liliaceis coloratum, Tournefortio duce, corollam nuncupant minùs rectè. Corolla enim, involucrum floris interius, in cæteris plantis ſæpiùs calice ſtipatur; non pedunculi cuticulæ ſed libro continua eſt; nunquàm cum germine infero concreſcit, & ſuas lacinias aut ſua petala cum ſtaminibus numero æqualibus plerumque alternat. Hæc ſigna corollæ propria ſibi non vindicat perianthium Monocotyledonibus commune, orbatum calice extraneo, cuticulæ continuum, infero germini adnatum, ad ungues ſtaminiferum, & ideò pro vero habendum calice.

CLASSIS II.

PLANTÆ MONOCOTYLEDONES.

STAMINA HYPOGYNA.

CALIX inferus mono aut polyphyllus aut nullus. Corolla nulla. Stamina hypogyna, ſeu ſub piſtillo inſerta, ſæpè definita, rariùs indefinita. Germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus aut multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut partitum. Semen unicum, nudum tectumve, aut fructus unilocularis mono vel polyſpermus. Folia plerumque alterna & vaginantia. Flores interdùm abortu diclines.

Obs. Quæ poſteà de ſtaminibus apud Dicotyledones hypogynis (Claſſ. 7. 13.) dicentur, eadem ferè nunc Monocotyledonibus hypogynis tribuenda.

Quadruplex in hâc claſſe diſponitur ordo, ſingulus naturalis, nempè 1°. Aroïdeæ à ſubſequentibus plurimùm diſcrepantes, nulli tamen alteri claſſi rectiùs adjiciendæ, donec innotuerit germinatio; 2°. Typhæ floribus aroïdeo more ferè diſpoſitis, Cyperoïdeis tamen viciniores, ſed diverſè germinantes; 3°. Cyperoïdeæ inter Typhas & Gramineas mediæ, his præcipuè affines; 4°. Gramineæ demùm floratione & fructu diſtinctæ, ordinem verè naturalem nemine diffitente conſtituentes. Connectitur claſſis hinc præcedenti (I) quia Aroïdeæ Naïadibus quibuſdam analogæ, indè ſequenti (III) quia parùm diſſentiunt à Palmis & Juncis Gramineæ.

ORDO I.

AROIDEÆ, *LES AROIDES.*

Spadix ſimplex multiflorus, ſpathâ involutus aut nudus. Calix nullus aut ſimplex. Stamina definita aut indefinita, ſpadici inſerta. Germina ex eodem ſpadice nata, nuda aut cincta calice, nunc ſtaminibus mixta, nunc ab eiſdem ſegregata; ſtyli totidem aut nulli; ſtigmata totidem. Fructus totidem uniloculares mono aut polyſpermi. Corculum in periſpermo carnoſo centrale. Folia vaginantia alterna, ſæpiùs omnia radicalia. Spadix ſæpè ſolitarius, inſidens ſummo cauli aut ſæpiùs ſcapo radicali. Plantæ rariùs caulescentes; quædam ſexuum diſpoſitione admodùm irregulares.

I. Spadix ſpathâ involutus.

AMBROSINIA, L. * Spadix complanatus, diſſepimenti inſtar tubum ſpathæ convolutæ bipartiens; in loculo poſteriori infrà nudus 2-glanduloſus, ſuprà ſtaminifer antheris ſeſſilibus numeroſis; in anteriori ſuprà nudus, baſi monogynus, ſtylo & ſtigmate ſimplici, capſulâ polyſpermâ.

ZOSTERA, L. * Alga, T. * Folium vaginans, ſpathæ vicem gerens. Spadix linearis planus, alterâ paginâ nudus, alterâ tectus ſuprà antheris pluribus ſubſeſſilibus, infrà germinibus paucioribus nudis. Styli o; ſtigmata ſimplicia. Capſulæ membranaceæ 1-ſpermæ.

ARUM, T. L. * Dracunculus, T. * Arisarum, T. * *Gouet*, Aron. *Serpentaire.* Spatha ventricoſa, baſi convoluta. Spadix cylindricus apice nudus, ſubtùs ſtaminifer antheris 4-gonis ſeſſilibus numeroſis, infrà duplici cirrhorum ordine inſtructus, baſi tectus germinibus numeroſis nudis. Styli o; ſtigmata ſimplicia villoſa. Baccæ globoſæ 1-ſpermæ aut rariùs polyſpermæ. *Folia* Ari T. *ſagittata*, Dracunculi T. *multifida*; *ſpatha utriuſque magna patens*, Ariſari T. *parva connivens.*

CALLA, L. * Drachenwurz. Spatha plana aut cucullata. Spadix cylindricus tectus antheris & germinibus commixtis nudis (*in C. aethiopicâ* baſi tantùm germinifer). Styli breviſſimi; ſtigmata acuta. Baccæ polyſpermæ. *An cirrhi intermixti.*

DRACONTIUM, L. * Spatha cymbiformis. Spadix cylindricus brevis, floribus tectus. Singulis calix 5-partitus coloratus. Stamina 7 antheris 4-angulis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 3-gonum. Bacca polyſperma. *Hùc fortè referenda* Quebitea, *Aubl. Guyan. t.* 327. (*ſuadente ipſo autore*), *cui caulis tortuoſus, folia alterna, flores minimi non deſcripti, in ſpiculam axillarem baſi bracteolatam aut ſpathaceam diſpoſiti.*

POTHOS, L. * Spatha globoſa. Spadix brevis, incraſſatus, floribus tectus. Singuli calix 4-partitus. Stamina 4. Germen 1 truncatum; ſtylus 0; ſtigma 1. Bacca 1-ſperma.

HOUTTUYNIA, Thunb. * Spatha cordata, folio ſimilis. Spadix oblongus pedunculatus, è ſpathæ petiolo vaginante erumpens, cinctus involucro ſeu calice communi 4-phyllo, tectus germinibus. Stamina plurima ſuprà ſpadicem germinibus intermixta, circà ſingulum circiter ſeptena. Capſulæ 3-gonæ... *Herba caule ſimplici; folia alterna petiolo infrà (vaginante?) 2-alato, quaſi 2-ſtipulaceo. Caracter ex Thunb. Jap., mutato partium quarumdam nomine. An Naïadibus affinior?*

II. Spadix nudus, ſpathâ deſtitutus.

ORONTIUM, L. * Orontie. Spadix cylindraceus, floſculis tectus. Calix 6-partitus perſiſtens. Stamina 6, laciniis calicinis alterna. Germen 1; ſtylus 0; ſtigma 2-fidum. Folliculus tenuis 1-ſpermus, calice tectus, immerſus ſpadici.

ACORUS, T. L. * Kalmus. Spadix cylindricus floſculis tectus Calix 6-partitus perſiſtens. Stamina 6, (calici inſerta?). Germen 1; ſtylus 0; ſtigma punctum prominens. Capſula 3-gona 3-ſperma (3-locul. polyſp. *ex Linn.*) *Spadix innaſcens medio folio ultrà producto aemulanti ſpatam planam. Affinior fortè Juncis, ex Bern. Juſſaeo.*

Obs. Germinatio præcipuos Aroidearum datura caracteres, nondùm ſatìs pateſcit. Monocotyledones judicantur, à cæteris tamen diverſæ: quod ulteriùs obſervandum. Stamina, quamvìs diſpoſitione parùm regularia, hypogyna dicuntur quia ſemper affixa ſunt ſpadici ſimul germinifero, ſeu quod idem eſt, germinum receptaculo. An Saururus & congeneres hùc referendi; an idem de Pipere quoad habitum ſat ſimili? Quis in Aro cirrhorum uſus? An ordini affinis Pandanus?

ORDO II.

TYPHÆ, *LES MASSETES.*

FLORES monoïci: maſculi aggregati, triandri, calice triphyllo; fœminei pariter aggregati, calice triphyllo, germine ſupero, ſtylo ſimplici, ſemine unico. Folia omnia alterna vaginantia. *Herbæ aquaticæ.*

TYPHA, T. L. * *Maſſete.* Rohrkolbe. Amentum duplex, utrumque longum cylindricum, compactum pannoſum, ſeſſile, culmi apicem obveſtiens: maſculum terminale calicibus 3-ſetoſis, ſtaminibus ſtipiti communi impoſitis: fœmineum inferum, quandoque geminum, calicibus pappoſis, germinibus ſtipitatis, ſtigmatibus capillaribus, ſeminibus minimis nudis acuminatis. *Culmi enodes erecti. Seminis germinantis lobus in apice folii primarii perſiſtens ut in Juncis.*

SPARGANIUM, T. L. * *Ruban d'eau.* Igelskolbe. Amenta globuloſa compacta, plura juxtà caulem flexuoſum; maſcula terminalia; fœminea inferiora, ſtigmatibus geminis, drupis turbinatis mucronatis 1-ſpermis, (2-ſpermis *ex Linn.*), ſeminibus conduplicatis.

Obs. Amentacea floratio ſubjungit Aroïdeis Typhas aliundè Cyperoïdeis ſimiliores floribus triandris monoſpermis pariter congeſtis, diſſimiles germinatione & defectu palearum, arilli atque periſpermi. Ut in Sparganio, ſic in Pandano fructus capitati: an indè affinitas?

ORDO III.

CYPEROIDEÆ, *LES SOUCHETS.*

SCIRPEÆ. BINSENGRÆSER.

FLORES hermaphroditi aut monoïci, ſinguli ſtipati paleâ calicis vicem gerente. Calix plerumque nullus. Stamina tria, ſub piſtillo inſerta. Germen unicum ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma ſæpiùs triplex, raró duplex. Semen unicum nudum, aut arillatum, id eſt

tunicâ tectum, in quibuſdam ſetis aut villis è baſi enatis cinctum. Corculum & germinatio ut in Gramineis. Paleæ uniſloræ, confertæ, in ſpicas aut faſciculos variè diſpoſitæ, quædam vacuæ floribus abortientibus. Caules ſeu culmi cylindrici aut triquetri, in plurimis enodes, in paucis articulati. Folia floralia ſeſſilia; radicalia & caulina vaginantia, vaginâ integrâ non fiſſili.

I. Flores monoïci.

CAREX, L. * CYPEROIDES, T. V. SCIRPOIDES, V. * *Laîche*. Riedgras. Paleæ in amentum diſpoſitæ. Flores maſculi fœmineis mixti (*in Scirpoïde V.*), aut in amento diſtincto ſuperiore ſegregati (*in Cyperoïde T.*). Fœmineis ſtigmata 3, interdum 2. Semen tunicatum, villis deſtitutum. *Margo vaginæ foliorum membranaceus.*

II. Flores hermaphroditi.

FUIRENA, Rottb. * Paleæ ariſtatæ, in ſpiculas undique imbricatæ. Singulo flori calix 3-valvis æqualis, valvis cordatis ariſtatis; ſtigmata 2. Semen 3-quetrum. *Spiculæ umbellato-paniculatæ terminales & axillares. Caracter ex D. Rottboll.*

SCHŒNUS, L. * GRAMEN, T. * SCIRPUS, T. * *Choin.* Knopfgras. Paleæ faſciculatæ conniventes. Semen nudum, villis minimis aut ſæpiùs nullis. *Paleæ quædam vacuæ glumam mentientes.*

GAHNIA, Forſt. * Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis brevior. Stamina 6, filamentis perſiſtentibus. Stylus 1 bifidus; ſtigmata 2 bifida. Semen angulatum. *Habitus Schaeni. Caracter ex Forſt. & L. Suppl. An potiùs ut in Schaeno uſtulato ſpicula ex 4 aut 6 paleis, inferioribus vacuis, 2 ſuperioribus 1-floris 3-andris 1-gynis ſtylo ſuprà 2-3-fido? Floſculi 2 ſic approximati florem unicum 6-andrum 2-gynum mentiuntur, praecipuè germine uno ſaepè abortivo. Genus indè fortè delendum.*

ERIOPHORUM, L. * LINAGROSTIS, T. * Seidenbinſe. Paleæ in ſpicam undique imbricatæ, rectæ. Semen nudum, villis longiſſimis cinctum.

SCIRPUS, T. L. * CYPERUS, T. * Binſe. *Scirpe.* Paleæ in ſpicam undique imbricatæ, conniventes. Semen nudum, villis paleâ brevioribus cinctum.

CYPERUS, T. L. * *Souchet.* Cypergras. Paleæ in ſpicam diſtichè imbricatæ. Semen nudum, villis deſtitutum. *Paleae inferiores*

interdùm vacuae. Species plurimae caule triquetro, ſpicis aggregatis pedunculatis & umbellatis.

THRYOCEPHALUM, Forſt. * Paleæ 1-floræ. Stamina 3. Stylus 1; ſtigmata 2. Semen ſubrotundum. *Spiculae ſub-4-florae, floſculis 1-2 inferioribus fœmineis, in culmo 3-quetro densè capitati terminales involucro 3-phyllo cincti. Caracter ex Forſtero.*

KILLINGIA, Rottb. * Gluma 2-valvis inæqualis 1-flora. Calix longior 2-valvis inæqualis. Stamina 2. Stylus 1; ſtigmata 2-3. Semen 3-quetrum calice tectum. *Caracter ex Rottboll. Flores paleis diſtincti, capitati aut umbellato-capitati terminales, involucro capituli aut umbellae 3-4-phyllo, culmo ſaepiùs angulato. An potiùs flos habendus pro ſpiculâ 4-paleaceâ, paleis exterioribus vacuis?*

MAPANIA, Aubl. * Gluma o. Calix 6-valvis, valvis dentatis imbricatis. Stamina 3; ſtylus 1; Stigmata 3. Semen 1. *Flores in culmo 3-quetro enodi infrà folioſo, capitati terminales involucro 3-phyllo cincti. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 17. Genus idem fortè cum Thryocephalo & Killingiâ, collato in vivis caractere. An flos verè calicatus; an potiùs pro ſpiculâ habendus 6-paleaceâ & ideò 6-florâ, cujus flos unicus ſuperſtes terminalis, caeteris abortivis? An congener* Cladium *Brownaei?*

CHRYSITRIX, L. * Capitulum compreſſum imbricatum ſquamis plurimis oblongis ſubæqualibus, coriaceis, cingentibus receptaculum tectum paleis numeroſis faſciculatis filiformibus & totidem intermixtis ſtaminibus quorum antheræ oblongæ filamentis adnatæ. Germen in capituli centro unicum aut duplex; unicuique ſtylus 1 brevis; ſtigmata 3 longa; fructus... *Herba; folia radicalia graminea; ſcapus compreſſus anceps versùs apicem margine hinc fiſſus, emittens capitulum unicum ſeſſile infrà ſtiptaum ſpathâ 1-valvi coriaceâ. Germen quandoque abortivum. Stigma 1 ex Linn., 5 ex Konig. Habitus Cyperoïdearum, caracter paulò diverſus. An fructus 1-ſpermus?*

Obs. Diſtinctio ſexuum in Calice & aliorum villi cingentes & ſeminis unitas analogiam cum Typhis confirmant, imminutam tamen diversâ germinatione quâ Gramineis Cyperoïdeæ magìs conſentiunt. Ab his autem diſcrepant paleis glumam & calicem ſupplentibus, & ſeminis arillo, & foliis caulinis ſeſſilibus aut vaginâ integrâ inſtructis. Genera calicata dicta diligentiùs obſervata calicem abdicabunt, admiſſis paleis vacuis florum abortu. An his addenda Bobartia?

ORDO

ORDO IV.

GRAMINEÆ, *LES GRAMINÉES.*

GRAESER.

GLUMA (calix *ex Linn.*) uniflora, aut multiflora flores duos plures-ve diſtichos in ſpiculam ſeu locuſtam diſpoſitos ſtipans, ſæpiùs bivalvis, raró uni aut multivalvis aut nulla. Singulo flori calix (corolla *ex Linn.*) glumæ conformis, plerumque bivalvis, raró univalvis aut nullus, valvâ exteriore muticâ aut ariſtatâ. Stamina hypogyna, definita (indefinita in Parianâ) plerumque tria, rariùs duo aut ſex aut unicum, antheris oblongis baſi & apice bifurcis. Germen unicum ſuperum, baſi cinctum ſquamulis duabus non ſemper conſpicuis. Styli pleriſque duo & ſtigmata duo plumoſa; quibuſdam ſtylus unicus & ſtigma ſimplex aut diviſum. Semen his & illis unicum, nudum aut ſæpè tectum valvâ calicis intimâ perſiſtente. Corculum parvum, infrà adnatum lateri periſpermi farinacei multò majoris. Lobus ejuſdem in germinatione cum adjuncto periſpermo perſiſtens ſeſſilis, imæ hinc affixus vaginæ primariæ plumulam circumdanti.

Radices fibroſæ capillares. Caules ſeu culmi cylindrici, fiſtuloſi aut intùs medullares, articulati ſeu internodiis diſtincti, ſæpiùs ſimplices & herbacei. Folia alterna, in ſingulo culmi nodo ſubſolitaria vaginantia, vaginâ ad nodum uſque fiſſili. Flores glomerati aut ſuprà rachim ſpicati, aut paniculati, antè matureſcentiam in ſuperioris folii vaginâ reconditi. Species quædam abortu partium monoïcæ.

I. Styli duo. Stamen unicum aut duplex.

CINNA, L. * Gluma 1-flora 2-valvis. Calix 2-valvis. Stamen 1. *Flores paniculati, interdùm 3-andri, undè genus fortè delendum & adjiciendum Agroſtidi.*

ANTHOXANTHUM, L. * GRAMEN, T. * *Flouve.* Ruchgras. Gluma 1-flora 2-valvis. Calix 2-valvis oblongus acuminatus. Squamulæ 2 interiores. Stamina 2. *Flores ſpicato-paniculati.*

II. Styli duo. Stamina tria. Gluma uniflora.

BOBARTIA, L. * Gluma multivalvis, valvis imbricatis. Calix 2-valvis. *Flores glomerati. Caracter ex Linn. An affinior Cyperoideis, & præcipuè Kyllingiæ?*

ARISTIDA, L. * Gluma 2-valvis. Calix 1-valvis apice 3-ariſtato.

ALOPECURUS, L. * GRAMEN. T. * Fuchsſchwantz. Gluma 2-valvis. Calix 1-valvis apice ſimplici. *Flores ſpicati.*

PHLEUM, L. * GRAMEN, T. * Lieſchgras. Gluma 2-valvis truncata acuminata ſeſſilis. Calix 2-valvis calice minor. *Flores densè ſpicati.*

PHALARIS, L. * GRAMEN. T. * Glanzgras. Gluma 2-valvis, valvis æqualibus carinatis. Calix 2-valvis calice minor. *Flores ſpicati aut ſpicato-paniculati.*

PASPALUM, L. * Gluma 2-valvis, valvis æqualibus ſubrotundis concavis. Calix 2-valvis calici ſubæqualis.

DIGITARIA, Hall. * PANICUM, L. * Gluma 2-valvis inæqualis mucronata. Calix 1-valvis. *Flores in rachide excavatâ ſeſſiles ſpicato-ſecundi, ſpicis digitatis.*

PANICUM, T. L. * MILIUM, T. * Hirſengras. GRAMEN, T. * *Panis, Millet.* Gluma 3-valvis, valvâ tertiâ exteriore dorſali minore. Calix 2-valvis cartilagineus perſiſtens. *Flores densè aut laxè paniculati (ſæpè ſetis ſtipati), aut digitato-ſpicati (qui ad Digitariam fortè revocandi omnes). An potiùs gluma 2-flora floſculo altero abortivo, & ideò 2-valvis?*

MILIUM, L. * Miliſgras. Gluma 2-valvis, valvis ventricoſis ſubæqualibus. Calix 2-valvis calice minor. *Flores paniculati Stigmata penicilliformia.*

AGROSTIS, L. * Strauhgras. Gluma 2-valvis, valvis acutis. Calix 2-valvis glumâ major. *Flores paniculati.*

STIPA, L. * Pfriemgras. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis, valvâ exteriore in ariſtam longiſſimam baſi articulatam deſinente.

LAGURUS, L. * Gluma 2-valvis, apicibus ariſtatis villoſis. Calix 2-valvis, valvâ exteriore apice 2-ariſtatâ, dorſo 1-ariſtatâ. *Flores ſpicati. Confer* Triſetariam *Forsk. diſſimilem glumâ 2-florâ.*

SACCHARUM, L. * ARUNDO, T. * Zuckerrohr. *Canne.* Gluma 2-valvis (aut o) extùs baſi lanata. Calix 2-valvis. *Flores paniculati. Arundini L. ſimile, ſed hujus lanugo interior, illius exterior.*

III. Styli duo. Stamina tria. Gluma uniflora. Flores polygami.

HOLCUS, L. * GRAMEN, T. * Moorhirſe. Gluma 2-valvis (interdùm 2-flora). Calix 2-valvis, valvæ exterioris apice ariſtato. Flores maſculi hermaphroditis mixti, calice & germine orbati. *Flores ſpicato-paniculati.*

ANDROPOGON, L. * GRAMEN, T. * Blutgras. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis, valvæ exterioris baſi ariſtatâ in hermaphroditis floribus ſeſſilibus, nudâ in maſculis pedunculatis.

THEMEDA, Forsk. * Gluma 1-valvis. Calix 2-valvis. Flores maſculi plures verticillato-capitati, e quorum medio ſtipes centralis altior 3-glumis, glumâ 1 hermaphroditâ ſeſſili inter 2 maſculas pedicellatus. *Forsk.*

IV. Styli duo. Stamina tria. Gluma bi aut triflora. Flores polygami.

ANTHISTRIA, LS. * ANDROPOGON, L. * Gluma 4-valvis 2-4-flora, valvis æqualibus apice papilloſo-piloſis. Floſculus 1 hermaphroditus ſeſſilis, baſi germinis ariſtam emittente; cæteri maſculi pedunculati. Omnibus calix 2-valvis. *Flores paniculati.*

SPINIFEX, L. * Gluma 2-valvis 2-flora, valvulis rachi parallelis (ut in Lolio), floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo. Utrique calix 2-valvis; hermaphrodito ſquamulæ 2 interiores. *Flores diſtichi ſpicis aggregatis; rachis pungens; culmus fruticoſus.*

ISCHÆMUM, L. * Gluma 2-valvis 2-flora, floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo. Utrique calix 2-valvis. *Flores ſpicati.*

SEHIMA, Forsk. * Glumæ 2-geminatæ 2-valves 2-floræ; altera pedunculata floribus maſculis; altera (ut in Iſchæmo) ſeſſilis floræ altero hermaphrodito, altero maſculo. Omnibus calix 2-valvis. *Flores ſpicati. Habitus Iſchæmi. Character ex Forsk.*

TRIPSACUM, L. * Monoïcum. Maſculis gluma 2-valvis 4-flora. Fœmineis gluma 2 aut 4-partita, 1-flora, ſinubus baſi perforatis. Omnibus calix 2-valvis membranaceus. *Flores ſpicato-digitati, fœminei ad baſim ſpicæ maſculæ. Species una hermaphrodita.*

CENCHRUS, L. * GRAMEN, T. * Stachelgras. Gluma 2-valvis 2-flora, floſculo altero hermaphrodito, altero maſculo. Utrique calix 2-valvis. Involucrum laciniatum echinatum, includens 3 glumas. *Flores ſpicati.*

ÆGILOPS, L. * GRAMEN, T. * *Egilope*, Gluma 2-valvis ariſtata 3-flora, floſculo 1 maſculo inter 2 fœmineos. Singulis calix

2-valvis, valvâ exteriore 2 aut 3-ariſtatâ. Piſtillum in maſculo abortiens. *Flores ſpicati.*

ROTTBOLLIA, L. S. * ÆGILOPS, L. * Gluma 1-valvis 1-flora floſculo hermaphrodito, aut 2-partita 2-flora floſculo altero maſculo. Utrique calix 2-valvis inæqualis glumâ brevior. *Flores in rachidis articulatæ ſinubus excavatis & alternis ſeſſiles ſpicati.*

V. Styli duo. Stamina tria. Gluma bi aut triflora. Flores hermaphroditi.

AIRA, L. * GRAMEN, T. * *Canche.* Schmiele. Gluma 2-valvis 2-flora. Calix 2-valvis. *Flores paniculati.*

MELICA, L. * GRAMEN, T. * *Mélique.* Perlgras. Gluma 2-valvis 2-flora. Calix 2-valvis. Inter floſculos rudimentum tertii floris pedunculati. *Flores ſpicato-paniculati.*

VI. Styli duo. Stamina tria. Glumæ multifloræ glomeratæ.

DACTYLIS, L. * GRAMEN, T. * Hundſgras. Gluma 2-valvis carinata, valvâ alterâ longiore. Calix 2-valvis, valvis inæqualibus *Gluma* D. glomeratæ *interdùm* 1-*flora: an ea ad Phalaridem revocanda?*

VII. Styli duo. Stamina tria. Glumæ multifloræ, ſuprà axim ſeu rachim densè ſpicatæ. *Spica ſæpiùs ſimplex.*

SESLERIA, Ard. * CYNOSURUS, L. * GRAMEN, T. * Gluma 2-valvis 2-3-flora (rariùs 4-5 flora), valvis acuminatis, dorſo ſubhirſutis. Calix 2-valvis valvâ exteriore 3-ariſtatâ, interiore 2-furcatâ aut 2-corni. *Flores ſpicati, involucro ad baſim ſpicæ* 1-3-*phyllo brevi. Caracter ex Arduino, Hallero & Scopolio.*

CYNOSURUS, L. * GRAMEN, T. * *Cretelle.* Kammgras. Gluma 2-valvis multiflora. Calix 2-valvis. Receptaculum proprium 1-laterale foliaceum. *Flores ſecundi.*

LOLIUM, L. * GRAMEN, T. * *Ivroie.* Lolch. Gluma 1-valvis, rachi parallela multiflora, floſculis pariter parallelis. Singulis calix 2-valvis.

ELYMUS, L. * GRAMEN, T. * Haargras. Glumæ 2-3 in ſingulo axis dente, 2-valves (in *E. hyſtrice* nullæ), 1-2-floræ, aut ſæpiùs multifloræ, calicibus 2-valvibus. *Gluma juncta involu-*

crum glumamve mentiuntur 4 aut 6-phyllam, 2 aut 3-ſtachyam, calicibus in ſpiculas diſtinctas diſpoſitis. *)

HORDEUM, T. L. * *Orge.* Gerſte. Glumæ 2-3 in ſingulo axis dente, 2-valves 1-floræ calicibus 2 valvibus. *An potiùs gluma 6-phylla 3-flora floribus diſtinctis?*

TRITICUM, T. L. * GRAMEN, T. * *Froment.* Weitzen. Gluma 1 in ſingulo dente, 2-valvis, rachi oppoſita, multiflora, floſculis pariter oppoſitis. Singulis calix 2-valvis, ariſtatus aut muticus.

SECALE, T. L. * *Seigle.* Roggen. Gluma 1 in ſingulo dente, 2-valvis 2-flora, floribus diſtinctis, calicibus 2-valvibus, valvâ exteriore ariſtatâ.

VIII. Styli duo. Stamina tria. Glumæ multifloræ vagæ. *Flores ſæpiùs paniculati.*

BROMUS, L. * GRAMEN, T. * *Drone.* Treſp. Gluma 2-valvis. Calix oblongus 2-valvis, valvis ſub apice ariſtatis.

FESTUCA, L. * GRAMEN, T. * *Fétuque.* Schwingel. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis oblongus, valvis mucronatis. *Interdùm* F. Myuros *1-andra, indè Cinnæ affinis.*

POA, L. * GRAMEN, T. * *Paturin.* Viehgras. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis ovatus valvis acutiuſculis.

UNIOLA, L. * Gluma multivalvis, valvis diſtichè imbricatis. Calix 2-valvis acutus valvis carinatis. *Character ex Linn. Spiculæ latæ compreſſæ calicibus diſtichis ut in Poâ. An gluma meliùs diceretur 2-valvis & calices in ſpiculâ inferiores duo aut plures 2-valves vacui, flore abortivo?*

BRIZA, L. * GRAMEN, T. * *Amourette.* Zittergras. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis cordatus, valvis ventricoſis. *Panicula divaricata.*

AVENA, T. L. * GRAMEN, T. * *Avoine, Averon.* Hafer. Gluma 2-valvis. Calix 2-valvis oblongus, valvis acutis, exteriore dorſo ariſtatâ. *Flores laxè aut contractè paniculati. Ariſta dorſalis* A. ſativæ *abortiens.*

ARUNDO, T. L. * GRAMEN, T. * *Roſeau.* Rohr. Gluma 2-valvis (quibuſdam 1 aut 2-flora). Calix 2-valvis baſi lanatus. *Flores ſpicato-paniculati. Saccharo affinis, ſed multiflora, glumâ non lanatâ.*

*) E. *hyſtrix* a genere Elymi removendus.
ASPERELLA (hyſtrix) Cal. o. Cor 2-valvis. Valvulâ exter. majori, mucronatâ. *v. Humboldt* in Botan. Magaz. N. VII. pag. 3-6. (U.)

IX. Styli duo. Stamina ſex, aut plura.

ORYZA, T. L. * *Riz*, Reis. Gluma 2-valvis 1-flora. Calix 2-valvis, valvis navicularibus, exteriore ſtriatâ ariſtatâ. Stamina 6. Squamulæ 2 interiores conſpicuæ. *Flores paniculati.*

ERHARTA, Thunb. * Gluma 2-valvis 1-flora. Calix duplex, uterque 2-valvis, exterior transversìm rugoſus major, interior lævis. Stamina 6. Squamulæ 2 interiores minimæ. Styli 2 aut ſtylus profundè 2-fidus. *Flores ſpicato-paniculati. Habitus Melicæ.*

ZIZANIA, L. * Riſave. Monoïca. Gluma o. Calix 2-valvis, valvâ exteriore ariſtatâ. MASC. Stamina 6; antheræ ſubſeſſiles. FŒM. Styli 2 aut ſtylus 2-fidus. Semen oblongum nudum. *Flores paniculati, fœminei ſuperiores in ſpicam contracti, maſculi inferiores divaricati.*

LUZIOLA. * Monoïca. Gluma o. Calix 2-valvis muticus, in fœminis multò minor. MASC. Stamina ſæpiùs 8, interdùm 9-10; antheræ pedunculatæ. FŒM. Styli 2. Semen ovatum nudum. *Gramen annuum Peruvianum; ſpica maſcula ſupera unica laxa, paniculæ fœmineæ plures inferæ minores. Character ex D. Dombey, cui* Zizania *dicitur.*

X. Stylus unicus; ſtigma ſimplex. Stamina tria.

NARDUS. * GRAMEN T. * Borſtgras. Gluma o. Calix 2-valvis. Semen glumâ tectum. *Flores ſpicati.*

LYGEUM, L. * GRAMEN, T. * *Sparte.* Gluma 1-valvis magna, convoluta ſpathiformis, ariſtata 2-flora. Calices 2, 2-valves, baſi coaliti. Germina cum calicibus coalita, indè infera. Nux communis infera 2-locularis 2-ſperma, hirſutiſſima non dehiſcens. *Character in Gramineis inſolitus. An ſtamina hypogyna, aut agglutinatione perigyna? Flores ſubſolitarii.*

APLUDA, L. * Monoïca. Gluma 2-valvis 3-flora, floribus 2 maſculis pedunculatis, 1 fœmineo ſeſſili. Huic & illis calix 2-valvis. *Flores paniculati.*

ZEA, L. * MAYS, T. * *Mays, Mahiz.* Mays. Monoïca. MASC. Gluma 2-valvis, 2-flora. Calix 2-valvis. Squamulæ 2 interiores conſpicuæ. FŒM. Spadix ſimplex, longus carnoſus cylindricus, floſculis numeroſiſſimis preſſis tectus. Singulis gluma 2-valvis 1-flora; calix 2-valvis; ſtylus longiſſimus, ſtigma pubeſcens; ſemen ſubrotundum nudum, glumâ & calice perſiſtentibus coriaceis infrà cinctum. *Panicula maſcula terminalis; ſpadices fœminei infrà axillares, foliis ſeu ſpathis involuti, faſciculo ſtylorum exſerto.*

XI. Stylus unicus; ſtigma diviſum. Stamina tria.

PHARUS, L. * Monoïca. Gluma 2-valvis 1-flora. Calix 2-valvis. MASC. Stamina 3. FŒM. Germen lineare; ſtylus 1; ſtigmata 3.

Semen oblongum calice tectum. *Flores laxè paniculati, maſculi pedunculati, fœminei commixti ſeſſiles.*

OLYRA, L. * Monoïca. Gluma 2-valvis 1-flora, valvâ exteriore ariſtatâ. Calix 2-valvis. MASC. Stamina 3. FŒM. Stylus brevis; ſtigmata 2. Semen cartilagineum. *Flores paniculati, maſculi infrà fœmineos.*

CORNUCOPIÆ, L. * Involucrum 1-phyllum infundibuliforme aut urceolatum, margine crenatum aut integrum, multiflorum. Singulo flori calix 3-valvis; ſtamina 3; ſtylus 1 brevis; ſtigmata 2 longa; ſemen tectum. *Culmus ad nodos uniramuloſus; involucra floriſera è ramulorum nodis folio ſpathiformi cinctis exorta, pedunculata, ſolitaria aut plura.*

COIX, L. * LACRYMA JOB, T. * *Larmille, Larme de Job.* Trähnengras. Monoïca. MASC. Gluma 2-valvis 2-flora. Calix 2-valvis. FOEM. Gluma 3-valvis valvâ exteriore majore, 1-flora. Calix 2-valvis minor. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2 Semen tectum. *Pedunculi 1-2 ex foliorum ſuperiorum vaginis, ſinguli compreſſi baſi ſpathacei, apice deſinentes in involucrum coriaceum ovatum, intùs cavum, apice perforatum, monoïcum, fœtum flore 1 fœmineo tecto ſeſſili, hinc valvâ glumaceâ exteriore cincto, indè 1-ſulcato & 2-appendiculato appendicibus (flores ſteriles ?) fiſtuloſis clauſis. Stipes ex imo involucro inter appendices exſertus, deſinens in ſpicam maſculam brevem paucifloram. Involucrum perſiſtens durum nitidum margaritiforme.*

MANISURIS, L. * Gluma 2-valvis 1-flora, valvâ exteriore coriaceâ ſubrotundâ baſi utrinque emarginatâ. Calix minor 2-valvis. Stylus brevis; ſtigmata 2. *Flores in rachide articulatâ compreſſâ 1-laterali imbricatìm ſpicati ſecundi, maſculi hermaphroditis mixti, magìs exſtantes & divaricati. Styli 2 ex D. Thunberg. An indè genus Andropogo affinius?*

POMMEREULLA, LS. * Gluma turbinata 2-valvis 3-4-flora, valvis inæqualiter 4-fidis dorſo ariſtatis. Calix 2-valvis inæqualis valvâ exteriore 4-valvi majore ariſtatâ, interiore brevi muticâ indiviſâ. Stylus 1; ſtigmata 2. Semen glaberrimum. *Culmi ramoſi; folia bifariàm imbricata; flores racemoſo-ſpicati elegantes, quaſi turbinato-pennati. Caracter ex Linn. Suppl.*

REMIREA, Aubl. * Gluma 2-valvis 1-flora. Calix 2-valvis minor. ſtylus longus; ſtigmata 3. Semen calice tectum. *Culmi folioſi, ſuprà ramoſi; flores densè paniculati terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 16.*

XII. Stylus unicus; ſtigma diviſum. Stamina ſex.

NASTUS. * Gluma 6-8-valvis 1-flora, valvis diſtichè imbricatis lævibus exterioribus minoribus. Calix 2-valvis, hinc ſtipatus pedicello villoſo (floſculi alterius abortivi?). Squamulæ quædam (2-4?) in calice interiores. Stamina 6. Styli 2 aut

ſtylus profundè 2-fidus. Semen quandoque abortivum. *Culmus arboreſcens ad nodos ramoſus, ramis verticillatis in apice floriferis; flores paniculati. Caracter ex Borbonico Commerſonii ſpecimine, dicto* Calumet des Hauts. *Habitus Arundinis arboreſcentis.* Ναστος, *antiquum Arundinis indicæ nomen.*

XIII. Stylus unicus; ſtigma diviſum. Stamina plura.

PARIANA, Aubl. * Monoïca. Gluma 2-valvis 1-flora. Calix 2-valvis. MASC. Gluma calice minor. Stamina numeroſa, circiter 40. FOEM. Gluma major. Stylus 1; ſtigmata 2. Semen calice tectum. *Spica in culmo terminalis, ſimplex denſa verticillis 6-floris, floribus 5 maſculis pedunculatis, ſexto centrali fœmineo ſeſſili. Folia ſubpetiolata, baſi coarctata, vaginæ fauce barbatâ. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 337.*

Obs. Ordo apprimè naturalis, diſtinctiſſimus habitu, flore glumaceo, ſeminis unitate, periſpermo farinaceo, corculi ſitu & germinationis modo. Periſpermum, maxima pars ſeminis, duplici tectum membranâ, hinc convexum foveâ excavatur infernâ in quâ corculum ſub membranis deliteſcit, indè ſæpiùs ſulco exaratur longitudinali. Corculum periſpermo ſemicinctum, ipſi nullatenùs adhæret niſi mediantibus membranis circumpoſitis aut fortè vaſculis infimis inconſpicuis. Inchoatâ germinatione ſemen intumeſcit; juxta corculum diſrumpitur membrana duplex; emollitur periſpermum; dilatatus corculi lobus rimam agit externam periſpermo oppoſitam; idoneo periſpermi ſimul & lobi ſucco enutrita per rimam ſuperiùs aſſurgit plumula vaginulâ propriâ concluſa, inferiùſque demittitur radicula, ſæpiùs triplex multiplexve, ſingula ad collum involucrata, nempè una verticalis in radicem ramoſam mox immutanda, duæ aut plures horiſontales ad latera prorepentes & poſthàc culmiferæ. Ex dictis in Graminum ſemine maturo pars triplex conſtitutione diſſimilis, periſpermum farinaceum, corculum glutinoſum, & membrana utraque furfuracea; triplex etiam in corculo germinante pariter diſtincta, lobus lateralis, plumula aſſurgens & radicula demiſſa.

CLASSIS III.

PLANTÆ MONOCOTYLEDONES.

STAMINA PERIGYNA.

CALIX monophyllus, tubuloſus aut profundè partitus, ſuperus aut inferus, interdùm nudus, plerumque ſtipatus ſpathâ uni aut multiflorâ, rariùs involucro calicem exteriorem mentiente. Corolla nulla (quod enim corolla dicitur à Tournefortio, Linnæo & aliis, nobis eſt verè calix). Stamina definita, raro indefinita, imo aut ſummo calici inſerta, calicinis laciniis oppoſita, filamentis diſtinctis aut rariùs connatis, antheris bilocularibus diſtinctis. In paucioribus germina plura ſupera; ſtyli aut ſtigmata totidem; capſulæ totidem uniloculares, monoſpermæ, aut polyſpermæ intùs bivalves ſeminibus valvularum margini appoſitis. In plurimis germen unicum, ſuperum aut inferum; ſtylus unicus, raro triplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut diviſum; fructus baccatus aut capſularis, trilocularis tri aut polyſpermus, interdùm loculis duobus abortivis & etiam ſemine unico ſuperſtite. Semina in baccis angulo loculorum interno affixa ſunt; in capſulis ſolitò trivalvibus inſeruntur hinc & indè margini receptaculi elevati diſſepimentum conſtituentis, in ſingulâ valvâ medii, & cum ipſâ dehiſcentis. Corculum parvum in periſpermo corneo majori.

Obs. Staminum perigynia diverſos ſibi ſemper aut ſæpè conſociat caracteres, infrà in obſervationibus claſſium VI, XIV memoratos.

Liliaceæ Tournefortii ſeriem naturalem nemine diffitente conſtituentes, hùc revocantur in ſepteno ordine diſpertitæ, calicatæ omnes & corollâ deſtitutæ ex anteà obſervatis p. 22. Difficilis ordinum diſtinctio habitu non minùs percipitur quàm ſignis botanicis quandoquè non ſatis definitis, quæ nunc deducuntur præſertìm ex germinis ſitu, ſtaminum numero, calicis diviſuris, ſeminum diſpoſitione, ſpatharum exiſtentiâ, &c. Quæ ſi in omnibus ejuſdem ordinis generibus ſigna eſſent conformia, ſtatuendæ diſtinctioni ſufficerent; ſed in eodem ſæpè oppoſita conſociantur jubente naturâ quæ germen ſuperum cum infero, calicem tubuloſum cum ſexpartito, ſtamina indefinita cum definitis conjungit interdùm, & Crinum ab Amaryllide, Dioſcoream à Tamno, Hyacinthum à Scillâ, Sagittariam ab Aliſmate non ſeparat. An indè mutandi ordines quæſitis ſimplicioribus ſignis? Præcipuam in germinatione inquirendam diſtinctionem ſuadent obſervationes (p. 21. 22.) nonnullæ in generibus infrà relatæ, quæ ſi poſthàc multiplicatæ valeant, hodiernus Aſphodelorum ordo diverſas admittens germinationes certò dividetur. Liliaceis præponuntur Palmæ iis plurimùm analogæ, aliundè tamen hinc Filicibus indè Gramineis affines.

ORDO I.

PALMÆ, *LES PALMIERS.*

PALMEN.

CALIX ſexpartitus, ſæpè perſiſtens, laciniis tribus exterioribus ſæpè minoribus. Stamina ſex, rariùs plura aut pauciora, imis laciniis calicinis (an potiùs glanduloſo corpori hypogyno?) inſerta, filamentis ſæpè baſi coalitis. Germen ſuperum, ſimplex, rariùs triplex (in

Chamærope) ſtylus unicus aut triplex; ſtigma ſimplex aut trifidum. Fructus baccatus aut drupaceus drupâ intùs reticulatâ, uni aut trilocularis, mono aut triſpermus ſeminibus oſſeis. Corculum minimum, in cavitate dorſali aut laterali aut rariùs infimâ periſpermi magni primò mollioris eſculenti, deìn indurati cornei.

Caulis ſimplex cylindraceus, caudiciformis, fruticoſus aut arboreſcens, ſquamoſus baſibus foliorum perſiſtentibus, aut circinatis veterum baſium veſtigiis ſcaber. Folia terminalia conferta alterna, baſi vaginantia; juniora plicata & reticulari folii præcedentis vaginâ inter baſes perſiſtente cooperta aut cincta. Spadix inter folia medius, terminalis, ſimplex aut plerumque ramoſus ramis biſpathaceis, multiflorus, involutus ſpathâ maximâ ſimplici, rariùs polyphyllâ. Flores dioïci, aut monoïci (abortu partium?) in eodem vel in diſtincto ſpadice, aut rariùs hermaphroditi, ſinguli biſpathacei, ſpathis brevibus.

I. Frondes pinnatæ. *Foliola ſæpiùs lanceolata anguſta.*

CALAMUS, L. * *Rotang.* Calix extùs 3-ſquamoſus brevis, intùs 3-partitus longior. Stamina 6. Germen 1; ſtylus 3-fidus; ſtigmata 3. Fructus ſubgloboſus ſquamis teſſelatis imbricatis nitidis tectus, primò pulpoſus, deìn exſuccus, 1-ſpermus (rarò 2-3-ſpermus). *Character ex Linnæo. Arbuſcula ramoſa, ramis arundinaceis; folia pinnata petiolo communi ſpinuloſo; ſpadices axillares graciles ramoſi & ramuloſi imbricatìm ſquamuloſi, ſquamulis ramulorum alternatìm & diſtichè 1-floris. Corculum ſeminis in periſpermi cornei cavitate laterali. Flos Palmarum, ſed habitus Graminearum; undè genus inter utraſque medium. An hujus congener Palma* Raphia *dicta cujus idem ſitus corculi, fructus & ſpadix ferè conformis ſed multò major? Flores hujus parùm abſimiles, ſed certè monoïci: an ideò Calamus pariter monoïcus? Fructum teſſelato-ſquamoſum deſcribunt in Palmâ* Bache *Aubletius Cay. app. p. 103, in Palmâ* Sagu *Rumphius Amb. 1. p. 74 t. 18: an ideò uterque Calamo congener?*

PHŒNIX, L. * *Dattier.* Dattelpalme. Dioïca. Spatha 1-phylla. MASC. Stamina 3 *ex Linn.* FOEM. Germen 1; ſtylus brevis; ſtigma 1. Bacca ovata 1-ſperma, ſemine oblongo hìnc ſulcato, indè convexo. *Seminis germinantis lobus elevatur*

inſidens apici folii primarii. Ex obſervatis pollen maſculum remotiſſima fœcundat interdùm germina favente zephyro; utiliùs tamen iiſdem admovetur, agente hominum induſtriâ.

ARECA, L. * *Areque.* Arecapalme. Monoïca in eodem ſpadice. Spatha 2-valvis. MASC. Stamina 9 *ex Linn.* FOEM. Germen 1; ſtylus... ; ſtigma... Drupa fibroſa 1-ſperma, calice imbricato perſiſtente.

ELATE, L. * Monoïca in eodem ſpadice. Spatha 2-valvis. MASC. Stamina 3 *ex Linn.* FOEM. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa ſubovata acuminata 1-ſperma; ſemen ſulcatum.

COCOS, L. * *Cocotier.* Cocospalme. Monoïca in eodem ſpadice. Spatha 1-phylla. MASC. Stamina 6. Germen abortivum. FOEM. Germen 1; ſtylus 0; ſtigma 3-lobum. Drupa maxima coriacea fibroſa, fœta nuce, ad baſim foraminibus 3 perviâ, 1-ſpermâ. *In pleriſque Palmarum ſeminibus ſolitariis foraminuli pares aut puncta 3 extant, fortè ſeminum abortivorum indicia.*

ELAIS, L. * Oehlpalme. Monoïca (in eodem ſpadice?). Spatha 1-phylla. Calix duplex, exterior 6-partitus, interior 6-fidus. MASC. Stamina 6. Germen abortivum. FOEM. Germen 1; ſtylus craſſus; ſtigmata 3. Drupa coriacea fibroſa ſubangulata, fœta nuce 3-valvi *ex Jacq.*, 1-loculari, baſi 3 foraminibus perviâ.

CARYOTA, L. * Monoïca in eodem ſpadice. Spatha polyphylla. MASC. Stamina plura *ex Linn.* FOEM. Hermen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca ſubrotunda 1-locularis 2-ſperma *ex Rumph.* ſeminibus oblongis. *Folia 2-pinnata, pinnulis baſi appendiculatis, foliolis triangulis.*

NIPA, Rumph. Thunb. * *Le Nipa.* Monoïca. MASC. Amentum oblongum terminale, ſquamis preſſis 1-floris. Calix 6-partitus. Stamina 6 antheris oblongis erectis conniventibus (filamentum 1 apice 1-antheriferum antherâ perforatâ oblongâ 12-ſulcatâ *ex Thunb.*) FOEM. Flores in capitulum terminale ſphæriceum compacti. Spatha... Calix... Germen 1; ſtylus 0; ſtigma latum. Drupa fibroſa irregularis, vicinarum preſſione angulata, 1-locularis 1-2-ſperma. *Folia pinnata, inermia. Spadix ramoſus monoïcus, ramis 1-ſpathaceis, plurimis lateralibus maſculis, unico centrali fœmineo. Caracter ex Rumph. & Thunb.*

II. Frondes palmatæ, ſeu flabelliformes.

CORYPHA, L. * Schirmpalme. Hermaphrodita. Spatha polyphylla. Stamina 6. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca globoſa magna 1-ſperma; ſemen oſſeum globoſum. *Species una maxima* (Codda-pana *H. Mal.*) *foliis palmato-pinnatifidis, petiolo ſpinuloſo, ſpadice magno candelabriformi; altera* (Saribus *Rumph.*) *foliis radiatìm plicatilibus palmato-peltatis, petiolo*

ſpinuloſo; tertia minor (Sabal *Adanſ.*) *foliis palmatis, petiolo inermi, ſpadice longè minore & fructu piſiformi. An genera diverſa?*

LICUALA, Thunb. * Hermaphrodita. Spatha... Calix laciniis 3 exterioribus extùs piloſis, 3 alternis (petala *ex Thunb.*) interioribus petaloïdeis. Stamina 6, filamentis connatis in tubum (nectarium *ex Thunb.*) brevem, apice truncatum & 6-antheriferum. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 2. Drupa globoſa piſiformis 1-ſperma ſemine duro. *Folia palmato-multipartita petiolo ſpinoſo; flores ſpicato-racemoſi. Caracter ex D. Thunberg act. Holm. 1782, mutato partium nomine. Confer cum Coryphâ.*

LATANIA, Commerſ. * *Latanier de l'isle de Bourbon.* Dioïca. MASC. Spatha polyphylla, foliis imbricatis. Spadix ramoſus, ramis 1-ſpathaceis apice digitato-ramuloſis, ramulis amentiformibus ſubcilindricis imbricatìm ſquamuloſis, ſquamulis 1-floris. Singulo flori calix ſeſſilis 6-partitus, laciniis 3 exterioribus minoribus. Stamina 15-16 filamentis baſi in columnam craſſam coalitis; antheræ oblongæ 2-loculares. FOEM. *Folia palmato-pinnatifida petiolo inermi. Caracter ex Commerſ. mſſ.*

LONTARUS, Rumph *BORASSUS, L. * *Rondier, Lontar.* Dioïca. Spatha polyphylla. MASC. Spadix amentaceus, densè imbricatus, ſimplex aut apice 2-3-partitus. Stamina 6. FOEM. Spadix ramoſior laxior. Germen 1; ſtyli 3; Stigmata 3. Bacca fibroſa ſubrotunda magna 3-ſperma, ſeminibus oſſeis extùs filamentoſis, hìnc angularibus, indè convexis. *Folia digitata petiolo utrinque ſpinoſo. Hùc retulit D. Sonnerat ſpeciem novam,* (Lodoïcea, *Commerſ. abſque deſcript.*) *foliis diſtinguendam pinnato-palmatis, ſpadice & fructu majori, & præcipuè ſeminibus ſemididymis maximis rotundatis, 1 aut 2 ſæpè abortivis, Gallis dictam* Cocotier de mer: *an genus diverſum?*

CHAMÆROPS, L. * *Palmier éventail.* Zwergpalme. Hermaphrodita, aut in diſtinctâ arbore maſcula. Spatha 1-phylla. Spadix ramoſus. Staminum filamenta coalita in urceolum 6-dentatum dentibus 1-antheriferis. Germina urceolo cincta; ſtyli 3; ſtigmata 3. Baccæ 3 parvæ globoſæ 1-ſpermæ. *Folia profundè palmata aut digitata, petiolo utrinque ſpinoſo.*

MAURITIA, LS. * Dioïca? MASC. Spadix baſi 2-ſpathaceus amentiformis, bifarius, imbricatìm ſquamoſus ſquamis 1-floris. Calix extùs cyathiformis truncatus integer triqueter brevis, intùs 3-partitus lacinii ſuturâ junctis. Stamina 6. FOEM.... *Arbor ferè aphylla ramis angulatis floriferis. Caracter ex Linn. fil. Suppl. qui nec flores fœmineos nec folia vidit.*

OBS. Plurimarum uſqenunc in Europâ non obſervatus Palmarum caracter. An generalior in iis numerus ſtaminum ſenus, germinum diſtinctorum aut in uno fructu trioculato coadunatorum trinus; an

contrà utraque interdùm plura aut pauciora abſque abortu aut luxuriâ inſolitâ? Palmæ Filicum arboreſcentium & præſertìm Zamiæ & Cycæ habitum mentientes, ab iiſdem flore præprimìs diſcrepant. Spathaceos & paniculatos Graminearum more flores gerunt & ſemen Phænicis triticeo ſemini extùs aſſimilatur. Hinc affinitas quædam cum Gramineis, indè cum Filicibus; ſed in fructificatione plurimos Aſparagorum & Dracænæ caracteres induunt, iis ergò uſquenunc approximandæ. An ſtamina verè calici inſerta; an potiùs hypogyna ſeu glandulæ hypogynæ infixa? *)

ORDO II.

ASPARAGI, *LES ASPERGES.*

Spargelartige Pflanzen.

Calix ſexdiviſus regularis, plerumque profundè partitus & inferus, raro ſuperus. Stamina ſex imo (rariùs medio) calici inſerta. Germen ſimplex, ſæpiùs ſuperum; ſtylus triplex cum ſtigmate triplici, aut ſtylus unicus cum ſtigmate ſimplici vel trifido. Fructus baccatus aut rarò capſularis, ſuperus aut rarò inferus, trilocularis loculis uni aut bi aut oligoſpermis. Corculum in hylo periſpermi cornei.

Caulis ſæpè herbaceus, interdùm fruticoſus. Folia plerumque alterna, rarò oppoſita aut verticillata, ſæpiùs non vaginantia & tantummodò amplexicaulia. Flores ſinguli ſpathacei, in quibuſdam (abortu?) dioïci. Tertia pars fructificationis ſupprimitur interdùm in paucis, aut quarta additur.

I. Flores hermaphroditi. Germen ſuperum.

DRACÆNA, L. * *Sang-dragon.* Drachenbaum. Calix connivens. Filamenta ſtaminum medio craſſiora. Stylus 1; ſtigma 1. Bacca loculis 1-ſpermis, interdùm 2 abortivis. *Habitus Palmæ.*

*) De Palmarum fructificatione conf. Additam. noſtr. n. IX.

rum; caulis idem, fruticoſus, foliorum veſtigiis ſcaber; folia omnia terminalia, ſæpè conferta (vaginantia?) ſimplicia; panicula terminalis ramoſiſſima, ſingulis ramis, ramulis & floribus baſi 2-ſpathaceis. Species quædam (Cordyline *Commerſ.*) *ſtaminum filamentis inſtructæ filiformibus non incraſſatis, loculis fructûs polyſpermis, foliis latioribus Cannæ ſimilibus, non omninò congeneres niſi emendato Dracaenae caractere.*

DIANELLA, Lamark. * DRACÆNA, L. * DIANA, Comm. * *Dianelle.* Calix 6-partitus, patens æqualis, laciniis 3 alternis interioribus. Stamina 6, filamentis apice tumidis. Stylus 1; ſtigma 1. Bacca oblonga 3-locularis loculis 4-5-ſpermis. *Caulis herbaceus ramoſus ſubnudus; folia alterna vaginantia enſiformia; flores laxè paniculati terminales, ramis & pedunculis ſpathaceis. Caracter ex Commerſ. cui* Diana *dicitur & ex Lamark dict.*

RIPOGONUM, Forſt. * Calix 6-partitus minimus æqualis. Stamina 6, antheris longis 4-gonis ſubſeſſilibus. Stylus 1; ſtigma 1. Bacca globoſa (2-locularis?) 2-ſperma, ſeminibus hemiſphæricis. *Planta geniculata ſcandens, Smilaci affinis. Caracter ex Forſtero.*

FLAGELLARIA, L. * Calix campanulato-patens æqualis. Stylus 3-fidus perſiſtens; ſtigmata 3. Drupa 3-ſperma aut abortu 1-ſperma. *Caulis fruteſcens ramoſus, ramis baſi ſquamoſis aut ſpathaceis; folia apice cirrhoſa, omnia vaginantia vaginâ longâ integrâ; panicula terminalis. An affinior Juncis?*

ASPARAGUS, T. L. * *Aſperge.* Spargel. Calix baſi connivens æqualis. Stylus 1; ſtigma 3-gonum. Bacca loculis 2-ſpermis. *Caulis ramoſus, herbaceus aut fruteſcens non caudiciformis; folia ſaepè ſetacea & faſciculata; flores ſaepè ſolitarii axillares; ſpatha 2-valvis, & interdùm ſpina, ſub ſingulo ramulo & foliorum faſciculo. Species quaedam dioïcae.*

CALLIXENE, Comm. * Calix 6-partitus æqualis, laciniis 3 alternis baſi ſubbiglanduloſis. Stamina 6, filamentis baſi latioribus; antheræ oblongæ verſatiles. Stylus 1; ſtigma 3-gonum. Bacca parva 3-locularis, loculis intùs pulpoſis ſæpè 3-ſpermis. *Suffrutex Magellanicus Phileſiae facie, infrà nodoſus & aphyllus nodis ſquamulâ vaginatis; ramulis ſquamulis aut foliis axillares, baſi 2-ſpathacei; folia in ſummis ramulis alterna, margine tumida petiolo ſemiamplexicauli; flores ſolitarii terminales, folio ſupremo ſtipati; pedicelli breves ſquamulis 2-4 infrà cincti. Caracter ex Commerſ.* Καλος *pulcher*, ξενικος *exterus.*

PHILESIA, Comm. * Calix campanulatus 6-partitus regularis magnus, laciniis 3 exterioribus acuminatis, 3 interioribus duplò longioribus obtuſis. Stamina 6 filamentis baſi connatis; antheræ longæ verſatiles. Stylus 1, ſtigmata 3. Bacca ſubtrigona (3-locularis?) polyſperma. *Suffrutex Magellanicus buxi*

facie; ramuli flexuoſi baſi 2-ſpathacei axillares; folia alterna revoluta, petiolo amplexicauli nudo; flores ſolitarii terminales, pedicello brevi ſquamis diſtichè imbricatis tecto. Caracter ex Commerſ. Φιλεω *amo.*

MEDEOLA, L. * Calix patens æqualis. Germen 3-ſulcum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Bacca 3-ſulca 3-ſperma. *Caulis herbaceus, erectus aut ſcandens, ſimplex aut ramoſus; ramuli & folia baſi ſpathacea; flores ſolitarii axillares.* M. virginicæ *folia verticillata & habitus Trillii aut Paridis: an ſpecies verè congener?*

TRILLIUM, L. * Calix patens, laciniis 3 alternis exterioribus anguſtioribus. Germen ſubrotundum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Bacca ſubrotunda, loculis poliſpermis. *Caulis ſeu ſcapus medio 3-phyllus foliis verticillatis, apice 1-florus.*

PARIS, L. * HERBA PARIS, T. * *Pariſette.* Einbeer. Calix patens 8-partitus, laciniis 4 alternis anguſtioribus. Stamina 8; antheræ mediis filamentis adnatæ. Styli 4; ſtigmata 4. Bacca 4-locularis, loculis oligoſpermis. *Caulis ſeu ſcapus medio 4-phyllus foliis verticillatis, apice 1-florus. Interdùm quinta pars additur plantae, aut quarta ſupprimitur. Genus affine Trillio, & Medeolae Convallariaeque verticillatae, ſed numero partium diſcrepans, non proptereà diſtrahendum.*

CONVALLARIA, L. * LILIUM CONVALLIUM, T. * POLYGONATUM, T. * SMILAX, T. * *Muguet, Sceau de Salomon.* Mayblume. Calix 6-fidus tubuloſus *in Polygonato T.*, aut globoſus *in Lilio convallium T*, aut 6-partitus patens *in Smilace T.* Stamina tubo inſerta. Stylus 1; ſtigma 3-gonum. Bacca loculis 1-ſpermis, antè maturitatem maculata. *Flores axillares, aut ſpicati terminales. Species una foliis 6 verticillatis, altera radicalibus vaginantibus ſpathaceis, caeterae ſeſſilibus alternis. In* C. bifoliâ *tertia pars ſupprimitur.*

II. Flores dioïci. Germen ſuperum.

RUSCUS, T. L. * *Fragon.* Maüſedorn. Calix 6-partitus patens, aut raró globoſus 6-fidus. Stamina filamentis connatis in tubulum (corolla T., nectarium L.) ventricoſum, apice antheriferum in maſculis floribus, nudum in fœmineis. His germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1; bacca globoſa loculis 2-ſpermis. *Caulis ſubfruteſcens ramoſus, ramis & foliis ſpathaceis; flores in plurimis dioïci 6-partiti folio inſidentes, in* R. racemoſo *hermaphroditi globoſi racemoſi terminales. Genus Aſparago & Medeolae plurimùm affine.*

SMILAX, T. L. * *Salſepareille.* Smilax. Calix campanulato-patens. Germen fœmineis 1; ſtyli 3; ſtigmata 3. Bacca loculis 2-ſpermis. *Caulis ſaepè ſubfruteſcens; folia petiolo 2-cirrhoſo; flores corymboſi axillares.*

DIOSCOREA, L. * *Igname.* Yamſwurzel. Calix campanulato-patens. Germen fœmineis 3-gonum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Capſula compreſſa 3-angularis 3-valvis, loculis 2-ſpermis, interdùm 2 abortivis; ſemina compreſſa membranacea. *Caulis ſiniſtrorsùm volubilis; flores ſpicati aut racemoſi, axillares; folia in quibuſdam oppoſita; radix plerumque tuberoſa.*

III. Flores dioïci. Germen inferum.

TAMNUS, T. * TAMUS, L. * *Taminier, Sceau notre Dame.* Calix campanulato-patens, ſuprà germen coarctatus in fœminis. His ſtylus 1; ſtigmata 3; bacca infera loculis 2-3-ſpermis. *Radix tuberoſa; caulis ſiniſtrorsùm volubilis; folia petiolo ſæpè ad baſim 2-glanduloſo glandulis ſubulatis; flores ſpicati axillares.*

RAJANIA, L. * Calix campanulato-patens, ſuprà germen coarctus in fœminis, quibus germen compreſſum, ſtyli 3, ſtigmata 3; fructus capſularis alâ laterali obliquâ auctus 1-ſpermus (loculis & ſeminibus aliis abortivis). *Radix tuberoſa; caulis ſiniſtrorsùm volubilis; flores ſpicati axillares.*

Obs. A pleriſque Liliaceis differunt Aſparagi præcipuè fructu baccato oligoſpermo & foliis ſæpè ſeſſilibus; à Palmis diſpoſitione florum, habitu proprio, foliis reticulo non veſtitis, nec, ut plurimùm, vaginantibus. Cur autem in aliis germen inferum, in aliis fructus capſularis; cur in quibuſdam diviſuræ panicularum baſi biſpathaceæ; cur in paucis folium ſpathiforme ſub ramis, ramulis & foliis? An indè generum diſcordia & cum cæteris affinitas; an contrà huc revocanda Uvularia?

ORDO III.

JUNCI, *LES JONCS.*

Graslilien.

CALIX inferus ſexpartitus, æqualis, aut inæqualis laciniis alternis majoribus & petaloïdeis, aut glumaceus gramineo calici affinis. Stamina definita (indefinita in Sagittariâ) ſæpiùs ſex, rariùs tria aut novem, imo calici inſerta. In aliis germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut diviſum; capſula trilocularis trivalvis polyſperma, valvis in medio ſepto ſeminiferis. In aliis

germina ſupera, tria aut ſex, rariùs indefinita, interdùm baſi juncta; ſtyli aut & ſtigmata totidem; capſulæ totidem uniloculares, diſtinctæ aut coalitæ, monoſpermæ ſæpè non dehiſcentes, aut polyſpermæ intùs bivalves, marginibus valvarum ſeminiferis. Corculum (omnium?) in hylo periſpermi cornei. Plantæ herbaceæ; folia radicalia & caulina inferiora, alterna vaginantia; caulina ſuperiora & floralia, ſæpè ſpathiformia & ſeſſilia. Flores ſpathacei.

I. Germen unicum. Capſula trilocularis. Calix glumaceus.

ERIOCAULON, L. * Monoïcum. Calix 4-partitus. MASC. Stamina 4. FOEM. Stylus 2-fidus; capſula 2-cocca 2-ſperma. *Flores maſculi centrales, fœminei marginales in calice communi imbricato hemiſphærico ſcapum anguloſum vaginâ propriâ inferiùs cinctum terminante; folia graminea radicalia. Species quædam fructu 3-cocco, (ideò calice 6-partito 6-andro?) ulteriùs examinandæ.*

RESTIO, L. * Dioïcus. Calix æqualis perſiſtens, rariùs inæqualis. MASC. Stamina 3. FOEM. Germen 6-ſulcatum, ſtyli 3 perſiſtentes; ſtigmata 3. Capſula 6-plicata, ſtylis acuminata, polyſperma. *Caulis junceus aphyllus nodoſus, ſimplex aut ramoſus, nodis ſpathaceis; flores paniculati aut ſpicati; ſpiculæ imbricatæ ſquamis 1-floris. Hùc referantur* Thamnochorthus *Bergii &* Chondropetalum *Rottbollii, quibus calicis laciniæ interiores petaloïdeae multò majores, caetera omninò ſimilia.*

XYRIS, L. * Calicis laciniæ 3 intimæ baſi ſtaminiferæ. Stamina 3. Stylus 1; ſtigma 3-fidum. Capſula polyſperma. *Caulis gramineus enodis aphyllus ſimplex; folia radicalia vaginantia; flores densè ſpicati terminales, ſquamis imbricatis 1-floris. Habitus Schœni, ſed fructus non idem. An Cyperoïdeis affinior, an Iridibus utpotè 3-andra?*

APHYLLANTES, T. L. * *Bragalou des Languedociens.* Calix æqualis, baſi connivens, limbo patens. Stamina 6 brevia. Stylus 1; ſtigma 3-lobum. Capſula polyſperma. *Caulis gramineus ſubnudus, capitulo paucifloro terminali oblongo, ſquamis imbricatis cincto; folia graminea. Habitus Junci & Dianthi proliferi.*

JUNCUS, T. L. * *Jonc.* Simſe. Calix æqualis. Stamina 6 brevia. Stylus 1; ſtigma 3-lobum. Capſula polyſperma. *Caulis gramineus ſimplex, enodis aphyllus, aut nodoſus foliis ad nodos vaginantibus; flores terminales aut laterales, corymboſi aut paniculati, ramulis baſi ſpathaceis.*

II. Germen unicum. Capſula trilocularis. Calix ſemi-petaloïdeus.

RAPATEA, Aubl. * Calix 6-partitus laciniis 3 exterioribus glumaceis, 3 interioribus ovatis (petala *ex Aubl.*) petaloïdeis convolutis, cinctus ſquamis circiter 8 glumaceis acuminatis inæqualibus oppoſitè imbricatis. Stamina 6, antheris ſeſſilibus longis apice auctis appendiculo antheriformi. Stylus 1; ſtigma 1 (triplex connivens *ex Aubl.*). Fructus... (capſularis 3-locularis 3-valvis 3-ſpermus, valvis medio ſeptiferis? *ex inſpecto germine*). *Herba; folia radicalia, graminea; ſcapi compreſſi ancipites; ſpatha compreſſa 2-valvis, in ſingulo ſcapo ſolitaria terminalis, multiflora; flores numeroſi, ut in Allio confertim umbellati, pedunculis 1-floris. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 118 & ex ſicco ſpecimine.*

MAYACA, Aubl. * Calix laciniis 3 exterioribus acutis, 3 interioribus (petala *ex Aubl.*) ſubrotundis petaloïdeis. Stamina 3, antheris 2-locularibus. Stylus 1; ſtigma 3-fidum. Capſula ſtylo acuminata, 1-locularis 3-valvis, valvis medio 2-ſpermis. *Herbula muſciformis; folia alterna conferta linearia ſubtrinervia; flores ſolitarii axillares, pedicello 2-ſquamuloſo. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 15. An capſula potiùs 3-locularis, ſepto valvarum medio poſt maturitatem retracto?*

POLLIA, Thunb. * Calix laciniis 3 interioribus tenuiſſimis, 3 exterioribus majoribus ovatis. Stamina 6. Stylus 1; ſtigma 1. Bacca globoſa parva (3-locularis?) polyſperma ſeminibus angulatis. *Caulis angulatus ramis raris alternis; folia alterna amplexicaulia; flores verticillato-corymboſi, pedunculis 4-6-verticillatis 2-3-floris baſi 1-bracteatis. Caracter ex Thunb. Jap. An Aſparagis affinior; an fructus verè baccatus?*

CALLISIA, L. * Calix laciniis 3 interioribus petaloïdeis. Filamenta 3, ſingula 2-antherifera. Stylus 1; ſtigmata 3 penicillata. Capſula 2-locularis (loculo tertio abortivo?) 2-ſperma. *Habitus Commelinæ.*

COMMELINA, L. * *Commeline.* Commeline. Calix æqualis aut inæqualis, laciniis 2 aut 3 interioribus petaloïdeis. Stamina 6, interdùm omnia fertilia, ſæpiùs 3-4 (nectaria *Linn.*) ſterilia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-locularis 3-valvis; loculi duo 2-ſpermi, tertius cum valvulâ propriâ ſæpè abortivus, aut in valvulæ alterius dorſo nidulans 1-2-ſpermus. *Caulis herbaceus ad nodos alternè folioſus & ſaepè ramoſus; foliorum vagina longa integra, mox fiſſilis; ramuli baſi ſpathacei; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori; ſpathâ cordatâ connivente flores obvolvente & perſiſtente, rariùs nullâ.*

TRADESCANTIA, L. * EPHEMERUM, T. * Tradescantre.

Calix laciniis 3 interioribus petaloïdeis. Stamina 6 filamentis hirſutis. Stylus 1; ſtigma 3-gonum. Capſula 3-locularis oligoſperma. *Species pleræque habitu & ſpathis & partium diſpoſitione ſimiles Commelinæ, diſcrepantes tantùmdem hirſutie filamentorum.* T. virginicæ *folia eadem, ſed flores umbellati terminales, umbellâ inæquali, involucro 2-3-phyllo pedunculis multò longiore.*

III. Germina plura. Capſulæ totidem uniloculares. Flores in ſcapo umbellati aut verticillati, umbellis & verticillis involucro triphyllo cinctis. *Plantæ aquaticæ.*

BUTOMUS, T. L. * *Butome, Jonc-fleuri.* Blumenbinſe. Calix ſubæqualis coloratus. Stamina 9, quorum 3 interiora. Germina 6; ſtyli 6. Capſulæ polyſpermæ. *Flores umbellati; folia graminea.*

DAMASONIUM, T. V. * ALISMA, L. * *Fluteau.* Calix laciniis 3 petaloïdeis. Stamina 6. Germina 6; ſtyli 6. Capſulæ acuminatæ 1-2-ſpermæ, ſtellatim patentes. *Flores umbellati; folia lanceolata aut ovata.*

ALISMA, L. * RANUNCULUS, T. * DAMASONIUM, V. * *Plantain d'eau.* Froſchlöffel. Calix laciniis 3 petaloïdeis. Stamina 6 (interdùm plura?). Germina numeroſa aggregata; ſtyli totidem. Capſulæ 1-ſpermæ non dehiſcentes. *Flores umbellati, aut paniculati ramis & ramulis ternis verticillatis; folia lanceolata.*

SAGITTARIA, L. * SAGITTA, T. * *Fléchiere, Fléche d'eau.* Pfeilkraut. Monoïca. Calix laciniis 3 petaloïdeis. MASC. Stamina numeroſa (24?) aggregata. FOEM. Germina numeroſa, receptaculo globoſo impoſita; ſtigmata totidem abſque ſtylis. Capſulæ marginatæ, compreſſæ, 1-ſpermæ non dehiſcentes. *Flores verticillati, ſuperiores maſculi, inferiores fœminei rariores; folia ſagittata.*

IV. Germina plura (ſæpiùs tria). Capſulæ totidem uniloculares, interdùm baſi coalitæ. Flores paniculati aut ſpicati.

CABOMBA, Aubl. * Calix 6-partitus, laciniis 3 interioribus petaloïdeis. Stamina 6, imis laciniis calicinis inſerta. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſulæ 2, ſtylo terminatæ, 1-loculares polyſpermæ. *Herba aquatica; folia petiolo non vaginante; caulina demerſa oppoſita, digitata foliolis pluries trichotomis linearibus; floralia natantia alterna orbiculata integra peltata; flores ſolitarii axillares. Caracter ex Aubl Guyan. t. 124. An Ranunculis affinior? Confer in vivâ. Habitus Ranunculi aquatilis L., ſed folia oppoſita & flos parùm ſimilis.*

SCHEUCHZERIA, L. * Calix æqualis. Stamina 6, filamentis brevibus, antheris longis. Germina 3, interdùm 4, 5, aut 6; ſtigmata totidem extrorsùm germinibus adnata. Capſulæ diſtinctæ, compreſſæ, inflatæ, 2-valves, 1-2-ſpermæ. *Folia graminea; flores laxè ſpicati rariores.*

TRIGLOCHIN, L. * JUNCAGO. T. * Krötengras. Calix laciniis 3 petaloïdeis. Stamina 6 breviſſima Germina 3 aut 6 conniventia; ſtigmata totidem abſque ſtylis. Capſulæ 1-ſpermæ erectæ acutæ. *Folia graminea; flores in ſcapo ſpicati.*

NARTHECIUM. * PHALANGIUM, T. * ANTHERICUM, L. * Calix æqualis, caliculo minimo 3-partito cinctus. Stamina 6. Germina 6 aut plura; ſtigmata totidem abſque ſtylis. Capſulæ polyſpermæ, baſi junctæ. *Folia graminea flores ſpicati, ſcapo ſubnudo. Numerus partium varius.*

HELONIAS, L. * Calix æqualis coloratus. Stamina 6, calice longiora. Germen 3-gonum; ſtyli 3 breves. Capſula 3-locularis polyſperma. *An potiùs capſulæ 3 junctæ? Flores ſpicati; quibuſdam caulis folioſus, & habitus Aſphodeli.*

MELANTHIUM, L. * Calix æqualis coloratus. Stamina 6. Germina 3 coalita; ſtyli 3. Capſulæ junctæ polyſpermæ. *Flores paniculati, aut rariùs ſpicati. Hùc referatur* Wurmbea *Thunbergii calice diſcrepans minùs partito.*

VERATRUM, T. L * *Varaire, Hellébore blanc.* Nieſskraut. Calix æqualis coloratus. Stamina 6. Germina 3 diſtincta, in quibuſdam floribus abortiva; ſtyli 3 breves. Capſulæ intùs 2-valves polyſpermæ, ſeminibus membranaceis. *Folia ovata, nervoſa, vaginis oblongis integris; flores paniculati.*

COLCHICUM, T. L. * *Colchique.* Zeitloſe. Calix tubuloſus longus, limbo campanulato corollæformi 6-partito. Stamina 6 tubo inſerta. Germina 3 baſi juncta; ſtyli 3. Capſulæ baſi in unam coalitæ, polyſpermæ. *Habitus Croci aut Gethyllidis, ſed major cum Veratro affinitas. Ex perſiſtente priſtini caulis tubere ſtriato dilatato hìnc ſinuato & tunicis foliorum radicalium præcedentium veſtito, lateralis infrà exoritur ſub iiſdem tunicis nova plantula baſi tuberoſa & ſubtùs bulborum more radicans, in tuberis priſtini ſemiamplectentis ſinu recepta. Huic ſpatha exterior radicalis cilindrica tubuloſa, apice hinc fiſſa, ſemiſubterranea; flores 2-6 ex ſpathâ ſemiprodeuntes abſque foliis; fructus, interdùm flore multò tardiores, aſſurgenti extrà ſpatham cauli inſidentes; folia cum fructibus eminentia, nervoſa, radicalia vaginantia, caulina ſemiamplexicaulia. Increſcens planta ſuum expandit tuber, priſtinum hinc exſugit opprimitque mox periturum, novamque ſimul indè baſi trudit ſequentis plantulæ gemmam. Priſcum tuber tùm habitu tùm & uſu quaſi aſſimilandum periſpermo aut & cotyledoni, utrique in Monocotyledonibus laterali, proprio ſucco plantulam enutrienti,*

& ipsâ adultiore marceſcenti ac evanido. Duplex plerumque ſimul ex eodem tubere exilit gemma lateralis, altera hinc inferior jam deſcripta & frugifera, altera indè ſuperior pariter cauleſcens ſed gracilior & vix florifera. *)

Obs. Junci Aſparagis & Liliis non omninò affines, nec alteri ejuſdem claſſis ordini accommodatiores, uſquedùm innotuerit in iis germinatio. Horum inſuper ſectiones ſeorsìm naturales remiſſiùs copulantur; glumaceæ Cyperoïdeis & Gramineis, ſemipetaloïdeæ Ranunculis habitu ſimiles, diſſimiles caractere. Peculiaris in claſſe caliculus Narthecii. An Colchicum verè tricapſulare?

ORDO IV.

LILIA, *LES LIS.*

Lilien.

Calix inferus, coloratus, ſexpartitus, plerumque æqualis & regularis. Stamina ſex imis laciniis caliciniş inſerta. Germen ſimplex ſuperum; ſtylus unicus, raró nullus; ſtigma triplex. Capſula ſupera, trilocularis, trivalvis, polyſperma, ſeminibus gemino ordine diſpoſitis in ſingulo loculo, ſæpiùs planis.

Caulis plerumque herbaceus. Folia radicalia interdùm vaginantia; cætera ſeſſilia, ſæpiùs alterna, rariùs verticillata. Flores nudi, aut ſpathacei ſeu ſtipati folio ſpatham æmulante, ſæpè cernui ſtylo ſtaminibus longiore.

TULIPA, T. L. * *Tulipe.* Tulpe. Calix campanulatus, laciniis rectis non nectariferis. Stylus 0; ſtigma ſeſſile. Capſula oblonga, obtusè 3-gona; ſemina plana. *Folia vaginantia radicalia; ſcapus 1-florus erectus, penè aphyllus. Tulipa geſneriana v. Batſch Anal. Florum P. 1. n. 9. ſ. 41---47.*

ERYTHRONIUM, L. * Dens Canis, T. * Hundſzahn. Calix campanulatus, laciniis à medio reflexis, 3 interioribus baſi

(* Cfr. Hedwigii V CL. Analyſin Colchici in Leipziger Magazin für die Naturkunde Ann. 1784.

intùs 2-callibus. Stamina brevia Capſula globoſa, baſi anguſtior; ſemina ovata. *Folia vaginantia radicalia; ſcapus 1-florus cernuus.*

METHONICA. * GLORIOSA, L. * *Superbe.* Calix patens, laciniis undulatis longiſſimis reflexis. Stamina ſtylo breviora. Capſula ovalis; ſemina globoſa. *Caulis ſcandens ramoſus; folia apice cirrhoſa; pedunculi 1-flori, axillares & terminales; radix tuberoſa.*

UVULARIA, L. * *Uvulaire.* Calix campanulatus laciniis rectis, unguibus foveâ nectariferâ oblongâ excavatis. Stamina breviſſima. Stigmata reflexa. Capſula ovata 3-gona; ſemina ſubrotunda compreſſa. *Folia ſeſſilia, aut amplexicaulia; pedunculi 1-2-flori axillares. Habitus Convallariæ: an indè affinior Aſparagis? An fructus verè capſularis?*

FRITILLARIA, T. L. * *Fritillaire.* Fritillarie. Calix campanulatus, laciniis rectis, unguibus foveâ nectariferâ oblongâ excavatis. Stamina ſtylo breviora. Capſula oblonga, obtusè 3-gona; ſemina plana. *Radix 2-tuberculata; flores terminales, ſolitarii nudi, aut ſpathacei laxè ſpicati.*

IMPERIALIS. * CORONA IMPERIALIS, T. * FRITILLARIA, L. * *Imperiale.* Kaiſerkrone. Calix campanulatus laciniis rectis, unguibus foveâ nectariferâ rotundâ excavatis. Stamina ſtylo breviora. Capſula 6-angula, marginibus acuta; ſemina plana. *Radix tuberoſa tunicata: caulis ſimplex, medio nudus, baſi & apice folioſus, ſuprà 6-florus floribus axillaribus cernuis, capſulis erectis. Fritillaria imperialis. v. Batſch Anal. Florum. P. 1. n. 5. ſ. 20--26.*

LILIUM, T. L. * *Lis.* Lilie. Calix campanulatus laciniis rectis aut revolutis, baſi conniventibus & ſulco longitudinali nectarifero, nudo aut ciliato, exaratis. Stamina ſtylo breviora. Capſula oblonga 6-ſulcata 3-gona; ſemina plana. *Radix tuberoſa, baſibus foliorum imbricata; caulis folioſus ſimplex, foliis alternis aut verticillatis; flores ſpathacei, ſpicati aut ſubpaniculati, in pluribus cernui.*

YUCCA, L. * Yucce. Calix campanulatus, laciniis rectis non nectariferis. Stamina filamentis ſupernè craſſioribus, antheris minimis. Stylus 0; ſtigma ſeſſile. Capſula oblonga, obtusè 3-gona; ſemina plana. *Caulis ſubnullus aut caudice aſſurgente fruticoſus; folia conferta terminalia, enſiformia apice ſpinoſo; flores ſpicati aut paniculati, terminales, biſpathacei; calix Tulipæ. An caudice & paniculâ diſcrepans à Liliis, an Bromeliis affinior?*

OBS. Yucca caractere affinis Tulipæ, ſed ab ordine diſpar caule fruticoſo; an ad Bromelias aut Aſphodelos depellenda? An Liliis adſcribenda Alſtroëmeria? An iiſdem verè conſocianda Uvularia; an potiùs Aſparagis? Dubia ſolvet ſemen germinans.

ORDO V.

BROMELIÆ, *LES ANANAS.*

ANANAS-FAMILIE.

CALIX ſexfidus aut ſexpartitus, cum germine inferò ſuperus, cum ſupero inferus, nunc æqualis, nunc ſæpiùs inæqualis laciniis tribus alternis majoribus. Stamina ſex, imo aut medio calici inſerta, aut interdùm glandulæ calicinæ germen obtegenti. Germen ſimplex, ſuperum aut inferum; ſtylus unicus; ſtigma trifidum. Fructus trilocularis, ſuperus aut inferus, baccatus non dehiſcens, aut capſularis trivalvis, loculis mono aut polyſpermis.

Folia vaginantia, ſæpiùs omnia radicalia. Flores ſpicati aut paniculati aut rariùs corymboſi, ſinguli ſpathacei.

I. Germen ſuperum.

BURMANNIA, L. * Calix priſmaticus tubuloſus coloratus, limbo 6-fido, laciniis 3 intimis minimis. Stamina ſubſeſſilia, ſummo calici inſerta, antheris ter germinatis, mucrone reflexo diſtinctis. Germen oblongum. Capſula calice tecta, polyſperma, ſeminibus minutis. *Caulis ſimplex, apice 2-florus aut 2-ſtachios; folia radicalia graminea, caulina ſquamiformia. Genus ſui ordinis, nulli perquàm affine, niſi fortè Hypoxi.*

TILLANDSIA, L. * RENEALMIA, Pl. * CARAGUATA, Pl. * Calix duplex, exterior 3-partitus, interior coloratus longior, 3-partitus *in Renealmiâ Pl.*, aut tubuloſus 3-fidus *in Caraguatâ Pl.* Stamina imo calici inſerta. Capſula obtusè 3-gona, 3-locularis (1-locularis *ex Linn.*) polyſperma, ſeminibus pappoſis. *Folia plerumque radicalia; flores in ſcapo aut caule ſpicati aut paniculati. Plantæ herbaceæ plurimæ paraſiticæ, aliæ Agavem, aliæ Aloëm, aliæ Bromeliam habitu mentientes. Caracter in vivis examinandus & obſervanda germinis evolutio. Capſula quarumdam ſubunilocularis? An genus dividendum?*

PUYA, Mol. * RENEALMIA, Fevil. * *Puya du Chili.* Calix 6-partitus, laciniis 3 interioribus majoribus fornicatis.

Stamina 6, imo calici inſerta, filamentis baſi ſquamiformibus & mellifluis. Germen ſuperum 3-gonum; ſtylus...; ſtigma... Capſula 3-locularis polyſperma ſeminibus minutis (non papposis?). *Plantæ caudicibus craſſiſſimis erectis ſuberoſis; folia alterna vaginantia, inferiora caduca baſi perſiſtente & caudices indè ſcabros obtegente, ſuperiora in caudicibus terminalia conferti ſſima Ananaſſæ inſtar longa canaliculata marginibus dentato-ſpinoſis; caulis inter folia centralis altiſſimus paſsim ſpathaceus, apice ramoſus florifer, floribus ſpathaceis pyramidato-paniculatis. Caracter ex Feuill. Chil. 3. t. 39 & ex Molina Chil. Habitus Agaves ſed germen ſuperum. Caracter fere Tillandſiæ an congener Pittcairnia. L'Herit. ſert. angl.*

II. Germen inferum.

XEROPHYTA. * Calix tubuloſus limbo 6-partito regulari perſiſtente, laciniis 3 exterioribus anguſtioribus acuminatis. Stamina imis laciniis inſerta; antheræ longæ ſubſeſſiles, limbo æquales. Stylus 1; ſtigma oblongum tumidum (ſimplex?). Capſula ſcabra coronata, 3-locularis polyſperma. *Suffrutex Madagaſcarienſis aridus, alternè ramoſus; rami aridis foliorum præcedentium vaginis alternatim imbricatis omninò ſcabri; cætera folia, ut in Pino, linearia rigida pungentia, in ramulis axillaribus terminalia conferta; flores in ramulis ſubſolitarii terminales. Caracter ex ſicco & immaturo Commerſonii ſpecimine.* Ξηρος φυτον, *ſicca planta.*

BROMELIA, pl. L. * KARATAS, Pl. * ANANAS, Pl. T. * *Ananas.* Calix duplex, uterque tubuloſus, exterior brevior 3-fidus, interior petaloïdeus longior 3-partitus laciniis ungue appendiculatis. Stamina ſummo calici inſerta, aut glandulæ calicinæ ſuprà germen productæ (indè quaſi epigyna). Bacca umbilicata polyſperma. *Plantae herbaceae, quaedam paraſiticae; folia radicalia canaliculata, marginibus ſaepè dentato-ſpinoſis; flores* Bromeliæ Pl. *in ſcapo vel caule laxè ſpicati aut paniculati, fructibus vix baccatis; flores* Karatæ Pl. *densè corymboſi, corymbo radicali, baccis ovatis; flores* Ananaſſæ Pl. *densè ſpicati in ſcapo ſuprà folioſo, ſpicâ matureſcente ſtrobiliformi carnoſâ ſquamoſâ eduli, è coadunatis concretâ baccis, vix loculoſis & malè fœcundis. An genera diverſa; an à ſtaminum ſitu aliò revocanda, licèt affinia Tillandſiae?*

AGAVE, L. * ALOE, T. * *Pitte, Maguey des Mexicains.* Calix tubuloſus infundibuliformis, limbo 6-partito. Stamina exſerta, ſummo calici infixa; antheræ longæ verſatiles. Capſula utrinque attenuata, ſub 3-gona, polyſperma, ſeminibus planis gemino ordine diſpoſitis. *Caulis ſubnullus aut caudiciformis; folia radicalia canaliculata, rigida, apice (ſaepè etiam margine)*

ſpinoſa, juniora obvoluta; panicula è caudice aſſurgens, maxima, pyramidata. Habitus Yuccae, flos diverſus.

OBS. Ordo nondùm abſolutè naturalis, caractere minùs diſtinctus quàm habitu, in vivis recognoſcendus præcipuè quoad germinationem, quâ determinatâ certior ordinis generumque ſtatuetur affinitas. Narciſſis Agavem adjicit B. Juſſæus & Bromeliam Muſis.

ORDO VI.

ASPHODELI, *LES ASPHODELES.*

CALIX inferus, coloratus, ſæpè ſexpartitus æqualis, rarò tubuloſus ſex-fidus. Stamina ſex, imo aut medio calici inſerta. Germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut trifidum. Capſula trilocularis trivalvis polyſperma.

Radix plurimorum bulboſa, ſcapum emittens, ſub bulbo capillata; cæterorum fibroſa, in caulem ſæpiùs herbaceum aſſurgens. Folia vaginantia alterna, ſæpiùs omnia radicalia. Spica ſaepè in ſcapo ſimplex, interdùm ramoſa ramis ſpathaceis. Flores ſinguli ſpathacei, ſpicati (in Allio umbellati), terminales aut rariùs axillares.

I. Flores ſpicati. Radix fibroſa. Calix tubuloſus.

ALETRIS, L. * Calix infundibuliformis, rugoſus, 6-fidus, medio ſtaminifer. Stigma 3-fidum. Capſula 3-quetra polyſperma. *Calix in* A. capenſi *laevis, limbo minori; capſulae loculi compreſſi membranacei, quaſi alati, 1-ſpermi; apex ſcapi foliolis ſeu ſpathis vacuis tectus; ſeminis germinantis lobus ſeſſilis, ſuprà annectitur vaginae foliorum primariae: an genus idem? Caeterarum germinatio non obſervata.*

ALOE, T. L. * *Aloës.* Calix fundo nectarifer, 6-fidus aut ferè 6-partitus, laciniis rectis aut revolutis, baſi ſtaminiferis. Stigma ſub 3-lobum. *Caudex in quibuſdam fruteſcens & folioſus; folia ſucculenta, imbricata, in pluribus margine & ſuperficie ſpinoſa; ſpicae axillares aut terminales, interdùm ramoſae. Seminis germinantis lobus ſeſſilis appingitur lateri vaginae primariae.*

II. Flores ſpicati. Radix fibroſa. Calix ſexpartitus, baſi ſtaminifer.

ANTHERICUM, L. * ASPHODELUS, T. * Spinnenkraut. Calix patens aut connivens. Stamina filamentis filiformibus hirſutis. Stigma 1. Semina angulata. *Folia fiſtuloſa, aut ſucculenta imbricata; ſpicae terminales aut axillares, ſaepè ramoſae; flores lutei. Seminis germinantis lobus lateri vaginae primariae annectitur, filo pendulus.*

PHALANGIUM, T. * LILIASTRUM, T. * ASPHODELUS, T. * ANTHERICUM, L. * Calix patens aut connivens. Stamina filamentis filiformibus nudis. Stigma 1. Semina angulata. *Radices fibroſae in* Phalangio T., *faſciculatae in* Liliaſtro T.; *folia plana, ſaepiùs radicalia; ſpica terminalis, interdùm ramoſa; flores albi aut purpuraſcentes; germinatio Aſphodeli.*

ASPHODELUS, T. L. * *Aſphodele.* Aſpodil. Calix patens. Stamina filamentis baſi latioribus fornicatis. Stigma 1. Semina angulata. *Radices fibroſae aut faſciculatae; folia plana; ſpica interdùm ramoſa. Seminis germinantis lobus penſilis haeret apici folii primarii flexo & in filum attenuato.*

III. Flores ſpicati. Radix bulboſa. Calix baſi tubuloſus.

BASILÆA. * CORONA REGALIS, Dill. * FRITILLARIA, L. * Calix campanulatus 6-fidus, laciniis oblongis. Stigma 1. Semina ovata. *Flores virentes, densè ſpicati, ſcapo ſupra ſpicam folioſo; germinatio nondùm obſervata. Eadem cum Eucomi L'Herit. ſert angl. an congener Aletris capenſis L.?*

HYACINTHUS, T. L. * MUSCARI, T. * *Jacinte.* Hyacinthe. Calix æqualis globoſo-ventricoſus *in Muſcari T.*, aut tubuloſus 6-fidus *in Hyacintho T.*, aut rariùs 6-partitus. Germen apice 3-poroſum. Stigma 1. Capſula loculis ſæpiùs 2-ſpermis. *Caracter ex Linnaeo. Germinatio Aſphodeli. An caracter non è germine ſed è calice tantùm deducendus, excluſo 6-partito?*

PHORMIUM, Forſt. * Südſeeflachs. Calix 6-partitus (aut potiùs profundè 6-fidus?) laciniis 3 exterioribus brevioribus. Stigma 1. Capſula loculis polyſpermis. *Habitus Hyacinthi, & genus vix diſſimile. An hùc referenda* Lachenalia *Jacq? Capſula* P. tenacis *longa triquetra.*

MASSONIA, Thunb. * Calix baſi tubuloſus, limbo 6-fidus laciniis baſi retroflexis & mox erectis, undè faux (nectarium *Thunb.*) prominens. Stamina ſummæ fauci inſerta. Stigma 1. Capſula 3-quetra. *Flores in ſcapo brevi ſpicato-capitati.*

IV. Flores ſpicati. Radix bulboſa. Calix ſexpartitus, baſi ſtaminifer.

CYANELLA, L. * Calix laciniis 3 infimis propendentibus. Staminum filamenta brevia conniventia; horum infimum declinatum, cæteris longius. Stigma 1. Semina oblonga. *Statura Scillae ex Linn. Germinatio obſervanda.*

ALBUCA, L. * Calicis laciniæ 3 interiores conniventes apice craſſiuſculo, 3 extimæ patentes. Stamina 3 his oppoſita ſterilia, cætera 3 fertilia. Stylus pyramidato-inverſus; ſtigma acutum, 3-plici mucrone cinctum. Semina plana. *Germinatio Aſphodeli. Stamina* A. viſcoſæ *omnia fertilia ex D. Thunberg.*

SCILLA, L. * ORNITHOGALUM, T. * LILIO HYACINTUS, T. * *Scille.* Meerzwiebel. Calix omninò patens, deciduus. Filamenta omnia filiformia. Stigma 1. *Germinatio Aſphodeli. Genus nimiùm affine ſequenti. Bulbus* Lilio-Hyacinti T. *ſquamoſus. Scilla amaena v. Batſch. Anal. Florum. P. I. n. 4. ſ. 16-20.*

ORNITHOGALUM, T. L. * *Ornithogale.* Vogelmilch. Calix baſi connivens, apice patens, perſiſtens. Filamenta 3 alterna, baſi dilatata. Stigma 1. *Germinatio Aſphodeli. Flores* O lutei *ferè umbellati.*

V. Flores umbellati. Radix bulboſa. Calix ſexpartitus æqualis.

ALLIUM. T. L. * *Ail.* CEPA, T. * *Oignon.* PORRUM, T. * *Poireau.* Lauch. Calix patens. Stigma 1. Spatha 2-valvis multiflora, in ſcapo terminalis. *Folia fiſtuloſa aut plana; flores densè aut laxè umbellati, quandòque bulbiferi non capſulares; filamenta quorumdam 3-cuſpidata, mediâ cuſpide antheriferâ. Bulbus* Cepæ T. *ſphæriceus*, Porri T. *cylindricus*, Allii T. *compoſitus. Germinatio Aſphodeli.*

Obs. In Aſphodelo, Aloe, Antherico diverſa lobi ſeminalis evolutio, diverſus ejuſdem ſitus. Maximum indè diſcrimen ordiniſque dividendi indicium, quod tamen non ſatìs prænunciat fructificatio in his & illis parùm diverſa.

ORDO VII.

NARCISSI, *LES NARCISSES.*

CALIX ſuperus aut interdùm inferus, coloratus, baſi tubuloſus, limbo ſexpartito, ſæpiùs æquali. Stamina ſex, tubo inſerta, filamentis diſtinctis aut rariùs baſi coalitis. Germen ſimplex; in plurimis inferum, in paucis ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma trilobum aut ſimplex. Capſula infera aut ſupera, trilocularis, trivalvis polyſperma, (in Hæmantho bacca triſperma.)

Radix ſæpiùs bulboſa. Folia radicalia, vaginantia. Flores in ſcapo terminales, ſpathacei, ſolitarii aut umbellati, ſpathâ communi ſimplici aut divisâ umbellam cingente.

I. Germen ſuperum.

GETHYLLIS, L. * Calix tubuloſus filiformis longiſſimus, limbo brevi æquali. Stamina (12. aut 18 *ex Linn.*) in 6 faſciculos æquales diſpoſita. Germen imo calice tectum (inferum?) ſtylus filiformis; ſtigma 3-fidum. Capſula tecta ventricoſa. *Radix bulboſa; flos radicalis, ſolitarius; ſpatha ſimplex perſiſtens & capſulam recondens; habitus Croci. An verè 12-andra, & indè à Narciſſis diſcrepans; an potiùs 6-andra, ut aſſerit Linnæus fil. in Suppl.* Papiriam *Thunbergii hùc revocans?*

BULBOCODIUM, L. * Calix infundibuliformis 6-partitus, laciniarum unguibus anguſtis conniventibus, apice ſtaminiferis. Stigma 3-fidum. Capſula 3-angularis. *Interdùm tertia pars ſupprimitur. Flos radicalis ſolitarius; habitus Colchici. An Liliis magis affine?*

HEMEROCALLIS, L. * LILIO-ASPHODELUS, T. * *Lis-Aſphodele.* Taglilie. Calix baſi infundibuliformis, limbo campanulatus 6-fidus, apice revolutus. Stamina declinata. Stigma 3-gonum. Capſula 3-gona, calice tecta. *Radices faſciculatae, & flores in ſcapo corymboſi. An indè Narciſſis minùs affinis?*

CRINUM, L. * Calis infundibuliformis, limbi laciniis longis, 3 alternis uncinatis. Stigma ſimplex aut 3-fidum. Capſula ovata, calice tecta. *Spatha 2-partita, multiflora. Species una*

bulbiſperma. Congener Mauhlia Dahl. Obs. Bot. & Agapanthus L'Herit. ſert. angl.

TULBAGIA, L. * Calix infundibuliformis, limbo æquali; ſquamulæ 3 bifidæ, faucem coronantes. Stamina 3 in fauce, 3 intrà tubum. Stigma turbinatum. Capſula ſub 3-gona. *Spatha 2-valvis multiflora; habitus Galanthi, & Al.ii.*

II. Germen inferum.

HÆMANTHUS, T. L. * Blutblume. Calix tubo brevi, limbo æquali. Stigma 1. Bacca 3-locularis 3-ſperma. *Spatha 6-partita campanulata, multiflora, floribus confertis umbellatis pedicellatis; folia 2 radicalia ſuboppoſita.*

AMARYLLIS, L. * LILIO-NARCISSUS, T. * Amaryllis. Calix infundibuliformis fauce ſquamulis 6 inſtructâ, limbo æquali aut inæquali, partim reflexo. Stigma 3-fidum. *Spatha 1-phylla, latere dehiſcens, 1 aut multiflora; ſtamina ſæpè declinata ut & ſtylus. Congener Crinum L'Herit. ſert. angl. diſcrepans tubo longiore & ſtaminibus non declinatis.*

PANCRATIUM, L. * NARCISSUS, T. * Trichterlilie. Calix infundibuliformis, limbo campanulato, coronâ ad faucem 12-fidâ, cujus laciniæ 6 ſubulatæ antheriferæ. Stigma 1. *Spatha 1-phylla, latere dehiſcens, 1 aut multiflora.*

NARCISSUS, T. L. * *Narciſſe.* Narciſſe. Calix infundibuliformis, limbo patente, coronâ ad faucem campanulatâ, integrâ aut diviſâ. Stamina tubo inſerta, intrà coronam, ipsâ breviora. Stigma 3-fidum. *Spatha 1-phylla, latere dehiſcens, 1 aut multiflora.*

LEUCOIUM, L. * NARCISSO-LEUCOIUM, T. * Schneeglocke. Calix tubo brevi, limbo campaniformi æquali, laciniis apice craſſiuſculis Stigma 1. *Spatha 1-phylla compreſſa, latere dehiſcens, 1 aut multiflora; ſtamina inſerta glandulæ calicinæ germen obtegenti; antherae apice dehiſcentes; germinatio ferè ut in Aletri. Leucojum vernum v. Batſch Analys. Florum P. I. n. 3. ſ. 12--16.*

GALANTHUS, L. * NARCISSO-LEUCOIUM, T. * *Perce-neige.* Schneetropfen. Calix tubo brevi, laciniis 3 exterioribus, 3 intimis brevioribus emarginatis. Stigma 1. *Caetera ut in Leucoïo. Galanthus nivalis. v. Batſch Analyſis Florum P. I. n. 2. ſ. 7--11.*

III. Genera Narciſſis non omninò affinia.

HYPOXIS, L. * Calix ſuperus tubo brevi, limbo 6-partito, æquali perſiſtente. Stamina 6 brevia, (glandulæ calicinæ ſemen obtegenti inſerta). Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1.

Capſula 3-locularis polyſperma, coronata calice. *Radix fibroſa*; *folia graminea*; *flores radicales aut in ſcapo bigemini ſpathacei. An Burmanniae affinis? An congener* Hypoxis *Forsk. cui calix inferus?*

PONTEDERIA, L. * Calix infundibuliformis, limbo ſæpè bilabiato inæqualiter 6-fido, rariùs 6-partito ſubæquali. Stamina 3 ſummo, 3 medio calici inſerta. Germen in plurimis inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula carnoſa 3-locularis polyſperma, *Herbae aquaticae; radices fibroſae; folia radicalia & caulina vaginantia, ſaepè ſagittata; flores ſpicati aut umbellati terminales aut ex fiſsâ foliorum vaginâ exſerti, ſinguli ſpathacei. Species quaedam germine ſupero aut ſemiſupero, Juncis affiniores.*

POLIANTHES, L. * HYACINTHUS; T. * *Tubéreuſe.* Tuberoſe. Calix infundibuliformis, limbo 6-fido patulo. Stamina 6, fauci calicis inſerta, antheris longis. Germen tectum; ſtylus 1; ſtigma 3-fidum. Capſula baſi tecta calice, 3-locularis, polyſperma; ſemina plana, gemino ordine diſpoſita. *Radix tuberoſo-bulboſa; folia radicalia longa, caulina ſquamiformia; flores ſpicati, ſeorsùm aut geminatìm ſpathacei. An affinior Lilio, an Hyacintho.*

ALSTROEMERIA, L. * Calix ſuperus, limbo 6-partitus, laciniis 3 interioribus, quarum 2 baſi tubuloſæ aut convolutæ. Stamina 6, inæqualia declinata, imis laciniis inſerta. Germen inferum, 6-gonum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Capſula infera (apice non tecta) 6-angularis, mucronata, 3-locularis polyſperma, ſeminibus globoſis. *Radix fibroſa; caulis folioſus, erectus aut volubilis, foliis alternis, ſeſſilibus, obliquis; flores terminales ſubſolitarii aut corymboſi, non ſpathacei. Germinatio ut in Aletri. An affinior Liliis?*

TACCA, Rumph. Forſt. LS. * Calix ſuperus 6-fidus Staminum filamenta 6 (petala *ex Forſt.*) mediis lobis calicinis inſerta, baſi lata, ſuprà in cucullum dilatatum fornicata; antheræ 6, 2 loculares oblongæ, filamentis intùs ſub cucullo adnatæ. Germen inferum; ſtyli 3; ſtigmata 3 latiora obcordata. Bacca ſicca ovata, calice coronata, 6-ſtriata, 3-locularis polyſperma ſeminibus ſtriatis. *Radix tuberoſa; folia radicalia, nunc palmata, nunc pinnatifida ut in Dracontio polyphyllo L.; flores in ſcapis terminales umbellati, pedunculati aut ſeſſiles, filis intermixtis longiſſimis aut brevibus diſtincti, involucro magno polyphyllo umbellam cingente. Diſſepimenta in baccis exſiccatis evanida ex Forſtero. Habitus plantæ Aroïdeæ & involucrum cum adjunctis filis ſpatham & cirrhos Ari quaſi æmulans, ſed caracter prætereà diverſus. Hujus congener* Tavoulou *Madagaſcarienſium.*

Obs. Narciſſorum ſectio ſecunda, in ordine præcipua, verè naturalis, germine infero & floribus umbellatis hexandris inſignita. Huic

certè conveniunt Leucoïum & Galanthus quorum glandula ſtaminifera, licèt ſuprà piſtillum irrepens, è calice tamen exoritur & indè in iis ſtaminum perigyniam habitu conſimili prænuntiatam confirmat. Affinitati ſectionis primæ parùm obſtat germen ſuperum, exceptâ forſan Hermerocalli. Genera ſectionis tertiæ non omninò Narciſſorum, nec invicèm, nec ſatiùs ordinis alterius confinia, hìc ideò repoſita donec horum verus ordo conſtiterit.

ORDO VIII.

IRIDES, *LES IRIS*.

IRISFAMILIE.

CALIX ſuperus coloratus, baſi tubuloſus, limbo ſexfido aut ſexpartito, æquali aut inæquali. Stamina tria, tubo inſerta, tribus laciniis calicinis alternis oppoſita, filamentis diſtinctis aut rariùs connatis in tubum ſtylo trajectum. Germen inferum; ſtylus unicus; ſtigma triplex. Capſula infera, trilocularis trivalvis, polyſperma; ſemina ſæpè ſubrotunda.

Radix fibroſa, aut tuberoſa, aut bulboſa. Caulis plerumque herbaceus folioſus, aut raró ſubnullus. Folia alterna vaginantia, ſæpiùs enſiformia. Flores ſpathacei, ſpathis ſæpè bivalvibus, uni aut multifloris.

I. Stamina filamentis connatis.

GALAXIA, Thunb. * Calix tubuloſus erectus baſi filiformis, limbo dilatatus 6-lobus æqualis patens. Filamenta connata. Stigmata 3 multipartita. *Radix bulboſa; folia radicalia; flores inter folia ſubacaules.*

SISYRINCHIUM, L. * BERMUDIANA, T. * *Bermudiene.* Calix tubo brevi, limbo 6-partito plano. Filamenta omninò connata. Stigma 3-fidum. *Radix fibroſa; caulis compreſſus, anceps, ramoſus; flores terminales aut axillares: ſpathæ compreſſo-carinatæ, multifloræ.*

TIGRIDIA. * FERRARIA, LS. * Calix tubo brevi, limbo magno plano 6-partito regulari, laciniis 3 exterioribus magnis ovatis,

ovatis, 3 interioribus minoribus, utrinque ad unguem & ſub apice coarctatis. Filamenta omninò coalita, tubo longiſſimo. Stigmata 3 bipartita. *Radix tuberoſa tunicata; flores in caule cilindrico terminales, rariores, purpurei, diſco eleganter maculato.*

FERRARIA, L. * Calix tubo brevi, limbo 6-partito patente, laciniis undulatis. Filamenta baſi coalita. Stigmata 3 cucullata. *Radix tuberoſa tunicata; flores ſpicati, terminales, ſpathis 1-floris.*

II. Stamina filamentis diſtinctis.

IRIS, T. L. * XIPHION, T. * HERMODACTYLUS, T. * SISYRINCHIUM, T. * *Iris, Flambe.* Calix regularis, tubo oblongo germen adæquante, limbo 6-partito magno, laciniis 3 alternis rectis, 3 alternis reflexis intùs barbatis aut imberbibus baſi ſtaminiferis. Stylus brevis; ſtigmata 3 petaloïdea, oblonga, magna, ſtaminibus incumbentia, ſulco longitudinali nectarifero marginato ſuprà exarata. *Flores terminales, ſolitarii aut ſpicati, ſpathis uni aut multifloris; caulis ſæpè compreſſus. Radix* Xiphii T. *bulboſa ſimplex*, Siſyrinchii T. *bulboſa duplex bulbis ſuperimpoſitis*, Hermodactyli T. *tuberoſa*, Iridis T. *carnoſa oblonga repens. Folia* Iridis *enſiformia plana margine vaginantia*, Hermodactyli *4-gona*, *cæterorum canaliculata.*

MORÆA, L. * Calix tubo brevi, limbo patulo 6-partito æquali, laciniis 3 patentioribus, intùs barbatis aut imberbibus, baſi ſtaminiferis. Stylus ſimplex; ſtigmata 3 petaloïdea 2-fida, ſtaminibus incumbentia. *Flores terminales, ſpathis 1-2-floris; folia enſiformia latere vaginantia, aut canaliculata; radix tuberoſa tunicata; flos Iridis, ſed calix totus patens. Staminum filamenta baſi connata ex Linn. Suppl.*

IXIA, L. * Calix tubo oblongo aut brevi, limbo campanulato 6-partito æquali. Stigma 3-fidum. *Radix fibroſa, aut tuberoſa tunicata; folia plana margine vaginantia, aut canaliculata, aut nervoſa graminea; caulis ſæpè compreſſus, interdùm vix ullus; flores terminales, ſolitarii, aut ſpicati, aut paniculati, aut capitati; ſpathæ ſubi-floræ. Seminis germinantis lobus ſubſeſſilis annectitur dorſo vaginæ foliorum primariæ.*

CIPURA, Aubl. * Calix baſi tubuloſus ſuperus, limbo 6-partitus, laciniis 3 interioribus alternis triplò minoribus. Stamina 3 tubo inſerta. Stylus craſſus 3-gonus, ſtigma 3-lobum. *Radix tuberoſa tunicata; folia quædam radicalia vaginantia enſiformia nervoſa; flores in ſcapo terminales, ſertoſi aut ſubſpicati, ſpathacei ſpathis inferioribus longioribus. Caract. ex Aubl. Guyan. t. 13.*

WATSONIA. * Calix tubo filiformi longo, limbo 6-partito ſubæquali & ſubbilabiato. Stylus filiformis 3-fidus; ſtigmata 3 gracilia 2-fida. *Radix tuberoſa tunicata, hemiſpherica, margine dentato; flores in caule ſimplici aut parùm ramoſo laxè ſpicati terminales, ſpathis 1-floris 2-valvibus, valvâ exteriore multò majore.*

GLADIOLUS, T. L. * *Glayeul.* Schwertel. Calix infundibuliformis, limbo inæquali 2-labiato, ſuprà 3-fido connivente aut patulo, infrà 3-partito patente. Stamina ſub labio ſuperiore latentia. Stigma 3-fidum. Semina arillata. *Radix tuberoſa tunicata; caulis ſimplex; flores ſpicati, ſpathis 1-floris. Germinatio Ixiæ, lobo abſolutè ſeſſili.*

ANTHOLYZA, L. * Calix infundibuliformis, tubo incurvo, limbo 6-fido inæquali. Stigma 3-fidum. *Radix tuberoſa tunicata; caulis ſimplex; flores ſpicati, ſpathis 1-floris. Genus non ſatìs à Gladiolo diſtinctum.*

WITSENIA, Thunb. * Calix tubuloſus erectus, limbo dilatato erecto 6-lobo regulari, laciniis 3 exterioribus extùs tomentoſis. Stigma ſub3-fidum aut emarginatum. *Radix tuberoſa; caulis ſublignoſus anceps 2-pedalis, ramoſus aut ſimplex, apice tectus foliis planis margine vaginantibus, diſtichè & flabellatìm imbricatis; gemmæ terminales aut & axillares, ſeſſiles ſubbifloræ compreſſæ, ſquamis 7-8 imbricatis diſtichis, 2 interioribus longioribus 2-fidis; ſingulo flori ſpatha brevis in intimâ gemmâ deliteſcens.*

TAPEINIA, Comm. * Calix tubuloſus, limbo profundè 6-partito æquali. Stigma 3-fidum. *Herba Magellanica 2-pollicaris, caule ancipiti, foliis ut in Witſeniâ diſpoſitis minimis; flores parvuli ſolitarii terminales, ſubſeſſiles inter folia quorum 3 ſuperiora ſpatharum æmula. Caracter ex Commerſ. & ex ſpecim. ſicco.* Ταπεινος, *humilis.*

CROCUS, T. L. * *Safran.* Calix tubo gracili, limbo ampliori 6-partito æquali recto. Stigmata 3 convoluta criſtata. *Radix tuberoſa tunicata duplex, tuberibus ſuperimpoſitis; ſpatha 1-phylla 1-flora. Flos acaulis ſubſolitarius. Crocus ſativus. v. Batſch Analyſes Florum. T. I. n. 1. f. 1-6.*

III. Genera Iridibus affinia.

XIPHIDIUM, Loefl. Aubl. * *La Glaivane.* Calix inferus 6-partitus regularis laciniis alternis interioribus. Stamina 3, imis iiſdem laciniis inſerta. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula ſubbaccata 3-ſulca 3-locularis polyſperma (ſeminibus receptaculo globoſo inſertis *ex Loefl.*) *Radix repens fibroſa; caulis herbaceus; folia alterna ſubvaginantia ſeſſilia enſiformia nervoſa; flores alternè paniculati terminales, ſinguli bracteolati. Caracter*

ex Loefl. Amer. p. 239 & Aubl. Guyan. t. 11. Habitus Wachendorfiæ. An receptaculum ſeminiferum idem; an affinius Juncis & Veratro, licèt 3-andrum.

WACHENDORFIA, L. * Calix inferus (baſi tubuloſus?) 6-partitus irregularis, laciniis 3 ſupremis erectis, 3 infimis patulis. Stamina 3 declinata, imis laciniis alternis inſerta; filamenta 2 aut 3 (nectarium *Linn.*) breviſſima ſterilia, ſtaminibus interpoſita. Germen ſuperum; ſtylus declinatus; ſtigma 1. Capſula ſupera 3-quetra, 3-locularis, 3-ſperma, 3-valvis, valvis intùs nudis; receptaculum centrale 3-gonum, in faciebus ſeminiferum, in angulis valviferum; ſemina peltata *Radix tuberoſa tunicata; folia radicalia vaginantia, caulina ſquamiformia ſeſſilia; flores paniculati aut corymboſi, ſpathis 1-valvibus. An inter 3-andras aut 6-andras numeranda?*

DILATRIS, Berg. * WACHENDORFIA, L. * Calix ſuperus, externè hirſutus, tubo brevi, limbo 6-partito æquali erecto, perſiſtente, extùs hirſuto; laciniis oblongis, canaliculatis, baſi ſtaminiferis. Filamenta 6, 3 breviſſima abortiva, 3 fertilia longiora, laciniis involuta; antheræ 3 æquales (1 cæteris longior *ex Berg.*), unicâ ſæpè ſuperſtite. Germen inferum, ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula infera, calice coronata, hirſuta, 3-locularis, 3-ſperma, 3-valvis, valvis intùs nudis; receptaculum Wachendorfiæ; ſemina plana, peltata. *Radix fibroſa? Folia radicalia vaginantia, caulina ſeſſilia; corymbus florum terminalis, hirſutus; ſpathæ ſimplices. Caracter ex ſicco ſpecimine; non idem cum Bergiano & Linnæano: an planta diſſimilis, ſed congener? Affinis certè Wachendorfiæ.*

ARGOLASIA. * Calix ſuperus, extùs hirſutus albus, intùs coloratus, tubuloſus 6-fidus æqualis, laciniis baſi ſtaminiferis. Stamina 6 fertilia, filamentis oblongis; antheræ verſatiles, baſi 2-fidæ. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma ſub3-fidum. Capſula infera, calice coronata, hirſuta, 3-locularis, loculis 2-3 ſpermis. *Herba Capenſis lanata erecta; radix fibroſa; folia radicalia . . ., caulina ſeſſilia nervoſa glabra; flores densè paniculati terminales; ſpathæ ſimplices. Habitus Wachendorfiæ. Caracter ex ſicco ſpecimine, nondùm ſatìs fructifero. An receptaculum centrale? Confer cum* Hyacintho lanato L. Αργος λασιος, *albus hirſutus.*

Obs. Irides ſufficienter germine infero & ſtaminibus trinis inter Liliaceas deſignatæ. Harum genera quædam à Linnæo malè ad gynandriam relata, verè monadelpha. Wachendorfia & affines ab Iridibus diſtinguendæ, præprimìs ob centrale in fructu receptaculum; peculiare in Liliaceis ſignum, novi indicium ordinis cujus hæc erunt prima genera in duplici ſectione diſtribuenda, ratione fructûs inferi aut ſuperi.

CLASSIS IV.

PLANTÆ MONOCOTYLEDONES.

STAMINA EPIGYNA.

CALIX monophyllus ſuperus, tubuloſus aut partitus. Corolla nulla (*ut in Claſſ. III.*). Stamina definita, epigyna, id eſt germini aut ſtylo impoſita. Germen ſimplex inferum; ſtylus unicus aut nullus aut raro multiplex; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus inferus uni aut multilocularis, baccatus aut capſularis.

Obs. De ſtaminum epigyniâ & caracteribus indè ſequentibus, analogæ conferantur obſervationes in claſſibus V, XII, compari epigyniâ diſtinctis relatæ.

Claſſis hujus ordo triplex apprimè naturalis, nempè 1°. Muſæ hexandræ triloculares, indè Liliaceis affines; 2°. Cannæ triloculares monandræ, Muſis præterea ſimillimæ; 3°. Orchides monandræ uniloculares caractere diſtinctiſſimæ. His minùs conveniunt Hydrocharides, licèt ſtaminibus epigynis pariter inſtructæ.

ORDO I.

MUSÆ, *LES BANANIERS.*

CALIX ſuperus, bipartitus laciniis ſimplicibus aut lobatis. Stamina ſex, germini impoſita; quædam interdùm ſterilia aut abortiva. Germen inferum; ſtylus ſimplex; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus trilocu-

laris, loculis mono aut polyſpermis. Corculum in cavitate periſpermi farinacei.

Caulis herbaceus aut arboreſcens, ſæpè petiolis vaginantibus tectus. Folia alterna vaginantia, juniora convoluta, nervo longitudinali medio ſimplici emittente utrìnque nervos innumeros tranſversìm aut obliquè parallelos. Flores ſinguli ſpathacei, juxtà ſpadicem è mediis foliis ortum faſciatìm diſpoſiti, faſciculis alternis & ſpathaceis.

MUSA, T. L. * *Bananier.* Piſang. Calix profundè 2-partitus, lobo ſuperiore & exteriore 5-dentato, inferiore & interiore cordato concavo. Germen oblongum; ſtylus cylindraceus; ſtigma capitatum 6-radiatum. Bacca cucumerina loculis & ſeminibus ob pulpam evanidis. Flores in ſpadice terminales, ſpathis perſiſtentibus tecti, 5-andri, filamenti ſexto ſterili & germine abortivo; cæteri omnes frugiferi & 1-andri, filamentis 5 ſterilibus. *Caulis herbaceus aſſurgens, vaginis foliorum longiſſimis tectus; ſpadix ſolitarius cernuus. Semina vidit Rumphius in plantâ ſylveſtri.*

HELICONIA, L. * BIHAI, Pl. * Heliconie. Calix profundè bilabiatus, labio inferiore ſimplici canaliculato, ſuperiore 3-partito, lobis 2 lateralibus anguſtis, impoſitis dorſo lobi medii latioris canaliculati. Stamina 6, quorum 1 abortivum filamento brevi ſpathæformi uncinato. Stylus filiformis; ſtigma oblongum priſmaticum, apice incurvum. Capſula oblonga, 3-quetra, 3-locularis, 3-ſperma. *Spadix rectus, ſpathis diſtichis magnis diſtantibus, cymbiformibus, florum faſciculos involventibus; flores in ſingulo faſciculo densè ſpicati aut glomerati. An congener aut affinis Strelitzia D. Banks, cujus iconem optimam ab eo accepi.*

RAVENALA, Adanſ. * *Le Ravenal.* Calix longiſſimus 4-partitus, laciniâ inferiore infrà ventricosâ latiore, ſpathâ propriâ conſimili 2-fidâ ſubtùs appoſitâ. Stamina 6 longiſſima, apice incurva. Stylus longiſſimus ſubcilindricus; ſtigmata 3 bidentata conniventia. Capſula coriacea magna 3-gona, apice 3-valvis, valvis medio ſeptiferis, polyſperma ſeminibus arillo cæruleo tectis, & hilo laterali inſtructis. *Caudex arboreſcens ſimplex; folia terminalia maxima, flabellatìm diſpoſita, longè petiolata, petiolis baſi diſtichè imbricatis; ſpadices axillares magni, floribus ut in Heliconiâ diſpoſitis.*

Obs. Muſæ Cannis ſimiles quoad habitum & ſtaminum epigyniam, ab iiſdem diſcrepant præcipuè numero ſtaminum ſeno, undè proximum ordinem aut diſtinctam ejuſdem ordinis ſectionem conſtituunt.

ORDO II.

CANNÆ, *LES BALISIERS.*

CALIX ſuperus coloratus, partitus in plures (ſæpiùs ſex) lacinias petaloïdeas ut plurimùm inæquales & irregulares, tribus aliis interdùm exterioribus & minoribus calicem exteriorem mentientibus. Stamen unicum filamento ad ſtyli baſim inſerto, ſæpè plano petaloïdeo, antherâ adnatâ lineari, nunc ſimplici, nunc rariùs geminâ. Germen inferum; ſtylus ſimplex, ſæpè filiformis; ſtigma ſimplex aut partitum. Capſula infera trilocularis, plerumque trivalvis & polyſperma.

Radix ſæpè tuberoſa repens. Caulis herbaceus, petiolis vaginantibus tectus. Folia alterna vaginantia; juniora convoluta, alia multinervia, alia è nervo medio ſimplici emittentia utrinque nervos parallelos. Flores ſpathacei, ſæpiùs impoſiti ſpadici caulino aut radicali.

CATIMBIUM. * GLOBBA, L. * RENEALMIA, LS. * *Le Catimban.* Calix duplicatus, exterior tubuloſus 2-3-dentatus inæqualis, interior tubuloſus limbo 3-fido, laciniis 2 ſuperioribus intùs auctis appendice (nectarium LS.) baſi 2-dentatâ apice 3-lobâ, laciniâ tertiâ inferiore 1-andrâ. Anthera ſeſſilis longa linearis, laciniam adæquans. Stigma peltatum, hinc perforatum. Bacca carnoſa, umbilicata. *Caracter ex L. Suppl. Ex Rumph. 6. t. 62. habitus Muſæ; caulis altiſſimus; flores in ſpadice terminali mutante racemoſi; ſpiculæ in racemo alternæ 1-ſpathaceæ breves, ſquamulis ſeu ſpathis minoribus densè imbricatis 1-floris tectæ; flores fortè dioïci; racemus è pedunculis 3-floris non è ſpiculis factus. Confer in vivis.*

CANNA, L. * CANNACORUS, T. * *Baliſier.* Blumenrohr. Calix duplicatus, exterior brevis 3-fidus perſiſtens, interior 6-partitus, laciniis 5 rectis, 1 reflexa. Filamentum ſtaminis 2-lobum, lobo ſuperiore antherifero, Stylus petaloïdeus enſiformis; ſtigma lineare adnatum. Capſula ſcabra coronata. *Flores laxè ſpicati terminales.*

GLOBBA, L. * Calix duplicatus, exterior 3-fidus brevis perſiſtens, interior tubuloſus 3-fidus æqualis. Stamina 2 *ex Linn.* Stigma 1. Capſula coronata. *Flores ſpicati, terminales aut laterales.*

MYROSMA, LS. * Calix duplicatus, uterque 3-partitus æqualis. Tubus interior (corolla L.) breviſſimus limbo 5-partito, laciniis 2 ſuperioribus emarginatis, 3 inferioribus longioribus 3-fidis. Filamentum laciniæ mediæ inferiori adnatum; anthera ovata. Stylus craſſus, longitudinaliter fiſſus; ſtigma valviforme. Capſula 3-gona. *Racemi florum in ſcapis folio unico terminatis ſolitarii laterales, è folii vaginâ erumpentes, densè imbricati bracteis alternis 2-phyllis 2-floris. Caracter ex L. Suppl.*

AMOMUM, L. * *Gingembre*, *Cardamome*. Amom. Calix duplicatus, exterior 3-dentatus, interior tubuloſus limbo 4-partito inæquali. Stigma obtuſum. Capſula coriacea. *Flores in Zingiberibus densè ſpicati ſpicâ radicali propè caulem, in Cardamomis paniculati ad baſim caulis.*

COSTUS, L. * Coſtwurtz. Calix duplicatus, exterior 3-dentatus, interior 3-partitus æqualis, cingens tubum inflatum (filamentum fortè) 2-labiatum labio inferiore 3-fido, ſuperiore ſimplici antherifero, antherâ 2-partitâ. Stamen aliud nullum. Stigma capitatum emarginatum. Capſula coronata. *Flores densè ſpicati terminales.*

ALPINIA, Pl. L. * Calix duplicatus, exterior brevis 3-fidus, interior tubuloſus baſi ventricoſus, limbo 6-fidus, laciniis 3 interioribus brevioribus. Stigma 3-gonum. Capſula carnoſa receptaculo pulpoſo. *Flores pyramidati terminales.*

MARANTA, Pl. L. *Galanga.* Marante. Calix duplicatus, exterior 3-partitus parvus, interior tubuloſus 6-fidus inæqualis, laciniâ ſummâ 2-partitâ. Stigma 3-gonum inflexum. Capſula fœta nucleo ſimplici ſæpiùs 1-loculari, 1-ſpermo (loculis & ſeminibus 2 abortivis *ex Adanſ.*) *Flores laxè paniculati, terminales.*

THALIA, L. * CORTUSA, Pl. * Calix profundè 5-partitus, laciniis 3 amplioribus & criſpis, 2 minoribus convolutis. Stigma ſimplex. Drupa fœta nucleo 2-ſpermo, rariùs 1-ſpermo. *Flores laxè paniculati terminales, ſingulâ ſpathâ glumæformi 2-valvi, 1-2-florâ.*

CURCUMA, L. * Calix tubuloſus, limbo 4-lobo. Filamenta 5 linearia, 4 ſterilia (quæ fortè laciniæ calicinæ), quintum

2-fidum altero apice antheriferum. Stigma uncinatum. *Flores densè ſpicati, ſpicâ radicali ad baſim caulis.*

KÆMPFERIA, L. * *Zédoaire..* Calix tubuloſus tenuis, limbo, 6-partito magno, laciniis 3 alternis lanceolatis, 2 ovatis, infimâ 2-partitâ magnâ. Filamentum 2-corne; anthera gemina. Stigma obtuſum. *Flores, Croci inſtar, ſolitarii aut pauci, radicales, è mediis foliis erumpentes.*

HEDYCHIUM, Kœnig. Lamark. * *Gandaſuli.* Calix longiſſimus tubuloſus gracilis, intrà ſpathas ambientes prominens, duplicatus; exterior ad limbum obliquè truncatus; interior ultrà productus (corolla *Lamark.*), limbo magno 6-partito, laciniis 2 linearibus, 3 ovato-oblongis, 1 latiore obcordatâ. Filamentum tubo intùs affixum, ipſi æquale; anthera longa linearis, profundè 1-ſulcata. Germen inferum; ſtylus longiſſimus, ſuprà immerſus antheræ ſulco; ſtigma ſubcapitatum. Fructus... *Folia longa; flores ſpicati terminales, ſquamis ſeu ſpathis diſtincti. Kæmpferiæ affine & idem cum* Gandaſulio *Rumph. Amb. 5. t. 69. f. 3. Caracter ex Lamark. dict. 2. p. 603.*

Obs. Non facilis floralium diſtinctio partium quarum forma plurimùm varia diverſam induxit autorum ſententiam de earumdem nomine & uſu. Ulteriùs ergò conferenda in vivis pleraque ordinis genera, ut conſimilia in his & illis organa pateant & conformis omnium caracter eruatur. Intereà Cannarum ordo verè naturalis inter Muſas & Orchides medius certò reponitur.

ORDO III.

ORCHIDEÆ, *LES ORCHIDÉES.*

ORCHIS-FAMILIE.

CALIX ſuperus, ſæpè coloratus, ſexpartitus, laciniis quinque ſuperioribus, ſextâ inferiore (nectarium *Linn.*) plerumque majore & diſſimili. Germen inferum; ſtylus unicus, aſcendens, laciniæ ſuperiori infrà ſæpè adnatus, interdùm breviſſimus aut ſubnullus; ſtigma dilatatum, non omninò terminale, ſed ſtylo

anteriùs quaſi applicitum. Anthera unica, ex apice ſtyli ſub ſtigmate erumpens, bilocularis loculis diſtinctis, interdùm & diſtantibus, nunc ſtylo utrinque adnatis & ſeſſilibus, nunc proprio filamento brevi infixis, bivalvibus, polline in maſſam agglutinato refertis. Capſula unilocularis, tricarinata trivalvis, ſub carinis trifariàm dehiſcens, perſiſtente ſæpiùs replo triſcapo. Semina numeroſa, plerumque ſcobiformia; receptaculo mediis valvis adnato impoſita.

Radix fibroſa, aut ſæpiùs bituberoſa, ſingulo tubere indiviſo aut lobato. Caulis plerumque ſimplex herbaceus ſcapiformis, rariùs ſcandens. Folia alterna, radicalia vaginantia nervoſa, caulina ſeſſilia ſæpè ſquamiformia. Flores ſpathacei, plerumque ſpicati, rariùs ſolitarii, terminales.

ORCHIS, T. L. * LIMODORUM, T. * *Orchis.* Ragwurtz. Lacinia inferior calicis variè lobata, baſi corniculata. *Flores ſpicati.*

SATYRIUM, L. * ORCHIS, T. * *Satirion.* Faunblume. Lacinia inferior calicis longa, anguſta, baſi ſcrotiformis ſeu inſtructa corniculo ad ortum coarctato. *Flores ſpicati.*

OPHRYS, T. L. * ORCHIS, T. * NIDUS-AVIS, T. * *Ophriſe.* Knabenkraut. Lacinia inferior calicis dependens, lobata, ſubtùs carinata. *Flores ſpicati.*

SERAPIAS, L. * HELLEBORINE, T. * *Helléborine.* Stendelwurtz. Lacinia inferior calicis æqualis ovata, integra, intùs concava, extùs gibba. *Flores ſpicati.*

LIMODORUM, L. * Laciniæ calicis 3 exteriores (*ex Plum.*), patentes anguſtæ; 3 interiores latiores conniventes; inferior concava acuta pedicellata *ex Linn. Flores ſpicati.*

THELYMITRA, Forſt. * Lacinia inferior calicis cæteris conformis, ovata concava. Stylus (nectarium *ex Forſt.*) margini ſtigmatis prominulo hìnc continuus, complanatus truncatus, utrinque ex antheræ loculo 2-valvi emittens maſſam pollinariam apice penicilliformem. *Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 49, mutato partium nomine, in vivâ recognoſcendus.*

DISA, Berg. * Laciniæ calicis 2 exteriores magnæ; 3 interiores parvæ; inferior magna concava, baſi corniculata, cornu brevi. *Flos ſubſolitarius terminalis.*

CYPRIPEDIUM, L. * CALCEOLUS, T. * *Sabot.* Frauenſchuh. Lacinia ſuperior calicis ovata; inferior inflata, ventricoſa, calceiformis; exteriores 4 anguſtiores cruciatim diſpoſitæ. *Flos ſubſolitarius terminalis.*

BIPINNULA, Commerſ. * ARETHUSA, LS. * Calicis laciniæ 3 ſuperiores magnæ, baſi latæ, acutæ, in galeam ſursùm conniventes; laterales 2 inferiores ligulæformes duplò longiores, baſi nudæ, apice ciliato-pennatæ; intermedia inferior brevis obcordata. *Herba Bonarienſis, non Magellanica; radices faſciculatæ; flos ſolitarius terminalis.*

ARETHUSA, L. * Calicis laciniæ 3 exteriores longæ ligulæformes, 3 alternæ interiores latiores ſubæquales nudæ, quarum inferior propendens. Stylus longus, apice antherifer, baſi linearis. *Flos ſolitarius terminalis.*

POGONIA. * ARETHUSA, L. * EPIDENDRUM, L. * Calicis laciniæ 5 ſuperiores oblongæ nudæ ſubæquales; inferior ſubrotunda, ad limbum ciliato-barbata. *Flos ſubſolitarius terminalis. Hùc referantur* Arethuſa ophioglоſſoides L., A. ciliaris LS., Epidendrum ciliare L., E. cucullatum L. *aliæque ſpecies ciliatæ.* Πωγωνιας, *barbatus.*

EPIDENDRUM, L. * HELLEBORINE, Pl. * Laciniæ calicis 5 oblongæ patentes ſæpè ſubæquales; ſexta baſi tubuloſa, deflexa, plurimùm varia, limbo integro aut ſæpiùs lobato inæquali. Capſula ovata, ſæpè 6-gona. *Foliorum petiolus quandòque in bulbum dilatatus; flores ſpicati aut paniculati, formâ varii, in vivis denuò examinandi. Species plurimæ paraſiticæ, omnes exoticae.*

VANILLA, Pl. * EPIDENDRUM, L. * *Vanille.* Calicis laciniæ 5 æquales magnæ patentes plerumque undulatæ; ſexta interior in infundibulum convoluta, limbo inæquali. Capſula longa ſiliquæformis 2-valvis intùs pulpoſa. *Caulis ſcandens alternè ramoſus ramis axillaribus; flores laxè ſpicati axillares & terminales, ſpicis flexuoſis.*

OBS. Orchidearum limbus calicinus ſemper ſexpartitus, ſed laciniarum formâ & ſitu varius: ſæpè quinque ſuperiores ſubæquales connivent, & ſexta diſſimilis ab exortu paulò interior declinat inferiùs: interdùm triplex eſt exterior & triplex interior alternans, unâ ſemper diſſimili: interdùm duæ interiores, altera ſuperior, altera inferior magna, corollam quaſi bilabiatam mentiuntur, quatuor aliis exterioribus cruciatìm diſpoſitis cinctæ. Stamineus apparatus peculiaris ex Hallero qui ſtylum habet pro ſtaminis filamento, & tùm ex ejuſdem formâ, tùm ex antheræ loculis duobus proximis aut diſtantibus, ſeſſilibus aut pedicellatis præcipuos eruit generum caracteres. In utroque autem loculo deliteſcit organum clavatum (anthera *ex Linn. & Hall.*), ſtipiti proprio infrà dilatato & viſcido ſæpè inſidens, ſimplex aut geminum, quod maturum cum ſtipite ſolvitur, ex loculo proſilit indiviſum, & ſtigmati

vel calicinis intùs agglutinatur laciniis, aut extrà florem decidit. Illud inſuper vi diſtractum in globulos innumeros, ſpontaneâ contractione reſtituitur; undè non eſt anthera, ſed pollinis maſculi nexu glutinoſo elaſtico concatenati congeries, docente Bern. Juſſæo: ideò Orchideæ non diandræ ad mentem Linnæi & Halleri, ſed monandræ antherâ biloculari rectiùs dicendæ ſunt, confirmante Adanſonio. Nondùm innotuit germinatio præ ſeminum tenuitate, ſed analogiâ corculum unilobum judicatur. Radix plurimarum bituberoſa, quaſi didyma, tuberibus omninò diſtinctis; altero vetuſtiore infimo, in vegetum caulem ſuperiùs producto & ſensìm decreſcente; altero juniore laterali increſcente, ex imâ caulis parte ſub foliis radicalibus hìnc enato, & intrà ſciſſum quò ſuperiùs detinetur funiculum, emittente gemmam futuri caulis.

ORDO IV.

HYDROCHARIDES, *LES MORRÈNES.*

CALIX monophyllus, ſuperus (in Nelumbio inferus), integer aut diviſus, laciniis ſimplici aut gemino ordine diſpoſitis, interioribus plerumque petaloïdeis. Stamina definita aut indefinita, piſtillo impoſita. Germen ſimplex inferum (ferè ſuperum in Nelumbio); ſtylus ſimplex aut definitè multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus plerumque inferus, uni aut multilocularis. *Plantæ herbaceæ aquatiles.*

VALLISNERIA, Mich. L. * VALLISNERIOIDES, Mich. * Dioïca. MASC. (Valliſnerioïdes Mich.) Spadix in ſcapo brevi terminalis conicus parvus, ſpathâ cinctus 2-4-partitâ patente, floribus minimis ſeſſilibus tectus. Singulis calix 3-partitus; ſtamina 2 (germini abortivo impoſita?). FŒM. (Valliſneria Mich.) Scapus ſpiralis longus 1-florus; ſpatha floris tubuloſa 2-fida. Calix ſuperus longiſſimus, ad limbum 6-partitus, laciniis alternis linearibus. Germen inferum; ſtylus 0; ſtigmata 3 ovalia ſemibifida, medio appendiculata (nectarium *Linn.*). Capſula infera longa, cylindrica, 3-dentata, 1-locularis, polyſperma, ad parietes ſeminifera. *Herbae ſubmerſae, vado affixae; folia omnia radicalia; ſcapi axillares. Flores fœminei laxato ſcapo detenti ſupernatant; maſculi, adapertâ ſpadicis demerſi ſpathâ, rupto nexu ad aquae ſuperficiem liberi elevantur, hiant, catervatìm juxtà fœmineos vagantur, & praeludunt geneſi novae*

prolis quae in germine latens, retracto mox ſcapo, ſub undis clam matureſcit. An ſemen 1-lobum?

STRATIOTES, L. * Spatha 1-flora, 2-partita, compreſſa, connivens. Calix 6-partitus, laciniis 3 interioribus majoribus. Stamina circiter 20, epigyna. Germen inferum; ſtyli 6 bifidi. Bacca capſularis 6-locularis, polyſperma, ſeminibus incurvis. *Herba ſubmerſa foliis vaginantibus confertis radicalibus; ſcapi axillares 1-flori.*

HYDROCHARIS, L. * MORSUS RANÆ, T. * *Morrène*. Dioïca. MASC. Spatha 2-partita, 3-flora. Calix 6-partitus, laciniis 3 interioribus petaloïdeis. Stamina 9, trino ordine, germini abortivo impoſita, ſtylum cingentia. FŒM. Flores ſolitarii, non ſpathacei. Calix idem ſuperus. Germen inferum; ſtyli 6 bifidi. Capſula coriacea ſubrotunda, 6-locularis, polyſperma. *Herbae aquis innatantes, radice ſeu caule repente, nodoſo, nodis folioſis & floriferis; folia ſpathacea, faſciculata; flores pedunculati. An Damaſonio affinis?*

NYMPHÆA, T. L. * *Nenuphar*. Seeblume. Calix multipartitus laciniis multiplici ordine, exterioribus 4-5 extùs viridibus, cæteris interioribus (petala T. L.) coloratis petaloïdeis. Stamina numeroſa, multiplici ordine germinis lateribus affixa; filamenta exteriora latiora & petaloïdea; antheræ filamentis intùs adnatæ. Germen ſemiinferum; ſtylus 0; ſtigma ſeſſile peltatum radiatum. Bacca ſicca ovata multilocularis polyſperma, loculis numero radiorum ſtigmatis interdùm perſiſtentis; ſemina diſſepimentis annexa. *Herbae; radices tuberoſae longae; folia alterna, petiolo longo infrà ſemivaginante, natantia; pedunculi (axillares?) longi ſcapiformes 1-flori; flores emerſi magni. Genus idem ferè cum Nelumbio, germine & ſtigmate proximum Papaveri.*

NELUMBIUM. * NYMPHÆA, L. * *Nelumbo*. Calix & ſtamina Nymphææ, laciniis & filamentis germini depreſſiùs infertis. Germen ferè ſuperum turbinatum, apice truncatum, ſtylos plurimos & ſtigmata totidem ſuprà exerens. Fructus turbinatus, totidem foveis ſuprà excavatus 1-ſpermis margine coarctatis; ſemina magna ovata aut ſubrotunda; corculum in periſpermo carnoſo. *Radices, folia, floratio Nymphææ. An corculum 1-2-lobum? Lobulos in Nelumbii ſemine vidi 2, ſed inæquales ex diverſo corculi puncto natos, foliis primariis potiùs quàm cotyledonibus ſimiles. Genus cum præcedenti affine hinc Hydrocharidi utpotè 1-lobum, indè Aſaro & Ariſtolochiis utpotè 2-lobum.*

TRAPA, L. * TRIBULOIDES, T. * *Mâcre*, *Saligot*, *Cornuelle*. Waſſernuſs. Calix ſuperus 8-partitus. laciniis 4 exterioribus acutis perſiſtentibus, 4 interioribus (petala, T. L.) majoribus petaloïdeis. Stamina 4 (epigyna?). Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma emarginatum. Capſula nuciformis 1-ſperma, 4-gona,

2-4 dentibus calicinis perſiſtentibus recurvis in ſpinam induratis armata; ſemen tuberoſum. *Herbæ aquis innatantes, caule ſimplici ſubmerſo; folia caulina ſubmerſa radiciformia, verticillata, multifido-capillaria; floralia emerſa alterna, petiolo, ne demittantur, ventricoſo cavo; flores ſolitarii axillares. E ſuperiore capſulæ germinantis poro plumula exurgit, ſemini indiviſo continua, lateribus ſuprà radicans. An indè ſemen 1-lobum, & affinitas cum Naïadibus: an potiùs 2-lobum cum ſtaminibus perigynis & corollâ intrà calicem 4-fidum 4-petalâ, indèque Onagris adſcribendum genus?*

PROSERPINACA, L. * Calix ſuperus 3-partitus, perſiſtens. Stamina 3 (epigyna?). Germen inferum 3-quetrum; ſtylus o; ſtigmata 3 pubeſcentia. Nux oſſea 3-quetra, 3-locularis, coronata. *Herba paluſtris; folia alterna, inferiora multifida demerſa, ſuperiora lanceolata natantia; flores ſeſſiles axillares. An ſemen 1-2-lobum?*

PISTIA, L. * Calix tubuloſus, externè villoſus, medio coarctatus plicis lateralibus, ultrà dilatatus, limbo integro in ligulam lateralem, cuculli inſtar, obliquè producto. Germen oblongum, unico latere adnatum intùs longitudinaliter calicis dorſo (an ideò inferum?); ſtylus craſſus brevis; ſtigma ſubpeltatum. Filamentum ſimplex, continuum lineæ piſtillum & calicem connectenti (an indè epigynum?) baſi cinctum membranulâ circulari, ſtylo longius, apice obtuſum & onuſtum antheris 6-7-8 in orbem poſitis. Capſula ovata, compreſſa, 1-locularis, polyſperma receptaculo ſeminifero laterali, hinc adnata calici ex adverſo fiſſili. *Herba aquis innatans, libera (aut in ripis radicans?); folia omnia radicalia, in circulum expanſa; flores axillares ſubſeſſiles ſolitarii. An Aroïdeis aut Ariſtolochiis affinior? An ſemen 1-2-lobum?*

Obs. Ordo nondùm ſatìs definitus, in poſterùm fortè reſtaurandus, nunc complectens genera ſtaminibus epigynis & ſemine forsàn unilobo inſtructa, tribus aliis ejuſdem claſſis ordinibus non adſcribenda.

III.

DICOTYLEDONES,

LES DICOTYLEDONES.

Pflanzen mit zwey Kernstücken.

Corculum ſeminis ex radiculâ, plumulâ et lobo ſeu Cotyledone gemino conſtans.

Dicotyledones à Monocotyledonibus non tantùm numero, ſed & ſitu partium diſtinguuntur, & inſuper evolutione peculiari habituque proprio, quem viſus attingit, deſcriptio malè deſignat. Germinationis tempore, corculum in plumulam aſſurgens, infrà productum in radiculam, ad latera è punctis oppoſitis, lobulos ſeu Cotyledones emittit ipſi adnatos, ſed expeditos & plantulâ adultiore deciduos. Laterales iſti lobuli, duo ut plurimùm ſunt; ſed in Pino & quibuſdam congeneribus partiti, plantam quaſi polycotyledonem ſimulant.

Plantulæ bilobæ increſcentes, aliæ lobulos extrà tellurem propellunt, mox lactatione peractâ

amplificandos & in folia primaria ſemper oppoſita, *ſeminalia* dicta, convertendos, aliæ pauciores lobis ſubterraneis & ſimul foliis ſeminalibus oppoſitis ſupereminentibus inſtruuntur. Varia lobulorum plicatio, contextura & evolutio, in generibus conſimilibus ſæpiùs conformis in ſpeciebus congeneribus ſemper eadem.

Obs. Numeroſiſſimæ inter Vegetantia Dicotyledones dividuntur ratione ſitûs mutui organorum ſexualium quæ aut alterum alteri ſubmittuntur aut juxtapoſita ſunt: ſic ſtamina epigyna piſtillo inſident, hypogyna ſub eodem inſeruntur, perigyna calici ambienti inhærent. Triplex hæc inſertio *immediata* dici poteſt, quia ſtamina immediatè triplici inſertionum puncto infixa ſunt. Quarta memoratis hìc additur inſertio ſtaminum *mediata* dicta, nempè epipetala ſeu ſuprà corollam, cum tribus aliis inſertionibus immediatis ſeorsìm conciliandа, pro conſimili corollæ ipſiuſmet ſtaminiferæ inſertione. Diverſus ideò, relativè ad piſtillum, ſitus ſtaminum epipetalorum quæ mediatè ſeu interpoſitâ corollâ inhærent triplici inſertionum puncto. Ut autem triplex extat immediata ſtaminum inſertio ab invicem diſtinctiſſima nec unquam in eodem ordine promiſcua, ſic mediata triplex ſubſiſtit pariter eſſentialis & ab invicem omninò diſcrepans. Inſertio autem mediata ſeu epipetala neceſſariam indicat exiſtentiam corollæ, plerumque ex obſervatis tunc monopetalæ. Inſertio immediata vel eſt *abſoluta* in mediatam mutari neſcia, dùm corolla ſupprimitur, ut in Apetalis; vel eſt *ſimplex* in mediatam fortuitò mutabilis, dùm corolla exiſtens non gerit ſtamina & tamen ferre interdùm poteſt, ut in pleriſque Polypetalis quarum petala & ſtamina, ſæpiùs ex eodem puncto ſeorsìm exorta, quandoque baſi coaleſcunt. Caracter igitur ex Apetalis, Monopetalis & Polypetalis deſumptus & patens commodè ſubſtituitur (paucis exceptis) & adjungitur ſigno primario ſed occultiori ex reſpectivo ſexualium organorum ſitu, ſeu quod idem eſt, ex

ſtaminum inſertionibus deprompto. Tria indè eruuntur ſigna primaria, ferè eſſentialia ac cæteris ſpectabiliora, jam in Tournefortianâ methodo feliciter adhibita, ſingula ter dividenda à ſitu ſtaminum in Apetalis & Polypetalis, corollæ in Monopetalis. Claſſes novem ex hiſce dimanant naturales, ſingulæ ordinum ſeriem complectentes. Decimam addit antherarum coalitio in plurimis Monopetalis epigynis. Ad calcem demùm in undecimâ ſeorsìm reponuntur plantæ omninò diclines, quarum mutua ideò nequit determinari ſexuum diſpoſitio.

CLASSIS V.

PLANTÆ DICOTYLEDONES APETALÆ.

STAMINA EPIGYNA.

CALIX ſuperus, monophyllus. Corolla nulla. Stamina definita, epigyna id eſt piſtillo impoſita. Germen inferum; ſtylus nullus aut unicus aut definitè multiplex; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus inferus, uni aut multilocularis.

Obs. Integritas calicis determinatur ejuſdem ſitu. Calix ſuperus non ſtaminifer indicat piſtillum ſtaminiferum, ideòque inferum & ſtamina definita. Memoratos caracteres ſola ſtaminum inſertio epigyna deſignat omnes. Nullo prænuntiatur ſigno corollæ defectus; is abſolutam determinat epigyniam.

ORDO

ORDO I.

ARISTOLOCHIÆ, *LES ARISTOLOCHES.*

ARISTOLOCHIEN.

CALIX ſuperus, monophyllus, integer aut diviſus. Stamina definita. Germen inferum; ſtylus unicus aut ſubnullus; ſtigma diviſum. Fructus multilocularis polyſpermus.

ARISTOLOCHIA, T. L.* *Ariſtoloche.* Oſterluzey. Calix coloratus tubuloſus, baſi ventricoſus, apice dilatatus, in ligulam extenſus, antheræ 6 ſubſeſſiles ſub ſtigmate Stylus ſubnullus; ſtigma 6-partitum. Capſula 6-gona, 6-locularis. *Caulis erectus aut volubilis; folia alterna; flores axillares; tubus quorumdam ſcyphiformis incurvus.*

ASARUM, T. L. * *Aſaret*, *Cabaret.* Haſelwurz. Calix urceolatus 3-fidus. Stamina 12 brevia, germini impoſita; antheræ mediis filamentis adnatæ. Stylus brevis; ſtigma ſtellatum 6-partitum. Capſula 6-locularis. *Radix tuberoſa emittens cauliculos 2-phyllos, in foliorum dichotomiâ 1-floros.*

CYTINUS, L. * HYPOCISTIS, T. * *Hipociſte.* Hypociſt. Calix coloratus, tubuloſo-campanulatus 4-lobus perſiſtens, baſi 2-ſquamoſus. Stamina 8 (16 ex aliis) antheris ſeſſilibus, ſtylo inſertis ſub ſtigmate. Stylus oblongus; ſtigma obtuſum 8-fidum. Bacca coronata coriacea, 8-locularis. *Planta paraſitica Ciſtorum radicibus innaſcens; folia ſeſſilia, densè imbricata; flores terminales congeſti.*

Obs. Adjectæ anteà Monocotyledonibus Ariſtolochiæ, nunc determinatâ germinatione certò dicotyledones, claſſem in methodo conſtituunt novam, nempè Apetalarum ſtaminibus epigynis, à cæteris indè omninò diſcrepantem. Flore apetalo & fructu infero conveniunt hinc Hydrocharidibus in ſemine unilobis, indè Elæagnis bilobis.

CLASSIS VI.

PLANTÆ DICOTYLEDONES APETALÆ.

STAMINA PERIGYNA.

Calix monophyllus, ſuperus aut inferus, integer aut diviſus. Corolla nulla, ſed interdùm ſquamulæ ſummo calici inſertæ, petala mentientes. Stamina perigyna ſeu inſerta calici, definita aut indefinita, filamentis & antheris diſtinctis. Germen ſuperum aut inferum aut tantummodò calice tectum, ſimplex aut rariùs definitè multiplex; ſtylus unicus aut definitè multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut multiplex. Semen nudum ſuperum, aut fructus ſuperus vel inferus, ſæpè monoſpermus, raró polyſpermus. Varius corculi ſitus in ſemine. Sexus interdùm diſtincti.

Obs. Perigynia ſtaminum præſcribit calicem monophyllum, cum germine infero ſuperum, cum ſupero inferum; admittit ſtamina definita aut indefinita, germen ſuperum aut inferum, ſimplex aut multiplex; ſtylorum & ſtigmatum non ſtatuit numerum; indicat ſæpè corollam polypetalam aut nullam; quâ deficiente inſertio perigyna fit abſoluta.

Ordinum diſtributio à ſtaminum ſitu præcipuè deducta. Calix apice ſtaminifer, tubuloſus ſuperus in Elæagnis, tubuloſus inferus non partibilis in Thymelæis, tubuloſus inferus maturatione partitus in Proteis. Idem baſi ſtaminifer in Lauris, Polygoneis & præcipuè in Atriplicibus, indè affinioribus ſubſequenti ſtaminum hypogynorum claſſi. Periſpermum inſuper farinaceum in Polygoneis & Atriplicibus, nullum in cæteris ideò diverſiſſi-

mis. Præter collecta in ſextuplici ordine genera, alia etiam ſtaminibus perigynis apetala in polypetalis claſſis XIV ordinibus diſperguntur, iis affiniora & ſolo diſcrepantia corollæ defectu, nempè in Sempervivis aut confinibus, in Saxifragis & Salicariis, in Roſaceis quibus nunc adduntur Alchimilla & Sanguiſorba & congeneres, in Leguminoſis, Terebinthis & Rhamnis. Apetalæ igitur Polypetalis interdùm conveniunt, & exiſtentia corollæ non ſtaminiferæ minùs intereſt.

ORDO I.

ELÆAGNI, *LES CHALEFS.*

CALIX monophyllus, tubuloſus, ſuperus. Corolla nulla. Stamina definita, ſummo tubo calicino inſerta. Germen inferum; ſtylus unicus; ſtigma ſæpiùs ſimplex. Fructus monoſpermus, baccatus, rarò capſularis. Corculum abſque periſpermo. Caulis fruteſcens aut arboreſcens. Folia plerumque alterna. Sexus interdùm diſtincti.

I. Stamina quinque aut pauciora.

THESIUM, L. * ALCHIMILLA, T. * Calix 5-fidus. Stamina 5, calicinis laciniis oppoſita. Capſula 1-ſperma non dehiſcens. *Suffrutices aut herbæ; flores variè diſpoſiti, ſinguli ſub calice 2-3-bracteati, interdùm 3-4-fidi 3-4-andri. An germen potiùs ſuperum?*

QUINCHAMALIUM. * *Quinchamali du Chily* (*Feuill. t. 44.*) Calix ſuperus tubuloſus 5-fidus laciniis antheriferis, caliculo cinctus infero globuloſo ſubdentato coriaceo. Antheræ 5 ſubſeſſiles. Stigma 3. Semen inferum, caliculo perſiſtente tectum. *Suffrutex; folia linearia; flores terminales.*

OSYRIS, L. * CASIA, T. * *Rouvet.* Dioïca. Calix 3-fidus. MASC. Stamina 3 brevia. FŒM. Stigma triplex. Bacca globoſa oſſiculo 1-ſpermo fœta. *Frutices ramoſi; flores in ramis terminales racemoſi, interdùm hermaphroditi.*

FUSANUS, L. * COLPOON, Berg. * THESIUM LS. * Calix turbinatus 4-fidus. Stamina 4, brevia, calicinis laciniis oppoſita; antheræ didymæ. Germen inferum, ſuprà glanduloſum; ſtylus 0 aut breviſſimus; ſtigmata 4. Drupa ?, turbinata 1-ſperma.

Frutex glaucus, ramis oppoſitis; folia ſuboppoſita, integra vix nervoſa; flores parvi paniculati terminales, quidam 5-fidi, plures maſculi. An Rhamnis affinior?

HIPPOPHAE, L. * RHAMNOIDES, T. * *Argouſſier.* Sanddorn. Dioïca. MASC. Calix 2-partitus. Stamina 4, antheris oblongis ſubſeſſilibus. FŒM. Calix 2-fidus. Stigma craſſiuſculum. Bacca globoſa. *Arbuſcula; folia punctata; flores axillares.*

ELÆAGNUS, T. L. * *Le Chalef.* Oleaſter. Calix 4-fidus campanulatus, intùs coloratus, extùs rugoſus. Stamina 4, laciniis calicinis alterna; antheræ ſubſeſſiles. Stylus brevis. Drupa fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbuſcula; flores axillares, quidam maſculi.*

NYSSA, L. * *Tupelo.* Calix 6-fidus. Stamina 5. Drupa fœta nuce ſulcatâ angulatâ, irregulari 1-ſpermâ. *Arbores; flores axillares, polygami, in arbore diſtinctâ maſculi 10-andri calice 5-partito.*

CONOCARPUS, L. * Calix parvus 5-fidus laciniis ſubulatis. Stamina 5. Capſula minima complanata 1-ſperma, margine membranaceo, non dehiſcens. *Flores capitati; capſulæ in conum imbricatum diſpoſitæ, ſquamiformes*; *coni axillares & terminales*: *an indè ab Elæagnis ſegreganda?* C. racemoſæ *flores diſtincti, 5-petali, fortè 10-andri, folia oppoſita*: *an genus diverſum?*

II. Stamina ſæpiùs decem.

BUCIDA, L. * *Grignon.* Calix campanulatus 5--dentatus. Stamina 10 calice longiora. Bacca ſicca coronata 1-ſperma. *Folia in ramulorum dichotomiâ & apice conferta; flores ſpicati axillares & terminales, cornu ſpicam terminante (Brown. Jam. t. 23. f. 1.) ſpongioſo, forſan inani, Rhizophoræ clavum mentiente.*

TERMINALIA, L. * *Badamier.* Calix 5-fidus intùs villoſus, limbo patens. Stamina 10. Drupa compreſſa margine carinato aut attenuato, 1-ſperma non coronata. *Arbores*; *folia in ramis dichotomis ad apicem incraſſatum conferta*, *ſpicis florum intermixtis, baſi hermaphroditis*, *ſuprà maſculis.*

CHUNCOA, Pavon. * *Chuncho du Maragnon.* Calix 5-fidus, limbo patens. Stamina 10. Capſula 5-gona, angulis alatis, 2 oppoſitis majoribus, 1-ſperma non coronata. *Arbores ex ſylvis fluvio Amazonio conterminis. Folia alterna ſparſa; ſpicæ florum axillares, baſi hermaphroditæ, apice maſculæ. Caracter ex D. Pavon.*

PAMEA, Aubl. * *Pamier.* Calix 3-fidus. Stamina... Drupa ovata 3-gona; nux 1-ſperma. *Arbor*; *folia ad ramulorum nodos conferta; flores racemoſi axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 359. Habitus Terminaliæ : an ſpecie congener?*

TANIBOUCA, Aubl. * *Taniboucier.* Calix urceolatus 5-fidus, baſi 1-bracteatus. Stamina 10. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Arbor; folia alterna; flores ſpicati axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 178. Fructus ordinem veriùs deſignabit.*

Obs. Apetalus & Thymelæis Proteiſque ſubaffinis, hìc propterea reponitur ordo ab iiſdem germine infero diſcrepans, cujus incertus adhucdùm in ſerie naturali locus, nec quidem ſectiones duæ omnimodè conterminæ. Bucida § & congeneres Myrtoïdeis decandris analogæ, ſolo corollæ defectu diſtinctæ.

ORDO II.

THYMELÆÆ, *LES THYMÉLÉES.*

CALIX monophyllus tubuloſus, inferus. Corolla nulla; ſed in quibuſdam ſquamæ petaloïdeæ è calicis fauce enatæ, corollam polypetalam mentientes. Stamina definita, ibidem inſerta, laciniarum calicinarum ſæpiùs dupla, quorum alia iiſdem oppoſita, alia alterna. Germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus; ſtigma ſæpiùs ſimplex. Semen unicum ſuperum; nudum aut baccatum aut calice tectum. Corculi periſpermo deſtituti radicula ſuperior. Caulis ſæpè fruteſcens. Folia plerumque alterna.

DIRCA, L. * Calix coloratus turbinatus, margine inæquali. Stamina 8 exſerta, inæqualia. Stylus filiformis. Bacca 1-ſperma. *Gemmæ 3-floræ axillares.*

LAGETTA. * *Lagetto*, *Bois dentelle.* Calix coriaceus tubuloſus fauce coarctatus & ſub4-glanduloſus, limbo 4-fidus. Stamina 8 ſeſſilia. Stylus 1; ſtigma... Nux piſiformis piloſa 1-ſperma non dehiſcens, calice perſiſtente & demùm infrà circumſciſſo tecta. *Arbor cortice interiore in reticulum extenſili; folia alterna; flores ſpicati terminales, ſpicâ geniculatâ, ad geniculos 1-florâ. Corculum ſeminis abſque periſpermo.*

CANSJERA. * TSIEROU-CANSJERAM, Rheed. * Calix globoſo-urceolatus, 4-dentatus. Corolla 0. Stamina 4, filamentis imo calici inſertis; antheræ ſubrotundæ non exſertæ. Germen ſu-

perum minimum, ſquamulis 4 cinctum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Fructus... (baccatus piſiformis 1-ſpermus *ex Rheed. 7. t. 2.*). *Frutex; folia alterna; flores 1-bracteolati ſpicati ſpicis 1-4 axillaribus. Caracter ex ſicco Sonneratii ſpecimine à D. Lamark dato Congener* Scheru-valli-caniram *Rheed. 7. t. 4.*

DAPHNE, L. * THYMELÆA, T. * *Garou, Sainbois, Lauréole.* Seidelbaſt. Calix coloratus 4-fidus. Stamina 8, non exſerta. Stylus parvus; ſtigma capitatum. Bacca 1-ſperma. *Flores axillares aut terminales, ſolitarii aut glomerati. Gemmæ in* D. Mezereo *3-4-5-floræ, tubo calicis duplicato. Daphne mezereum v. Batſch Anal. Florum. P. I. n. 17. p. 84--88.*

PASSERINA, L. * THYMELÆA, T. * *Paſſerine.* Calix medio ventricoſus, limbo 4-fidus patens. Stamina 8. Stylus filiformis lateralis; ſtigma capitatum hiſpidum. Semen corticatum. *Flores axillares aut terminales; folia in quibuſdam oppoſita. Hùc* Bankſiam *Forſteri retulit Linnaeus fil. Suppl., quae diſcrepat utpote 2-andra & Jaſmineis fortè affinior, ſed calice orbata.*

STELLERA, L. * THYMELÆA, T. * Calix longus filiformis, limbo 5-fido. Stamina 8, non exſerta. Stylus brevis; ſtigma capitatum. Semen roſtratum *Flores axillares aut terminales.*

STRUTHIOLA, L. * Calix longus filiformis, limbo 4-fido. Glandulæ 8 ſquamiformes, ſummo calici inſertæ. Stamina 4 brevia, non exſerta. Stylus filiformis; ſtigma capitatum. Bacca exſucca 1-ſperma. *Folia oppoſita; flores ſolitarii axillares.*

LACHNEA, L. * Calix longus tenuis, limbo 4-fido inæquali. Stamina 8. Stylus filiformis lateralis; ſtigma capitatum hiſpidum. Semen ſubbacatum, calice tectum. *Flores aggregati terminales.*

DAIS, L. * Calix longus filiformis, limbo 4-5-fido. Stamina 8-10. Germen infrà adnatum calici; ſtylus filiformis; ſtigma capitatum. Bacca 1-ſperma *Folia in quibuſdam oppoſita; flores aggregati ſeſſiles in involucro 4-5-partito terminali.*

GNIDIA, L * Calix longus filiformis, limbo 4-fido. Squamulæ 4, calicinis laciniis alternæ. Stamina 8. Stylus filiformis lateralis; ſtigma capitatum hiſpidum. Semen calice tectum. *Folia in paucis oppoſita; flores terminales, diſtincti aut rariùs aggregati.*

NECTANDRA, Berg. * Calix infundibuliformis, limbo 4-fido. Squamulæ 8, ſummo calici inſertæ. Stamina 8 brevia. Stylus filiformis; ſtigma craſſiuſculum. Semen nitidum calice tectum. *Folia oppoſita & alterna; flores axillares & terminales. Caracter ex Bergis. Hùc* Gnidia Sericea *L.*

QUISQUALIS, L. * Calix longiſſimus filiformis limbo 5-dentato. Squamæ 5 oblongæ. Stamina 10. Stylus filiformis; ſtigma obtuſum. Drupa 5-angularis 1-ſperma. *Folia oppoſita; flores ſpicati, terminales aut axillares, ſinguli bracteati.*

Obs. An floris perianthium calix, an corolla dicendum? Corollam indicant affinitas Daphnes cum Ceſtro & tubi color & ejuſdem forma. Calicem meliùs deſignant defectus perianthii exterioris & ſquamæ petaloïdeæ in ſummo quarumdam tubo exſertæ, & tubus Daphnes Mezerei duplicatus, & idem in pluribus perſiſtens fructui circumpoſitus, & demùm quædam cum Elæagnis affinitas.

ORDO III.

PROTEÆ, *LES PROTÉES.*

CALIX quadri aut quinquepartitus, vel tubuloſus quadri aut quinquefidus, interdùm villis minimis aut ſquamulis infrà ſtipatus. Stamina calicinis laciniis numero æqualia & iiſdem mediis inſerta. Germen unicum ſuperum; ſtylus ſimplex; ſtigma ſæpiùs unicum. Semen unicum nudum aut pericarpio incluſum, vel rariùs capſula unilocularis polyſperma. Corculum abſque periſpermo; radicula ejuſdem inferior. Caulis fruteſcens. Folia alterna aut confertìm ſubverticillata. Flores diſtincti aut intrà calicis communis ſquamas imbricatas variè aggregati ſuprà receptaculum commune, hermaphroditi aut rariùs diclines.

I. Semen nudum, aut fructus monoſpermus.

PROTEA, L. * GLOBULARIA, T. * Calix 4-fidus aut 4-partitus, laciniis apice conniventibus & intùs ſulcatis, ſuperiore interdùm profondiùs fiſsâ. Stamina 4, ſummis laciniis inſerta, filamentis brevibus, antheris ſulco immerſis oblongis, (calicis limbo tardiùs patente) approximatis & ſtigma circumdantibus. Stigma 1, rariùs 2-fidum, oblongum, cum ſtylo interdùm nodoſo ſæpè articulatum. Semen aut capſula non dehiſcens, ſtylo acuminata, ſæpè tecta calice emarcido infrà circumſciſſo. *Folia alterna; flores in quibuſdam diſtincti, ſpicati, fortè abortu monoïci; in plurimis hermaphroditi, aggregati ſuprà receptaculum commune, nudum aut villis ſquamuliſve tectum, cinctum ſquamis in ſtrobilum imbricatis nunc flores diſtinguentibus,*

nunc florum congeriem tantùm ambientibus; capitula terminalia aut rariùs axillaria. An dividendum genus?

BANKSIA, LS * Calix 4-partitus laciniis primò conniventibus, dein à baſi divaricatis, circa ſtigma diutiùs conniventibus. Stamina 4; antheræ ſeſſiles in concavo laciniarum calicinarum apice. Stigma 1 craſſiuſculum. Capſula lignea 2-valvis 1-ſperma. *Folia conferta; flores aggregati in ſtrobilum ſquamoſum, ſquamis coriaceis duplici ordine in ſpiram diſpoſitis, aliis minoribus vacuis, aliis majoribus 2-floris. Caracter ex Linn. Suppl.*

ROUPALA, Aubl. * Calix 4-partitus, laciniis ſpatulatis, apice intùs concavis & ſtaminiferis. Stamina 4, antheris ſubſeſſilibus calice patente erectis. Stigma 1. Fructus... 1-ſpermus. *Folia alterna; flores in ſpicis ſolitariis axillaribus & terminalibus alternatim geminati ſeſſiles. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 32.*

BRABEIUM, L * Calix parvus 4-partitus, primò connivens, dein revolutus, laciniis baſi ſtaminiferis. Stamina 4, antheris filamento intùs adnatis, oblongis. Stigmata 1-2. Drupa villoſa 1-ſperma. *Folia (Theophraſtae) ſubverticillata; flores ſpicati axillares, ſuprà ſpicam faſciculati, faſciculis tri aut multifloris 1-bracteatis, calice interdùm 5-partito 5-andro, floſculis pluribus maſculis. Affine Proteis ſpicatis.*

II. Fructus unilocularis polyſpermus.

EMBOTHRIUM, Forſt. LS. * Calix tubuloſus, apice tumidus & clauſus, maturatione nunc 4-partitus revolutus, nunc infrà latere fiſſus & à germine diſcedens, ſuprà calyptræformis diutiùs connivens & ſtigmati circumpoſitus. Antheræ 4 ſæpè ſubſeſſiles, in terminalibus laciniarum calicinarum foveolis receptæ. Germen ſtipitatum (ſquamulâ truncatâ ſtipitem infrà ſemicingente *ex Forſt.*); ſtylus 1 aut ſubnullus; ſtigma dilatatum. Folliculus oblongus hinc longitudinaliter dehiſcens polyſpermus ſeminibus ſemialatis. *Folia alterna, flores ſpicati aut ſubcorymboſi, terminales aut axillares, pedicellis 1-floris bijugis. Speciebus Forſterianis calix 4-partitus, ſtylus 0, folliculus membranaceus ſiliquaeformis, ſemina rariora diſtantia; Commerſonianis Magellanicis, calix apice connivens, ſtylus longus perſiſtens, folliculus lignoſus, ſemina numeroſa imbricatim congeſta.*

Obs. Protea ſic dicta à ſpecierum mirâ diverſitate, anteà Lyſimachiis adjuncta, quaſi monopetala hypogyna & monoſperma Globulariæque affinis, nunc iterùm obſervata inter Apetalas revocatur ad mentem D. Adanſon qui corollam emarcidam perſiſtentem, in mediis laciniis ſtaminiferam & exteriore deſtitutam perianthio, rectiùs pro calice ſumit, poſthabitis ſpecierum quarumdam villis ſquamuliſve ambientibus. Calicinam hujus indolem confirmat analogia cum Thymelæis quarum pariter calix

tubuloſus inferus, interdùm perſiſtens emarcidus baſi circumſciſſus, & fructus monoſpermus ſuperus, & corculum abſque periſpermo, & caulis fruteſcens, & flores quandòque aggregati, diverſo tamen ſtaminum numero & radiculæ ſitu. Peculiaris in ordine fructus Embothrii polyſpermus. Globulariam florum aggregatione & ſemine unico ſimilem Proteis, aliò revocant corolla in calice interior & ſtamina ejuſdem laciniis alternantia.

ORDO VI.

LAURI, *LES LAURIERS.*

LORBEER-FAMILIE.

CALIX ſexdiviſus perſiſtens. Stamina ſex imis calicinis laciniis inſerta, aut dupla quorum cætera ſex interiora; antheræ filamento adnatæ, à baſi ad apicem dehiſcentes. Germen ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Drupa aut bacca unilocularis, fœta nuce monoſpermâ. Corculum ſeminis abſque periſpermo. Caulis arboreſcens aut fruteſcens. Folia alterna, aut rariùs oppoſita.

LAURUS, T. L. * *Laurier.* Lorbeer. Calix 6-partitus aut 6-fidus æqualis. Staminum filamenta 12, 6 exteriora fertilia, 6 interiora exterioribus oppoſita quorùm 3 fertilia baſi 2-appendiculata aut 2-glanduloſa & 3 alterna ſterilia. Stigma capitatum. *Folia plerumque integra, in paucis ſuboppoſita; flores in plurimis ſubpaniculati axillares aut terminales, in paucis ſolitarii aut glomerati axillares, quandoque ſexubus abortivis dioïci. Calix quorumdam deciduus, caeterorum perſiſtens cupulaeformis integer aut lobatus. Drupa in plurimis Olivae aut Cerafo ſimilis, in* L. Perſeâ *pyriformis magna. Ex Linnaeo ſtamina quorumdam numero varia*, *6-8 in* L. Saſſafras, *8-14 calice 4-fido in* L. Nobili &c. *Confer in vivis. An genus dividendum?*

OCOTEA, Aubl. * Calix 6-partitus laciniis alternis interioribus. Staminum filamenta 9 membranacea lata apice truncata, quorum 6 exteriora calici oppoſita, 3 interiora baſi 2-glanduloſa; antheræ 4 ſingulo filamento intùs adnatæ à baſi ad apicem dehiſcentes, 2 inferiores, 2 ſuperiores. Stigma concavum.

Drupa calice cupulæformi coriaceo perſiſtente infrà cincta, ovata 1-ſperma. *Caracter fructûs ex ſicco, floris ex Aubl. Guyan. t. 310. An potiùs antherae tantùm duae loculis diſtinctis? Arbor; folia lanceolata, ſalicina; flores paniculati axillares aut terminales, parvi, plures abortivi.*

AJOVEA, Aubl. * *l'Aïouvé.* Calix turbinatus 6-fidus. Stamina 6, filamentis baſi 2-glanduloſis. Stigma 6-fidum. Bacca fœta nuce fragili 1-ſpermâ. *Arbuſcula; folia integra; flores paniculati terminales & axillares. Caracter ex ſicco & ex Aubl. Guyan. t. 120.*

Genera Lauris affinia.

MYRISTICA, LS. * *Muſcadier.* Muſcatennuſsbaum. Dioïca. Calix urceolatus 3-fidus. MASC. Stamina 12, rariùs 9, antheris longis 2-locularibus erectis conniventibus, filamentis in columnam centralem brevem coalitis. FOEM. Germen ſuperum; ſtylus 0; ſtigmata 2. Bacca drupacea pyriformis 1-ſperma fœta nuce magnâ 1-ſpermâ, nux veſtita membranâ fiſſili reticulatâ, ſemen magnum ſolidum intus venoſum & variegatum, Caracter ex Lamark, ſemen magnum ſolidum, intùs venoſum & variegatum, extùs veſtitum membranâ fiſſili reticulatâ. *Caracter floris ex D. Lamark. Arbores ſucco corticis rubro; folia alterna integra; pedunculi axillares, uni tria ut multiflori, floribus pedicellatis 1-bracteatis. Semen aromaticum oleoſum; ejuſdem membrana veſtiens* Macis *dicta aromatica.* *)

VIROLA, Aubl. * Dioïca. Calix tomentoſus turbinatus 3-dentatus. MASC. Stamina 6 filamentis brevibus in imo calice. FOEM. Germen ſuperum; ſtylus brevis; ſtigma 1. Drupa exſucca capſularis tomentoſa, utrinque ſulcata, 2-valvis, fœta nuce fragili 1-ſpermâ reticulatìm ſulcatâ & fibris carnoſis planis reticulatis tectâ; ſemen ſubrotundum oleoſum, venis rubris intùs variegatum. *Arbores ligno albido, ſucco rubente acri turgidae, ramulis tomentoſis; folia alterna; flores racemoſo-paniculati axillares, fœminei maſculis minores; ſemen ſebiferum. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 345. An Myriſticæ congener?* **)

HERNANDIA, Pl. L. * Monoïca. MASC. Calix tomentoſus 6-partitus (corolla L.) laciniis alternis interioribus & mino-

(* Cfr. Thunberg Diſſ. de Myriſtica. Upſaliæ 1788. Herrmann in Bot. mag. Faſc. VI. p. 22---24. tab. 1. 2. Willdenow. Iibid. Faſc. IX. p. 25.

(** Omnino congener, non niſi ſtaminum numero differens, & cum priori conjungenda v. Willdenow. l. c. p. 25.

ribus. Glandulæ 6 ex imis laciniis enatæ ſubſtipitatæ, ambientes ſtamina 3 erecta filamentis brevibus baſi ſubconnatis. FOEM. Calix tomentoſus duplex, exterior inferus brevis urceolatus ſubinteger, interior ſuperus (corolla L.) 8-partitus (6-part. *ex Linn.*) laciniis deciduis, alternis extimis. Germen calici interiori inferum, exteriore cinctum; ſtylus brevis baſi cinctus glandulis 4 ſubſtipitatis; ſtigma latius infundibuliforme. Drupa 8-ſulcata, fœta nuce globoſâ 2-valvi 1-ſpermâ, tecta calice exteriore perſiſtente maximo, in veſicam coriaceam ſuprà conniventem & perforatam ampliato; ſemen (Myriſticæ) oleoſum pingue, intùs lineatum. *Arbores ligno albido fragili; folia alterna, peltata aut ſubpeltata; ſpicae aut corymbi axillares terminalesve pedunculis 1-bracteatis, ſingulis intrà involucrum 4-phyllum 3-floris, floribus 2 maſculis pedicellatis, 1 fœmineo ſeſſili. Seminis 2-lobi periſpermo deſtituti radicula aſſurgens. Caracter ex ſicco. Myriſticae affinis, reluctante licèt calice interiore ſupero.*

Obs. Laurus, ex Linnæo polypetala abſque calice, rectiùs dicenda eſt calicata apetala, mutato nomine perianthii in baſi laciniarum ſtaminiferi & perſiſtentis & quandoquè fructui infrà circumpoſiti. Ad Proteas accerſitur utpotè ſimiliter ſtaminifera & apetala & monoſperma. An indè conveniens etiam Myriſtica Lauro? Huic etiam flori affinis Caſſytha, ſed habitu diverſiſſima & ſimilior Cuſcutæ.

ORDO V.

POLYGONEÆ, *LES POLYGONÉES.*

AMPHERARTEN (VAGINALES.)

CALIX monophyllus, diviſus. Stamina definita, imo calici inſerta. Germen ſimplex ſuperum; ſtyli plures aut nulli; ſtigmata plura. Semen unicum nudum, aut calice (quaſi ſupero) tectum. Corculum in farinaceo periſpermo immerſum. Folia alterna, baſi vaginantia, aut vaginæ intràfoliaceæ adnata, juniora ſubtùs revoluta. Caulis in plurimis herbaceus.

COCCOLOBA, L. * *Raiſinier.* Calix 5-partitus. Stamina 8. Styli 3; ſtigmata 3. Nux 1-locularis, calice baccato tecta. *Caulis fruticoſus; flores racemoſi.*

ATRAPHAXIS, L. * Calix 4-partitus. Stamina 6. Styli 0; ſtigmata 2. Semen calice tectum. *Caulis fruteſcens; flores axillares aut terminales. Calix* A. undulatæ *aequalis*, A. ſpinoſæ *inaequalis laciniis 2 majoribus petaloïdeis.*

POLYGONUM, T. L. * *Renouée*, FAGOPYRUM, T. * *Sarrazin.* BISTORTA, T. * *Biſtorte.* PERSICARIA, T. * *Perſicaire.* Knöterig. Calix 5-partitus. Stamina 5-9. Styli 2 aut 3; ſtigmata totidem. Semen tectum. *Flores in* Polygono T. *axillares 8-andri; 3-gyni cum ſemine rotundo; in* Fagopyro T. *corymboſi paniculati, 8-andri, 3-gyni cum ſemine triangulo; in* Biſtortâ T. *ſpicati terminales, 9-andri, 3-gyni cum ſemine triangulo & radice bis tortâ; in* Perſicariâ T. *ſpicati & paniculati, axillares & terminales, 5-6-7-8-andri, 2-gyni aut rariùs 3-gyni cum ſemine ovato. Genus ideò fortè dividendum cum Tournefortio.*

RUMEX, L. * ACETOSA, T. * *Oſeille.* LAPATHUM, T. * *Patience.* Ampfer. Calix 6-partitus. Stamina 6. Styli 3; ſtigmata diſſecta. Semen 3-quetrum, nudum aut tectum. *Flores paniculati terminales aut axillares. Laciniae tres calicis in* Lapatho T. *glanduloſae, nudae in* Acetosâ T. *cui inſuper folia auriculata acida. Species quaedam diclines.*

RHEUM, L. * RHABARBARUM, T. * *Rhubarbe, Rapontic.* Rhabarber. Calix 6-fidus. Stamina 9. Styli 0; ſtigmata 3. Semen 3-quetrum marginibus membranaceis. *Flores paniculati terminales.*

TRIPLARIS, L. * Calix magnus, baſi tubuloſus, apice 3-partitus. Stamina 3; antheræ lineares. Styli 3; ſtigmata 3 villoſa. Nux 1-ſperma 3-quetra, calice tecta. *Caulis fruticoſus aut arboreſcens; flores ſpicati terminales & axillares. Petala 3 admittit Linnaeus in Generibus, rejicit in Syſtemate. Rectiùs fortè calicem deſcribit 6-fidum Aubl. Guyan. p 910, quo teſte genus inſuper dioïcum, 12-andrum foliis baſi vaginantibus, junioribus revolutis.*

CALLIGONUM, L. * POLYGONOIDES, T. * Calix 5-partitus, laciniis rotundatis inæqualibus. Stamina circiter 12. Styli 3 breves, rariùs 2 aut 4; ſtigmata capitata. Capſula pyramidata, 3-4-angula, 1-ſperma, ſetis ramoſis tecta ac cancellata. *Frutex penè aphyllus, ramis ſaepè dichotomis, articulatis; articuli membranacei, monophylli aut nudi, floriferi; folia linearia ſubteretia; habitus Ephedrae. Caracter ex ſicco Tournefortii ſpecimine.*

PALLASIA, L. * PTEROCOCCUS, Pall. * Stamina 10-15. Styli 3-4. Nux tetraëdra, angulis membranaceis 2-fidis, non ſetoſa. *Frutex aphyllus. Caetera ut in Calligono certè congeneri. Caracter ex D. Pallas. & Linn. fil. Suppl.*

KOENIGIA, L. * Calix 3-partitus. Stamina 3. Styli o; ſtigmata 2-3. Semen nudum. *Plantula caule nodoſo ; folia alterna, baſi vaginantia more Perſicariae, terminalia quaterna ; flores terminales faſciculati. Caracter ex Linn.*

Obs. Naturalis ordo nec unquàm immutandus, præcedentibus parùm conveniens, affinior Atriplicibus tùm habitu tùm periſpermo farinaceo, ab his diſtinguitur præcipuè ſitu corculi intrà periſpermum, & foliis vaginantibus, & iiſdem junioribus revolutis. An huic affinis Begonia?

ORDO VI.

ATRIPLICES, *LES ARROCHES.*

BALLBLUTHEN (OLERACEÆ.)

CALIX monophyllus, ſæpè profundè partitus. Stamina definita, imo calici inſerta. Germen unicum ſuperum; ſtylus unicus aut nullus, aut ſæpiùs definitè multiplex; ſtigma ſingulo ſtylo unicum, rariùs duplex. Semen unicum (multiplex in Phytolaccâ, duplex in Galeniâ) nudum, aut tectum calice quaſi ſùpero, aut incluſum pericarpio baccato vel capſulari. Corculum farinaceo typo circumpoſitum. Caulis in plurimis herbaceus, in quibuſdam frutefcens. Folia ſæpiùs alterna, interdùm oppoſita. Sexus interdùm diſtincti.

I. Fructus baccatus.

PHYTOLACCA, T. L. * Kermesbeere. Calix 5-partitus. Stamina 8-20. Germen ſtriatum, ſtyli 8-10. Bacca orbiculata, 8-10-ſulcata, loculis totidem 1-ſpermis. *Caulis frutefcens ; flores ſpicati ; ſpicæ ſæpiùs foliis oppoſitæ, rariùs axillares : foliorum apex roſtratus. Species una dioïca.*

RIVINIA, Pl. L. * SOLANOIDES, T. * Calix 4-partitus. Stamina 4-8. Stylus 1. Bacca 1-ſperma. *Caulis ſubfruteſcens ; flores ſpicati axillares ; folia acuminata.*

SALVADORA, L. * Calix 4-fidus lobis revolutis. Stamina 4. Stylus 1. Bacca 1-ſperma, ſemine arillato. *Frutex foliis oppoſitis, racemo terminali.*

BOSEA, L. * Calix 5-partitus. Stamina 5. Stylus 0; ſtigmata 2. Bacca globoſa 1-ſperma. *Arbuſcula foliis acuminatis; flores racemoſi axillares. An affinior Rhamnis?*

II. Fructus capſularis.

PETIVERIA, Pl. L. * Calix 4-partitus. Stamina 6 aut 8. Styli 4. Capſula 1-ſperma non dehiſcens, calice tecta. *Folia acuminata; flores terminales, laxè ſpicati, ſeſſiles; capſula ſpicæ appreſſa.*

POLYCNEMUM, L. * Calix 5-partitus. Stamina 3. Stylus 2-fidus. Capſula 1-ſperma non dehiſcens. *Habitus Camphoroſmæ.*

CAMPHOROSMA, L. * CAMPHORATA, T. * *Camphrée.* Calix urceolatus 4-partitus laciniis alternis majoribus. Stamina 4 exſerta. Stylus 2-fidus. Capſula 1-ſperma, calice tecta. *Caulis ramoſus, diffuſus densè folioſus; folia minima, linearia, flores axillares. An Urticis aut Plantaginibus affinior? an ſemen periſpermo inſtructum?*

GALENIA, L. * Calix 4-fidus. Stamina 8. Styli 2. Capſula 2-locularis 2-ſperma. *An idcircò ab Atriplicibus repellenda? Suffrutex foliis inferioribus oppoſitis; flores paniculati terminales.*

III. Semen tectum calice. Stamina quinque.

BASELLA, L. * *Baſelle.* Calix urceolatus 7-fidus. Styli 3; ſtigmata ſtylis adnata. Semen calice baccato tectum. *Caulis dextrorsùm volubilis; flores ſpicati axillares.*

ANREDERA. * Calix 2-partitus, lobis dorſo carinatis. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2. Semen tectum calice compreſſo membranaceo bialato, ſuprà & infrà emarginato. *Caulis ſcandens; flores ſpicati axillares. Habitus Baſellæ. Character ex ſicco, inſtaurandus. Planta eadem cum Fagopyro ſcandente... Sloan jam. 1. t. 90.*

ANABASIS, L. * Calix 5-partitus, baſi 3-bracteatus. Styli 2. Semen cochleatum, tectum calice infrà baccato, ſuprà coarctato, ad limbum plano patente ſcarioſo. *Caulis ſubfruteſcens interdùm articulatus; folia alterna ſucculenta, aut nulla; flores terminales aut axillares.*

CAROXYLUM, Thunb. * Calix (corolla *Thunb.*) 5-partitus, extùs 2-ſquamoſus (calix *ejuſd.*), intùs 5-appendiculatus (nectarium *ejuſd.*). Stamina 5, lateri germinis inſerta. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 1-2. Semen 1 tunicatum

ſpirale, appendicibus calicinis conniventibus tectum. *Arbor ramoſiſſima ferè nuda, ramulis folioſis & floriferis. Anabaſi affinis. Caracter ex Thunbergio. Generis dubii iterùm obſervanda ſtaminum inſertio & ſeminis ſtructura.*

SALSOLA, L. * KALI, T. * *Soude.* Sodekraut. Calix 5-partitus. Stylus 2-3-fidus; ſtigmata 2 aut 3. Semen cochleatum, tectum calice capſulari. *Caulis fruteſcens aut herbaceus; folia oppoſita aut alterna, teretia aut plana; flores terminales aut axillares, in quibuſdam baſi 3-bracteati, & 2-3-gyni. Genus fortè dividendum. Hujus congener* Suæda *Forsk. ex D. Vahl*, & Chenolea *Thunb. ex D. L'heritier, licèt capſulâ 1-ſpermâ & ſemine non cochleato inſtructa ex Thunbergio.*

SPINACIA, T. L. * *Epinars.* Spinat. Dioïca. MASC. Calix 5-partitus. FOEM. Calix 4-fidus. Styli 4. Semen tectum calice indurato, nunc rotundo, nunc 2-4-corni. *Flores glomerati axillares.*

ACNIDA, L. * Dioïca. MASC. Calix 5-partitus, margine membranaceus. FOEM. Calix 2-partitus, involucro polyphyllo cinctus. Styli 5. Semen calice ſucculento ſulcato tectum. *Flores racemoſi axillares.*

BETA, T. L. * *Bette*, *Poirée.* Mangold. Calix 5-partitus. Germen ſemiinferum; ſtyli 2. Semen reniforme, baſi calicis capſulari involutum. *Caulis ſulcatus; ſpicæ & paniculæ terminales & axillares, glomerulis conſtantes bi aut tri aut quadrifloris ſeſſilibus, foliolo axillaribus.*

CHENOPODIUM, T. L. * *Anſerine*, *Patte-d'oye.* Ganſefuſs. Calix 5-partitus. Stylus 2-fidus (rarò 3-fidus); ſtigmata 2 aut 3. Semen calice clauſo angulato tectum. *Flores glomerati, paniculati.*

ATRIPLEX, T. L. * *Arroche.* Melde. Calix 5-partitus. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2. Semen calice clauſo angulato tectum. Flores fœminei hermaphroditis mixti, calice 2-partito compreſſo. *Flores glomerati, paniculati; folia interdùm ſuboppoſita; caulis interdùm ſubfruteſcens.*

IV. Semen tectum calice. Stamina pauciora quam quinque.

CRUCITA, Lœfl. L. * Calix 4-partitus, baſi 3-bracteatus. Stamina 4. Stylus 2-partitus; ſtigmata 2. *Folia oppoſita; flores ſpicato-paniculati terminales.*

AXYRIS, L. * Monoïca. MASC. Flores amentacei. Calix 3-partitus. Stamina 3. FOEM. Flores ſparſi. Calix 5-partitus. Styli 2. Semen laciniis 3 calicinis tectum. *Caulis fruteſcens aut herbaceus; flores terminales aut axillares.*

BLITUM, L. * *Bléte.* Beermelde. Calix 3-partitus. Stamen 1. Styli 2. Semen calice baccato tectum. *Flores capitati ut & baccæ; capitula fragiformia, axillaria & terminalia.*

CERATOCARPUS, L. * CERATOIDES, T. * Monoïcus. MASC. Calix 2-partitus. Stamen 1 filamento longo. FOEM. Calix 2-partitus, germini adnatus. Styli 2. Semen calice 2-valvi 2 ariſtato tectum. *Caulis dichotomus; folia ſubulata pungentia; flores ſolitarii axillares.*

SALICORNIA, T. L. * *Salicorne.* Salzkraut. Calix 4-gonus ventricoſus integer. Stamina 1 vel 2. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2. Semen calice inflato tectum. *Caulis herbaceus aut fruteſcens, aphyllus, ramoſus ramis oppoſitis, teres, articulatus articulis apice 2-dentatis, terminalibus floriferis; floſculi minimi ſeſſiles, utrinque ternati. Confer cum Gneto quoad habitum ſubſimili.*

V. Semen non tectum calice.

CORYSPERMUM, J. L. * Calix 2-partitus. Stamen 1, rariùs 2, 3, 4 aut 5. Styli 2. Semen ovale compreſſum, hinc planum, indè gibbum, margine acuto. *Flores axillares ſolitarii ſeſſiles, ſuperiores 1-andri. An ſemen periſpermo inſtructum?*

OBS. Atriplici conſociantur nexu naturali genera apetala hermaphrodita ſtaminibus imo calici inſertis & monoſperma periſpermo farinaceo corculum involvente, ideò diſcrepantia ab Urticis periſpermo deſtitutis & diclinibus. An autem omnibus hùc revocatis certò conveniat prædictus character? Intùs iterùm ſcrutanda ſemina, definienduſque ſtaminum ſitus. Spinacia aliæque diclines ſed periſpermo inſtructæ, indè Atriplicibus potiùs quàm Urticis affines. Rivinia & congeneres hìc præmiſſæ naturalem conſtituunt ſeriem & fortè diſtinctum ordinem, non excluſà Phytolaccâ licèt polyſpermâ. Sectio ſecunda cæteris minùs conveniens & recognoſcenda. Tertia & quarta utraque naturalis, paucis tamen exceptis generibus minùs notis.

CLASSIS

CLASSIS VII.

PLANTÆ DICOTYLEDONES APETALÆ.

STAMINA HYPOGYNA.

CALIX inferus, mono aut polyphyllus. Corolla plerumque nulla; interdùm ſquamulæ hypogynæ petaloïdeæ, ſtaminiferæ aut ſtaminibus alternæ; interdùm etiam tubus petaloïdeus hypogynus, non ſtaminifer ſæpè marceſcens, aut ſtaminifer è filamentorum coalitione factus. Stamina hypogyna, id eſt ſub piſtillo inſerta, definita, filamentis diſtinctis aut rariùs monadelphis. Germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus aut definitè multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut multiplex. Semen unicum aut capſula ſupera, uni vel bilocularis, mono aut polyſperma.

Obs. Inſertio ſtaminum hypogyna admittit calicem mono aut polyphyllum; admittit ſtamina definita aut indefinita; determinat germen ſuperum; corollæ præſentiam aut defectum non ſtatuit.

Non plurimum diſcrepat ſtaminum ima perigynia ab eorumdem hypogyniâ & utraque inſertio interdùm difficilè ab invicem ſecernenda. Affines ergò Atriplicibus Amaranthi quibus ſimul inſuper corculum farinaceo typo circumvolutum. Amaranthis ſtamina nunc diſtincta nuda, nunc monadelpha, nunc ſquamis interpoſitis & petaloïdeis alternantia. Naſcens hic perianthium interius petaloïdeum in Amaranthis, elongatur tubiforme in Plantaginibus, in Nyctaginibus extenditur, confirmatur in Plumbaginibus; in omnibus tamen marceſcit more calicis: indè à corollæ naturâ abludens calicina pars rectiùs habendum

eſt. Pauciores ex hâc claſſe eliminantur plantæ apetalæ ordinibus polypetalis rectiùs conſociatæ, nempè Caryophylleis & vix Malvaceis. Cur in ſtaminibus hypogynis multò rarior quàm in perigynis hæc Apetalarum ad Polypetalas acceſſio? Cur aliundè ſinguli hujus ſeptimæ claſſis ordines quaſi petaloïdes?

ORDO I.

AMARANTHI, *LES AMARANTES.*

Amaranthen.

Calix diviſus aut partitus, baſi ſæpè ſquamis cinctus. Stamina definita nunc diſtincta nunc monadelpha; in quibuſdam ſquamulæ filamentis alternæ; in aliis vagina ex filamentorum coadunatione. Germen ſimplex; ſtylus aut ſtigma ſimplex, vel duplex, vel triplex. Capſula unilocularis, receptaculo libero, apice dehiſcens aut circumſciſſa, mono aut polyſperma. Corculum involvens farinaceum typum. Flores capitati aut ſpicati. Folia plerumque integra & acuminata, aliis alterna, aliis oppoſita, paucis ſtipulacea. Caulis in plurimis herbaceus. Sexus interdùm diſtincti.

I. Folia alterna, nuda.

AMARANTHUS, T. L * Blittum, T. * *Amarante.* Amaranth. Monoïcus. Calix 5 aut 3-phyllus. Masc. Stamina 5 aut 3 diſtincta. Fœm. Styli 3; ſtigmata 3. Capſula 3-roſtris, circumſciſſa, 1-ſperma. *Flores glomerati axillares, aut paniculati terminales; caulis ſæpè ſtriatus. Species una foliis baſi 2-ſpinoſis.* *)

CELOSIA, L. * Amaranthus, T. * Celoſie. Calix 5-phyllus, extùs 2-3-ſquamoſus. Stamina 5 baſi connata in tubulum. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula circumſciſſa polyſperma. *Flores glomerati in ſpicas aut paniculas, interdùm compreſſo-criſtatas.*

(* Cfr. Willdenow Hiſtoria Amaranthorum fol. Turici 1790.

ÆRUA, Forſk. * ILLECEBRUM, L. * Calix 5-phyllus, extùs 2-3-ſquamoſus. Stamina 5, baſi connata in tubulum inter filamenta fertilia dentatum ſeu filamentis ſterilibus interpoſitis diſtinctum. Stylus 1; ſtigmata 2-3. Capſula 1-ſperma. *Caulis ſublignoſus; flores glomerato-capitati, axillares & terminales, interdùm dioïci ex Forſk. Hùc referenda Linnæi Illecebra alternifolia.*

DIGERA, Forſk. * Calix 5-phyllus extùs 3-bracteatus; hujus laciniæ 3 interiores in cylindrum conniventes. Stamina 5 filamentis diſtinctis. Stylus 1; ſtigmata 2. Capſula 1-ſperma. *Flores ſpicato-paniculati. An congener* Achyranthes muricata L?

II. Folia oppoſita, nuda.

IRESINE, L. * Dioïca. Calix 3 phyllus, extùs 2-ſquamoſus. MASC. Stamina 5 diſtincta, ſquamulis 5 interpoſitis. FOEM. Stylus 0; ſtigmata 2. Capſula polyſperma. *Flores paniculati, axillares & terminales.*

ACHYRANTHES, L. * *Cadelari.* Calix 5-phyllus, extùs 3-ſquamoſus, ſquamis caliciformibus. Stamina 5, baſi connata in tubulum integrum aut fimbriatum, (diſtincta ſquamulis interpoſitis *ex Linn.*) Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 1-ſperma. *Caulis fruteſcens aut herbaceus ramoſus; ſpicæ terminales; flores ſeſſiles reflexi.*

GOMPHRENA, L. * AMARANTHOÏDES, T. * *Amaranthine.* Gomphrene. Calix ſub 5-phyllus, extùs 2-ſquamoſus, ſquamis magnis conniventibus coloratis. Stamina filamentis omninò connatis in tubum dentatum, ad cujus faucem antheræ 5. Stylus 2-partitus; ſtigmata 2. Capſula 1-ſperma circumſciſſa. *Flores capitati terminales & axillares.* G. interruptæ *calix tubuloſus 5-fidus, flores oppoſitè ſpicato-paniculati: an genus diverſum?*

ILLECEBRUM, L. * Calix 5-phyllus, extùs 3-ſquamoſus. Stamina 5, baſi connata in tubum urceolatum. Stylus breviſſimus; ſtigma latius. Capſula 5-valvis 1-ſperma. *Flores glomerati axillares & terminales; caules diffuſi. Hujus congener* Alternanthera *Forſk. ex D. Vahl.*

III. Folia oppoſita, ſtipulacea.

PARONYCHIA, T. * ILLECEBRUM, L. * *Panarine.* Calix 5-phyllus, foliolis ſub apice acuminatis, intùs coloratis. Stamina 5, ſquamulis 5 linearibus interjectis. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2. Capſula 1-ſperma 5-valvis, calice connivente tecta. *Caulis ramoſus; flores glomerati axillares & terminales.*

HERNIARIA, T. L. * *Turquette, Herniole.* Bruchkraut. Calix 5-partitus, intùs coloratus. Stamina 5, ſquamulis 5 filiformibus interjectis. Styli 2; ſtigmata 2. Capſula 1-ſperma non

dehiſcens, calice tecta. *Caulis ramoſus repens; flores glomerati axillares.*

Obs. Maxima Amaranthorum & Caryophyllearum affinitas in periſpermo farinaceo, in habitu generum oppoſitifoliorum; ſed in his corolla polypetala, in illis nulla. An tamen magnum exindè diſcrimen? Genera quædam in Caryophylleis apetala, quædam in iiſdem quaſi ſquamifera mutato nomine petalorum quandoquè baſi coalitorum cum interjectis ſtaminibus, quædam demùm tùm in Caryophylleis tùm in Amaranthis ſtipulacea analogiam ordinis utriuſque confirmant. Corollæ igitur præſentia aut defectus eſſentialem non ſemper exhibent caracterem, nec apprimè naturalis petaloïdum & apetalorum ordinum diſcrepantia; quod aliis poſthàc exemplis patebit.

ORDO II.

PLANTAGINES, *LES PLANTAINS.*

CALIX ſæpiùs quadripartitus. Tubus petaloïdeus, apice coarctatus & ſæpiùs quadrifidus, corollam mentiens, ſed marceſcens nec deciduus, hypogynus. Stamina quatuor, filamentis longis exſertis, imo tubo inſertis. Germen unicum; ſtylus unus; ſtigma ſimplex. Capſula circumſciſſa, uni aut bilocularis, loculis mono aut polyſpermis. Periſpermum ſeminis nullum. Plantæ herbaceæ. Sexus interdùm diſtincti.

PSYLLIUM, T. * PLANTAGO, L. * *Pulicaire.* Capſula 2-locularis 2-ſperma. *Caulis trichotomus; folia oppoſita; flores capitati terminales, ſinguli bracteati.*

PLANTAGO, T. L. * CORONOPUS, T. * *Plantain.* Wegerich. Capſula 2-locularis polyſperma. *Folia omnia radicalia; flores in ſcapis densè ſpicati, ſinguli bracteati.*

LITTORELLA, L. * PLANTAGO, T. * Monoïca. MASC. Calix 4-partitus. Tubus 3-fidus. Stamina 4. Germen abortivum. FŒM. Calix 3-partitus. Tubus 3-fidus. Stamina 0. Capſula 1-ſperma. *Folia omnia radicalia; flores maſculi in ſcapis unifloris, fœminei ad baſim inter folia occulti ſubſeſſiles.*

Obs. Plantagines ab Amaranthis ſatìs diſtinctæ tubo extrà calicem exſerto infrà ſtaminifero & præcipuè periſpermi defectu, undè nec his nec Nyctaginibus verè confines.

ORDO III.

NYCTAGINES, *LES NICTAGES.*

CALIX tubuloſus, corollæformis, extùs nudus aut caliculo cinctus. Germen unicum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex. Stamina definita, inſerta glandulæ germen ambienti, è receptaculo ortæ. Semen unicum, tùm glandulâ, tùm infimo calicis tubo perſiſtentibus tectum. Corculum farinaceo typo circumpoſitum. Caulis fruteſcens aut herbaceus; folia oppoſita aut alterna; flores axillares & terminales.

NYCTAGO. * JALAPA, T. * MIRABILIS, L. * NYCTAGE, Royen. * *Nictage, Belle-de-nuit.* Wunderblume. Calix exterior campanulato-patens, 5-fidus; interior magnus (corolla T. L.) petaloïdeus infundibuliformis, baſi ventricoſus, ultrà coarctatus, ſuprà dilatatus & limbo patens, ſubinteger aut 5-dentatus. Germen ſemitectum glandulâ ambiente (filamentorum baſi coalitorum tubus *ex Adanſ.*). Stamina 5, inſerta glandulæ & agglutinata tubo calicino. Semen globoſum baſi calicis intimi coriaceâ tectum. *Radix tuberoſa*; *caulis herbaceus teres, ſæpè trichotomus; folia oppoſita; flores terminales ſubcorymboſi. Genus affine Amaranthis & Caryophylleis ſemine farinaceo, Dipſaceis habitu & calice duplici; plurimis tamen diſcrepans ſignis, præcipuè inſertione geminatâ in plantis inſuetâ; indè difficillimè ordinandum.* *)

ABRONIA. * Calix tubuloſus longus, baſi tumidus ultrà coarctatus, ſuprà ſubinfundibuliformis limbo hypocrateriformi 5-partito, laciniis obcordatis ſeu 2-lobis. Staminum filamenta quinque, baſi coalita in vaginulam hypogynam breviſſimam, ultrà agglutinata tubo calicino coarctato, ſuprà libera antheræ

(* Mirabilis Jalappa. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 34. p. 110—120.

oblongæ non exſertæ. Germen 1; vaginulâ ſtaminiferâ infrà cinctum, in tumidâ calicis baſi; ſtylus 1; ſtigma 1. Semen 1, imo calice tectum. *Herba diffuſa delicatula; folia oppoſita ſimplicia; flores 12-15 in pedunculo axillari ſolitario longo capitati ſeſſiles, involucro polyphyllo cincti, tubo viridi, limbo pulchrè roſeo. Habitus Valerianæ, flores Primulæ, character ferè Nyctaginis limbo ſubintegro & involucro 1-floro diſtinctæ. Character ex vivâ in hort. Pariſ. 1788, cujus ſemina ex Californiæ littore miſit D. Colignon hortulanus pererrans mare pacificum duce D. de la Peirouſe.* Ἁβρὸς *pulcher, delicatus.*

BOERHAAVIA, L. Calix ſimplex, minimus, medio coarctatus, limbo campanulatus. Stamina 1 aut 2. Semen minimum, tectum calicis baſi angulatâ. *Caulis herbaceus aut fruteſcens; folia oppoſita, altero ſæpè minori; flores umbellati; umbellæ graciles, axillares, pedunculatæ, interdùm ramoſæ, involucratæ involucro ſimplici aut polyphyllo. Affinis hinc Nyctagini, illinc Valerianæ?*

PISONIA, Pl. L. * Calix (corolla Pl. L.) campanulatus aut infundibuliformis, ſub 5-fidus aut integer, baſi nudus aut ſquamis 2-5-cinctus. Stamina ſæpiùs 6, rariùs 5-8, exſerta antheris ſubrotundis, interdùm abortiva. Germen 1; quandoque abortivum. Stylus 1; ſtigmata 1-2. Capſula aut bacca ſub5-gona angulis ſcabris, 1-locularis 1-ſperma non dehiſcens. *Arbuſculæ ramis reclinatis, ſpinoſæ aut inermes; folia alterna aut ſuboppoſita; flores racemoſi-corymboſi, axillares aut terminales, nunc hermaphroditi, nunc in diſtinctâ arbore maſculi aut fœminei. Fructus Boerhaaviæ, ſed major. Corculum typo oblongo circumpoſitum. An pericarpium ab imo calice datum?*

BUGINVILLÆA, Commerſ. * Calix tubuloſus baſi ſubventricoſus, medio coarctatus, limbo ſubinteger perſiſtens. Stamina 8, filamentis longis non exſertis, diſco inſidentia. Germen ſuperum, diſco baſi cinctum oblongum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Frutex ſpectabilis ſempervirens & florens; folia alterna; ſpinæ axillares; pedunculi axillares & terminales 3-flori, pedicellis 1-bracteatis, bracteis flore multò majoribus, foliorum aemulis, pedicello & imo calici adnatis. Character ex ſicco Commerſ. ſpecimine Braſiliano. Nomen à D. de Bougainville itineris Commerſoniani duce. Habitus Piſoniae; flos non idem.*

Obs. Ex obſervatis in ordine & generibus ſtamina hypogyna interdùm germini infero conſociantur, & inſolitum hunc conſenſum determinat perſiſtentia imi perianthii in capſulam monoſpermam indurati. An autem perianthium illud omninò calicinum & ordo rectè diſpoſitus inter Apetalas ſtaminibus hypogynis? an potiùs pars perianthii ſuperior decidua in corollam immutanda, undè corolla tunc monopetala & perigyna ſeu ſummo calici inſerta ſtaminibus hypogynis extrà modum circumponeretur?

Admiſſa hæc corolla Nyctagines admoveret Dipſaceis & præcipuè Valerianæ Boerhaaviam extùs æmulanti. In Valerianâ tamen ſtamina videntur verè epipetala, & corolla epigyna, & germen non tectum ſed veriùs inferum, & inſuper corculum abſque periſpermo aut typo centrali. Nyctagines ergò minùs huic affines ut & cæteris Dipſaceis ſimiliter ferè conſtructis; ergò inter Monopetalas nondùm componendæ.

ORDO IV.

PLUMBAGINES, *LES DENTELAIRES.*

Calix tubuloſus. Corolla mono aut polypetala hypogyna. Stamina definita, in aliis hypogyna, in aliis epipetala. Germen unicum ſuperum; ſtylus unicus aut multiplex; ſtigma multiplex. Capſula monoſperma baſi multivalvis, calyptræformis. Semen rectum, receptaculo germinis inſertum ope funiculi. Corculum oblongum planum, farinaceo periſpermo cinctum. Caulis herbaceus aut ſuffruteſcens. Folia alterna.

PLUMBAGO, T. L. * *Dentelaire.* Bleywurz. Calix 5-dentatus. Corolla 1-petala, infundibuliformis, 5-fida æqualis. Stamina 5, hypogyna, filamentis baſi latiore germen ambientibus. Stylus 1, ſtigmata 5. *Caulis herbaceus aut fruteſcens; folia ſemiamplexicaulia*; *flores ſpicati terminales.*

STATICE, T. L. * Limonium, T. * Grasblume. Calix integer limbo plicato ſcarioſo. Corolla 5.petala (rariùs 1-petala 5-partita). Stamina 5, unguibus petalorum inſerta. Styli 5. ſtigmata 5. *In* Limonio T. *ſquamæ flores plurimos involvunt longâ ſerie diſpoſitos & faſciculatos paniculatim ſparſos per caulem herbaceum aut fruteſcentem. In* Statice T. *folia omnia radicalia*; *ſcapi plures; flores in ſingulo ſcapo terminales; aggregati in calice communi imbricato ſcarioſo*, *infrà producto in ſcapi vaginam.*

Obs. Ex dictis p. 71 plerumque corolla monopetala eſt ſtaminifera, & eadem polypetala plerumque non ſtaminifera. Hic autem generalis inſertionum modus partìm ſubvertitur, nunc in quibuſdam determinati

ordinis generibus, nunc in integro ordine. Sic inter Leguminoſas polypetalas ſtaminibus inſtructas perigynis, ſtamina Trifolii pratenſis ſunt epipetala: ſic Ericarum & Campanularum corolla monopetala non eſt ſtaminifera; ſic in Caryophylleis polypetalis ſtamina ſæpè petalorum unguibus inſeruntur. Nullo tamen in ordine duplex ſimul occurrit hæc inſertionum exceptio: niſi in Plumbaginibus quarum genus aliud corollam polypetalam cum ſtaminibus epipetalis, aliud monopetalam cum hypogynis exhibet. Undè duplicata hæc ſubverſio mentiens naturæ luſum? An inſertionum regulam infirmat omninò? an potiùs in ordine denegandum corollæ nomen perianthio huic interiori, nunc monophyllo non ſtaminifero, nunc polyphyllo ſtaminifero, cujus quidem marceſcentia calicinam indolem denunciat? an Statices petala filamentis Plumbaginis baſi dilatatis aſſimilanda & ideò pro ſquamis aut ſtaminum appendicibus habenda?

CLASSIS VIII.

PLANTÆ DICOTYLEDONES MONOPETALÆ.

COROLLA HYPOGYNA.

CALIX monophyllus. Corolla monopetala, hypogyna ſeu inſerta ſub piſtillo, regularis aut irregularis. Stamina definita, inſerta corollæ, & ejuſdem laciniis ſæpiùs alterna, dùm numero æqualia. Germen ſuperum, ſimplex, ſtylus unicus (interdùm nullus in Apocineis, cum germine duplici); ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus ſuperus, conſtans ſeminibus nudis aut ſæpiùs pericarpio incluſis baccato vel capſulari, uni aut multiloculari.

Obs. Corolla, utpotè hypogyna, exigit germen ſuperum; utpotè monopetala, calicem præſcribit frequentiùs monophyllum,

definit ſtamina, germinis & ſtyli unitatem plerumque determinat, inſertionem ſtaminum ſibi ſæpiùs adſcribit.

Tournefortiana methodus Monopetalas ab Apetalis & Polypetalis diſtinguens, indè cæteris viſa eſt generatìm ſimplicior, facilior ac naturæ accommodatior. Dùm tamen corollas regulares ab irregularibus, infundibuliformes à campanulatis ſecernit autor & inferas conſociat ſuperis, tunc à recto devius naturales plurimùm diſturbat ſeries in quibus corollæ ſitus ſemper conformis & forma ſæpè varia. Ergò ſepoſitis Apetalis & Polypetalis ſeorsìm conſiderandæ Monopetalæ, præcipuè ex dictis p. 71; & in earum diſtributione, poſthabitis inſtabilibus formis, præficiendus conſtans corollæ ſitus, triplex ab invicem omninò diſſimilis (p. 71.), nempè hypogynus, epigynus & perigynus. De epigyno & perigyno poſthàc agetur: nunc habenda ratio corollæ hypogynæ plurimos complectentis ordines in claſſem unicam rectè convocatos, non tamen facilè diſtribuendos ac connectendos ità ut ſeriem haud interruptam conſtituant. Horum primarii caracteres ex ſemine bilobo, ex corollæ monopetalæ & ſtaminiferæ hypogyniâ deducuntur; ſecundarii in diverſis deliteſcunt partibus jam ſuprà memoratis & præcipuè in fructu cujus non tantùm definiendus loculorum numerus, ſed & ſitus ſeminum ac diſſepimenti valvis adnati aut appliciti, iiſdem paralleli aut oppoſiti: indè præſens inſtituta ordinum diſtributio, jam anteà pluriès immutata, nunc iterùm elaborata, tempore perficienda. Proſtant primò fructus uniloculares & plerumque capſulares receptaculo ſeminifero centrali (Ord. 1) libero; deìn iidem biloculares diſſepimento ſeminifero mediis valvis adnato ac oppoſito, tardiùs (2) aut citiùs (3-4) ſolubili, & receptaculo igitur gemino laterali valviſque medio ſeminiferis. Succedunt ſemina receptaculo non laterali ſed inferiori & depreſſo infixa, nunc baccato incluſa pericarpio (4-5), nunc nuda (5-6). Continuatâ ſerie receptaculum illud tunc centrale ſensìm prominet, limbo dilatato vicem & formam induens diſſepimenti valvis paralleli, earumdem marginibus adnati, medio inſolubilis ac ſeminiferi in capſulâ (7-8) aut baccâ (8), utràque biloculari. Mutato habitu denuò depreſſum, ſeminibus obtegitur nudis (9) aut in baccâ nucleatâ reconditis. Rursùs in pericarpio centrale ac ſeptiferum,

ſed valvis non adnatum, limbo ſolubile, trigonum (10-11) in fructu triloculari, planum aut anceps (12) in biloculari, valvarum marginibus aut coſtæ mediæ apponitur. Ut receptaculo, ſic & valvis interdùm tribuitur diſſepimenti munus, dùm ſcilicet introflexæ fructum conſtituunt nunc ſimplicem (13) bilocularem, nunc duplicatum (14) loculis diſtinctis ac divaricatis. Sic ex interiore fructu, admiſſis tamen exceptionibus, depromitur ordinum caracter aliis etiam ditatus ſignis ex ſtaminum numero, corollæ formâ &c. deſumptis: præeunt enim, paucis exceptis, ſtamina numero paria (Ord. 2-7) duo aut quatuor; ſubſequuntur eadem numero imparia, ſæpiùs quinque (8-14) aut rariùs plura (15). Corollæ etiam plurimæ regulares in Ordinibus 1, 4, 8, 9, 10, 11, 13, 14, 15; irregulares in Ordinibus 2, 3, 5, 6, 7, 12. Regularium ſtamina harum laciniis numero æqualia & ſæpiùs alterna, iiſdem tamen opponuntur in Lyſimachiarum ordine cæterùm uniloculari & propterea aliis ordinibus præmiſſo. In Claſſis calce reponuntur Sapotæ ſolis Apocineis baccatis parumper conſentientes, has inter & Guaïacanas mediæ, hùc ideò relatæ. Nondùm in omnibus ſatìs explorata ſeminis ſtructura interior; periſpermum generatìm ineſt Ordinibus 4, 7, 8, 10, 14, 15; nullum extat in Ord. 1, 2, 3, 5, 6, 9, 12; in cæteris non definitur: an ex ulteriore ejuſdem examine nova poſthàc ordinum ſeries inſtituenda?

Ord. 1. Lyſimachiæ, 2. Pediculares, 3. Acanthi, 4. Jaſmineæ, 5. Vitices, 6. Labiatæ, 7. Scrophulariæ, 8. Solaneæ, 9. Borragineæ, 10. Convolvuli, 11. Polemonia, 12. Bignoniæ, 13. Gentianæ, 14. Apocineæ, 15. Sapotæ.

ORDO I.

LYSIMACHIÆ, *LES LISIMACHIES.*

CALIX diviſus. Corolla plerumque regularis, limbo diviſo, ſæpiùs quinquelobo. Stamina definita, ſæpiùs quinque, rariùs plura aut pauciora, corollæ lobis numero æqualia & iiſdem oppoſita. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs bifidum. Fructus unilocularis polyſpermus, ſæpè capſularis, receptaculo ſeminifero centrali libero. Caulis herbaceus. Folia oppoſita aut alterna.

I. Flores cauli inſidentes.

CENTUNCULUS, L. * ANAGALLIS, V. * *Centenille.* Calix 4-fidus. Corolla rotata, 4-loba. Stamina 4. Stigma 1. Capſula globoſa circumſciſſa. *Folia oppoſita & alterna; flores ſolitarii axillares, interdùm 5-fidi 5-andri, & tunc Anagallidi congeneres.*

ANAGALLIS, T. L. * *Mouron.* Gauchheil. Calix 5-fidus. Corolla rotata 5-loba. Stamina 5. Stigma 1. Capſula globoſa circumſciſſa. *Caulis 4-angulus; folia oppoſita; flores ſolitarii axillares.*

LYSIMACHIA, T. L. * *Liſimachie, Corneille.* Lyſimachi. Calix 5-fidus. Corolla rotata 5-fida. Stamina 5. Stigma 1. Capſula globoſa 10-valvis. *Folia oppoſita; flores axillares aut terminales, ſolitarii aut ſpicati, aut corymboſi. Staminum filamenta baſi coalita.*

HOTTONIA, L. * STRATIOTES, V. * *Plumeau.* Calix 5-partitus. Corolla tubo brevi, limbo plano 5-lobo. Stamina 5, non exſerta (corollæ lobis oppoſita?). Stigma globoſum. Capſula globoſa, acuminata. *Herbæ aquaticæ; folia verticillata, pinnata aut dentata; flores ſolitarii axillares, aut verticillato-ſpicati terminales, involucris verticillorum polyphyllis.*

CORIS, T. L. * *Coriſe.* Calix ventricoſus, apice 5-dentatus, in ambitu 5-ſetoſus, perſiſtens. Corolla tubuloſa 5-fida inæqualis. Stamina 5 (corollæ laciniis oppoſita?). Stigma 1. Capſula 5-valvis, calice tecta. *Caulis ramoſiſſimus, humilis, baſi ſublignoſus; folia linearia alterna; flores ſpicati terminales.*

SHEFFIELDIA, Forſt LS. * Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla longior campanulata 5-loba. Stamina 5 fertilia, corollæ laciniis oppoſita, filamenta alia 5 ſterilia, iiſdem alternantia. Stigma capitatum Capſula 5-valvis. *Herbula repens; habitu ſimilis Peplidi portulæ. Caracter ex Forſt. Auſtr. & L Suppl.*

LIMOSELLA, L. * ALSINE, T. * PLANTAGINELLA, V. * *Limoſelle.* Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla minima, campanulata, 5-fida. Stamina 4. Stigma globoſum. Capſula ſemitecta 2-valvis (2-locularis *ex Adanſ*). *Plantulæ in humidis, diffuſæ, radicantes, foliis faſciculatis, ad axillas floriferis. An verè 2-locularis receptaculo ampliato, & indè affinior Scrophulariis? Species una 2-andra.*

TRIENTALIS, T. * *Trientale.* Calix 7-partitus. Corolla rotata 7 fida. Stamina 7. Stigma 1. Bacca exſucca, ſuturis dehiſcens. *Numerus partium varius. Caulis ſimplex humilis; folia ſumma verticillata; flores pauci terminales, longè pedunculati.*

ARETIA, L. * AURICULA-URSI, T. * Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla tubo brevi, fauce coarctatâ, limbo 5-partito. Stamina 5 brevia Stigma capitatum. Capſula 5-valvis, oligoſperma. *Plantulæ repentes, densè folioſæ, floribus axillaribus ſubſolitariis.*

II. Flores ſcapo inſidentes, umbellati involucro polyphyllo, aut rariùs ſolitarii. *Folia radicalia.*

ANDROSACE, T. L. * AURICULA-URSI, T. * *Androſelle.* Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla hypocrateriformis 5-loba, fauce coarctatâ glandulosâ. Stamina 5. Stigma 1. Capſula globoſa 5-valvis. *Scapi numeroſi.*

PRIMULA, L. * PRIMULA-VERIS, T. * AURICULA-URSI, T. * *Prime-vere, Oreille d'Ours.* Schlüſſelblume. Calix tubuloſus 5-dentatus perſiſtens (corollâ multò brevior in *Auricula Urſi T.* Corolla tubuloſa 5-loba, fauce perviâ. Stamina 5. Stigma 1. Capſula apice 10-valvis. *Numerus partium in hortis varius. Primula veris v. Batſch Anal. Florum. P. I. n. 6. ſ. 26-30.*

CORTUSA, L. * AURICULA-URSI, T. * *Cortuſe.* Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla rotata 5-loba, faucis annulo elevato. Stamina 5, antheris adnatis 2-lamellatis. Stigma 1. Capſula apice 5-valvis.

SOLDANELLA, T. L. * *Soldanelle.* Calix 5-partitus. Corolla campanulata, ore lacero multifido. Stamina 5, filamentis antheras adnatas ſagittatas ſuperantibus, apice bifidis. Stigma 1. Capſula apice multivalvis.

DODECATHEON, L. * *Giroſelle.* Calix 5-fidus laciniis reflexis. Corolla rotata 5-fida, tubo brevi, laciniis longis retroflexis.

Stamina 5; antheræ ſagittatæ, conniventes. Stigma 1. Capſula oblonga, apice dehiſcens. *Flores nutantes.*

CYCLAMEN, T. L. * *Ciclame*, *Pain de Pourceau.* Erdſcheibe. Calix 5-fidus. Corolla 5-fida, tubo globoſo brevi, laciniis retroflexis. Stamina 5; antheræ conniventes. Stigma 1. Bacca globoſa 5-valvis (tecta putamine capſulari *ex Linn.*). *Scapi 1-flori*; *flores nutantes.*

III. Genera Lyſimachiis affinia.

GLOBULARIA, T. L. * *Globulaire.* Kugelkraut. Calix tubuloſus 5-fidus perſiſtens. Corolla tubuloſa, 5-loba, inæqualis, laciniis 2 ſuperioribus minimis. Stamina 4, tubo inſerta (laciniis alterna?) Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Semen 1, calice connivente tectum. Flores aggregati in calice communi polyphyllo hemiſphærico ſuprà receptaculum commune paleaceum. *Caulis herbaceus ſimplex*, *apice 1-florus; folia radicalia ſæpè ſpatulata*, *emarginato-acuminata; caulina parva aut ſubnulla. Diſcrepat* G. Alypum *calice communi turbinato plurimùm imbricato, corollâ ligulatâ 3-dentatâ*, *ſtigmate 2-fido*, *caule fruteſcente ramoſo*, *habitu Proteæ: an genus diverſum? Globularia à Monopetalis hypogynis & ideò à Lyſimachiis diſtinctiſſima ſemine nudo & florum diſpoſitione & habitu*, *indè Statice extùs ſimilis non tamen affinis, ſimilior fortè Proteis ſed corollata*, *unica in ſuo ordine nondùm cognito*, *huic tanquàm viciniori nunc adjuncta.*

CONOBEA, Aubl. * Calix tubuloſus 5-dentatus, baſi 2-bracteolatus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs erecta emarginata, inferiùs 3 loba inæqualis. Stamina 4 didynama, antheris ſagittatis. Stylus 1; ſtigma 2-lobum. Capſula piſiformis, calice cincta, 1-locularis 4-valvis, polyſperma receptaculo ſeminifero centrali libero. *Herba repens*; *folia oppoſita; flores ſolitarii axillares pedunculati. Caracter ex Aubl Guyan. t. 258*

TOZZIA, L. * Calix tubuloſus brevis 5-dentatus. Corolla tubuloſa limbo ſubæquali, ſuprà 2-lobo, infrà 3-lobo. Stamina 4 inæqualia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula minima ſphæricea 2-valvis 1-ſperma, calice tecta. *Herba erecta*, *baſi caulis ſquamatâ ut in Orobanche; folia oppoſita*; *flores ſolitarii axillares pedunculati. Affinis Conobeæ*; *ſed 1-ſperma. Utraque diſcrepat à Lyſimachiis flore irregulari 4-andro.*

SAMOLUS, T. L. * *Samole*, *Mouron d'eau.* Calix 5-fidus ſemiſuperus perſiſtens. Corolla hypocrateriformis 5-loba; ſquamulæ 5 filiformes introflexæ, è corollæ ſinubus ortæ. Stamina 5, imæ corollæ inſerta & ejuſdem laciniis oppoſita. Germen ſemiinferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula ſemiinfera, 1-locularis, ſemi5-valvis polyſperma receptaculo libero. *Folia*

alterna; flores ſpicati axillares & terminales, pedicellis medio 1-ſquamuloſis. Situs germinis obſcurat inſertionem corollæ, quae ei puncto inſidet, quo calix à germine dehiſcit. An ea indè perigyna, & affinior Portulacis, licèt 1-petala?

UTRICULARIA, L. * LENTIBULARIA, T. V. * *Utriculaire.* Waſſerſchlauch. Calix 2-partitus deciduus. Corolla vix tubuloſa, irregularis 2-labiata, ſuperiùs erecta integra ſtaminifera, inferiùs major integra, palato cordato intùs prominulo, baſi calcarata. Stamina 2, filamentis incurvis, antheris connatis. Stylus 1, ſtigma 1. Capſula globoſa, 1-locularis, polyſperma, receptaculo centrali libero. *Herbae paludoſae radicantes, aut aquatiles liberae; harum folia radiciformia, alterna, demerſa, multifida, veſiculis numeroſis inſtructa; illarum radicalia, alterna aut rariùs oppoſita, integra aut diſſecta; flores in ſcapo ſquamulis raris inſtructo, ſpicati aut rariùs ſubſolitarii, in* U. minore *vix calcarati. A Lyſimachiis diſcrepat utpotè irregularis & 2-andra: an indè affinior Scrophulariis?*

PINGUICULA, T. L. * *Graſſete.* Fettkraut. Calix 2-labiatus, ſuprà 3-fidus, infrà 2-fidus. Corolla irregularis, baſi calcarata, fauce coarctata, limbo 2-labiata, ſuperiùs 3-loba, inferiùs 2-loba brevior. Stamina 2 breviſſima. Stylus brevis; ſtigma 2-lamellatum, antheras tegens. Capſula 1-locularis, polyſperma, receptaculo centrali libero. *Folia radicalia pinguia; ſcapus 1-florus; flos inverſus. Multùm affinis praecedenti.*

MENYANTHES, T. L. * NYMPHOÏDES, T. * *Méniante, Nympheau.* Zottenblume. Calix 5-partitus, perſiſtens aut deciduus. Corolla *in Menianthe T.* infundibuliformis limbo patente 5-lobo æquali intùs eleganter hirto, *in Nymphoïde T.* rotata tubo brevi, limbo patente 5-lobo, lobis margine ciliatis. Stamina 5 epipetala, corollæ laciniis alterna, antheris baſi 2-fidis. Stylus 1; ſtigma capitatum 2-3-ſulcum. Capſula ovata 1-locularis, intùs ad parietes 2-3-placentaris, placentis ſeminiferis. *Herbae aquaticae; folia alterna petiolo vaginante, ternata, aut ſimplicia cordata; flores* Nymphoïdis T. *umbellati aut verticillati axillares,* Menyanthis T. *in ſcapo ſpicati. An genus cum Tournefortio dividendum? Differt à Lyſimachiis ſtaminum ſitu & capſulâ ad parietes ſeminiferâ, undè ordinibus ſubſequentibus affinior, ab iis tamen recedens fructu 1-loculari & flore 5-andro. Menyanthes trifoliata. v. Batſch Anal. Florum. P. I. n. 12. f. 59--63.*

OBS. Præcipuus veri ordinis ſectiones duas complectentis character ex ſtaminum ſitu, fructu uniloculari, & receptaculo centrali polyſpermo deducitur. Genera ſubſequentia peculiaribus diſcrepant ſignis, nulli tamen alteri ordini affiniora.

ORDO II.

PEDICULARES, *LES PEDICULAIRES.*

CALIX diviſus, perſiſtens, ſæpè tubuloſus. Corolla ſæpiùs irregularis. Stamina definita. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs bilobum. Fructus capſularis bilocularis polyſpermus, bivalvis, valvis nervo medio connatis in diſſepimentum utrinque ſeminiferum vix ſolubile, margine liberis & dehiſcentibus. Caulis plerumque herbaceus. Folia oppoſita aut alterna. Flores oppoſiti aut alterni, ſinguli unibracteati.

I. Stamina non didynama, duo aut plura.

POLYGALA, T. L. * Kreutzblume. Calix 5-partitus, laciniis 2 longè majoribus alæformibus ſæpè coloratis. Corolla convoluta in tubum ſuprà fiſſum, limbo 2-labiatum, labio ſuperiore 2-partito fiſſo, inferiore concavo ſubtùs barbato aut imberbi, intùs obtegente ſtamina 8 in duas faſces collecta; antheræ 1-loculares. Stigma ſubbifidum. Capſula compreſſa obcordata. *Herbæ aut frutices*; *folia plerumque alterna*; *flores 1-3-bracteolati, alterni, laxè aut densè ſpicati, terminales. Fructus* P. ſpinoſæ *baccatus & ramuli pungentes. Calix* P. Heiſteriæ *5-partitus æqualis; corolla non fiſſa, germen 4-corne.*

VERONICA, T. L. * *Véronique.* Ehrenpreis. Calix 4-partitus, rarò 5-partitus. Corolla rotata 4-loba inæqualis. Stamina 2. Capſula obcordata aut rariùs ovata. *Herbae aut rariùs ſuffrutices; plurimis folia oppoſita aut verticillata & flores ſpicati, terminales aut axillares, interdùm tubuloſi, paucioribus folia alterna, flores axillares ſolitarii.*

SIBTHORPIA, L. * Calix turbinatus 5-partitus. Corolla tubo brevi, 5-loba patens æqualis. Stamina 4, paribus remotis. Stigma capitatum. Capſula compreſſa orbicularis apice dehiſcens. *Herba repens radicans; folia alterna*; *flores axillares ſubſolitarii pedunculati lutei.*

DISANDRA, L. * Calix 5-8-partitus. Corolla tubo brevi rotata 5-8-loba æqualis. Stamina 5-8. Stigma 1. Capſula ovata.

Numerus partium varius, ſaepè ſeptenarius; flores interdùm plures axillares. Caetera ut in Sibthorpiâ omninò congeneri.

II. Stamina quatuor didynama.

OURISIA, Commerſ. * Calix 5-lobus inæqualis, quaſi 2-labiatus. Corolla campanulata, fauce ampliata, limbo 5-loba ſubæqualis. Stamina 4 didynama filamentis incurvis. Germen didymum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſula 2-locularis, quaſi didyma, polyſperma, 2-valvis, valvis diſſepimento oppoſitis. *Herba Magellanica* (*eadem cum* Chelone ruelloïde LS. *ex D. Vahl, ſed non inſtructa filamento quinto ſterili*); *folia oppoſita, floralia bracteiformia, caetera ferè radicalia; flores ſolitarii axillares aut terminales, longè pedunculati. Caracter ex Commerſ. deſcript. & ex ſicco.*

PIRIPEA, Aubl. * Calix 5-fidus, baſi 3-bracteatus. Corolla duplò longior, tubuloſa, fauce tuberculoſa, limbo plano 5-lobo inæquali. Capſula lateribus dehiſcens, ſeminibus minutiſſimis placentæ affixis. *Folia alterna; flores alterni, ſpicati terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 253.*

ERINUS, L. * AGERATUM, T. * Calix 5-partitus. Corolla tubuloſa, limbo 5-partito ſubæquali, lobis cordatis. Capſula ovata. *Folia pleraque alterna; flores axillares aut 1-bracteati, ſpicati terminales.*

MANULEA, L. * NEMIA, Berg. * Calix 5-partitus. Corolla tubuloſa, limbo 5-partito ſubulato, laciniâ infimâ diſtantiore. Antheræ inæquales. Capſula ovata. *Folia oppoſita aut alterna; flores bracteati, racemoſi, terminales aut laterales. Statura Euphraſiae ex Linn. Capſula ex Bergio bipartibilis, lobis introrsùm longitudinaliter dehiſcentibus: an indè affinior Gentianis?*

CASTILLEIA, Mut. LS. * Calix compreſſus, hinc fiſſus. Corolla tubuloſa compreſſa 2-labiata, ſuperiùs canaliculata calice ſuffulta, inferiùs brevior 2-fida laciniis glanduloſis tubuloſis. Filamenta ſtaminum quaſi 2-anthera. Capſula ovata compreſſa. *Herbae ſublignoſae alternifoliae; flores alternè ſpicati terminales bracteati. Caracter ex L. Suppl.*

EUPHRASIA, T. L. * PEDICULARIS, T. * *Euſraiſe.* Euphraſie. Calix 4-fidus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs emarginata, inferiùs 3-loba æqualis. Antheræ 2 inferiores altero lobo baſi acuminatæ. Capſula ovata compreſſa. *Folia oppoſita aut alterna; flores bracteati axillareſve, in ſpicis terminalibus.*

BUCHNERA, L. * Calix 5-fidus aut 5-dentatus. Corolla tubuloſa filiformis, limbo 5-fido inæquali; lobis infimis cordatis. Capſula ovato-oblonga. *Folia oppoſita; flores ſpicati aut corymboſi terminales. Erino affinis.*

BARTSIA,

BARTSIA, L. * PEDICULARIS, T. * Calix 4-fidus inæqualis, apicibus coloratis. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs erecta integra, inferiùs reflexa 3-fida minima. Capſula ovata compreſſa. *Folia alterna & oppoſita; flores alterni, bracteati, ſpicati terminales. An ſervandum genus aut ſequentibus adjungendum?*

PEDICULARIS, T. L. * *Pédiculaire.* Laüſekraut. Calix ventricoſus 5-fidus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs galeata emarginata compreſſa anguſtior, inferiùs plana patens ſub3-loba, lobo medio anguſtiore. Capſula ſubrotunda, mucronata compreſſa, apice ſæpè obliqua. *Folia oppoſita aut alterna, ſimplicia aut ſæpiùs pinnata; flores oppoſiti aut alterni, bracteati, ſpicati terminales.*

RHINANTHUS, L. * PEDICULARIS, T. * ELEPHAS, T. * *Cocrête, Crête de cocq.* Glitſcher. Calix ventricoſus 4-fidus. Corolla tubuloſa 2-labiata, limbo dehiſcens, ſuperiùs galeata anguſtior (in *Elephante T.* anguſtiſſima proboſcidea), inferiùs patula plana, 3-loba lobo medio latiore. Capſula compreſſa obtuſa. *Folia oppoſita; flores oppoſiti, bracteati, ſpicati terminales.*

MELAMPYRUM, T. L. * *Mélanpire, blé-vache.* Kuhweitzen. Calix tubuloſus 4-fidus. Corolla tubuloſa limbo 2-labiata & compreſſa, ſuperiùs galeata margine replicato, inferiùs ſulcata 3-fida ſubæqualis. Capſula oblonga, obliquè acuminata, compreſſa loculis 1-ſpermis, ſeminibus oblongis. *Folia oppoſita; flores oppoſiti, bracteati, ſpicati terminales.*

III. Genera Pedicularibus affinia.

HYOBANCHE, L. * Calix 7-partitus, laciniis linearibus. Corolla tubuloſa labiata. labio inferiore nullo, ſuperiore fornicato emarginato. Stamina 4 didynama, imæ corollæ inſerta; antheræ ovatæ nutantes. Stylus 1; ſtigma emarginatum. Capſula 2-locularis polyſperma. *Caulis craſſus ſquamuloſus; ſpica carnoſa denſa terminalis, bracteis 1-floris imbricatis. Car. ex Linn. Habitus Orobanches, corolla diverſa. Capſula rursùm introſpicienda.*

OBOLARIA, L. Calix 2-partitus bracteiformis. Corolla campanulata 4-fida, laciniis 2-fidis. Stamina 4 didynama, ex diviſuris corollæ. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula ovata 1-locularis 2-valvis polyſperma, ſeminibus minutiſſimis. *Caulis ſimplex; folia oppoſita; flores ſpicati terminales, apice conferti. Habitus Orobanches. Caracter ex Linnæo.*

OROBANCHE, T. L. * *Orobanche.* Sommerwurtz. Calix 3-bracteatus, nunc tubuloſus 5-fidus inæqualis, nunc ſubnullus bracteis 2 interioribus latioribus 2-fidis calicem ſupplentibus. Corolla tubuloſa ventricoſa irregularis 2-labiata, ſuprà concava emarginata, infrà reflexa 3-fida inæqualis. Stamina 4

didynama, ſub labio ſuperiore. Germen baſi glanduloſum; ſtylus 1; ſtigma 2-lobum. Capſula acuminata 1-locularis 2-valvis polyſperma, ſingulâ valvâ medio 2-placentari & ſeminiferâ, ſeminibus minutiſſimis. *Herbæ ſubcarnoſæ rufeſcentes, paraſiticæ plantarum radicibus innaſcentes; radix tuberoſa, ſquamis imbricata; caulis alternè ſquamuloſus, ſæpè ſimplex; flores bracteati, ſpicati terminales. Species quædam ſcapo nudo 1-floro, flore ſpathaceo affines Lathræis 1-floris. Thunbergius* Phelypeæ *nomine deſcribit herbam Orobanche ſimilem, unicaulem, aphyllam, ſquamuloſam, dioïcam apice florentem, calice 2-partito bracteiformi, corollâ 6-partitâ connivente ciliatâ piloſâ, filamento 1 hypogyno, antherâ clavatâ, germine ſupero, ſtylo 1, ſtigmate capitato, capſula columnari 7-valvi 7 loculari polyſpermâ, columnâ intrà fructum centrali: an planta verè corollata, aut verè 1-andra?*

LATHRÆA, L. * CLANDESTINA, T. * *Clandeſtine.* Schuppenwurtz. Calix campanulatus 4-fidus. Corolla tubuloſa (magna ventricoſa in *Phelypæâ T.*) 2-labiata, ſuprà concava galeata, infrà reflexa 3-fida (integra in *Amblato T.*). Stamina 4 didynama, labio ſuperiore tecta; antheræ connexæ. Germen baſi glanduloſum; ſtylus 1; ſtigma truncatum nutans. Capſula calice tecta, acuminata 1-locularis, elaſticè 2-valvis, valvis ſeminiferis; ſemina pauca globoſa. *Herbæ; quædam ſucculentæ & ſubterraneæ arborum radicibus innaſcentes, foliis ſquamiformibus confertìm oppoſitis latentibus, floribus extrà tellurem prominulis, bracteatis, ſolitariis aut oppoſitè ſpicatis; quædam exterraneæ, Orobanche ſimiles.* L. Phelypæa β L. *eadem fortè cum Orobanche Ægynetiâ L. genere diſtinguenda.*

Obs. Receptacula duo ſeminifera è mediis valvis prominentia & arctè juncta, diſſepimentum conſtituunt integrum nec niſi vetuſtate ſolubile; margines autem valvularum liberi priùs utrinque dehiſcunt: undè capſula bilocularis lateribus bivalvis. Talis ineſt primæ & ſecundæ ſectioni, non verò tertiæ cujus receptacula minùs prominula non junguntur. Secunda ordini verè propria à primâ paululùm diſcrepat habitu & ſtaminum numero, affinior Acanthis diſſepimento citiùs ſolubili diſtinctis. Tertia complectens Orobanchen & congeneres paraſiticas, à cæteris differt habitu & fructu ferè uniloculari ad parietes ſeminifero, nec germinationis modum etiam nunc obſervanti exhibuit; undè priùs nulli fuerat ordini aut claſſi adjuncta & nunc etiam inter ambiguas annumeratur.

ORDO III.

ACANTHI, *LES ACANTES*.

Calix diviſus, perſiſtens, ſæpè bracteatus. Corolla plerumque irregularis. Stamina duo, aut quatuor didynama. Stylus unicus; ſtigma bilobum, aut rariùs ſimplex. Fructus capſularis, bilocularis, ſæpè polyſpermus, elaſticè bivalvis, diſſepimento valvis oppoſito, iiſdem mediis innaſcente, ſciſſili ab apice ad baſim in receptacula duo utrinque ſeminifera & continua valvis indè ſemibilocularibus. Caulis herbaceus aut fruteſcens. Folia ſæpiùs oppoſita. Flores ſæpiùs oppoſiti.

I. Stamina quatuor didynama.

ACANTHUS, T. L. * *Acante.* Bärenklau. Calix 4-partitus, laciniis 2 lateralibus intimis brevibus, 2 extimis longis labiatus; 3-bracteatus bracteis oblongis acutis, intermediâ dentato-ſpinoſâ. Corolla labiata, tubo brevi villis clauſo, labio unico inferiore maximo 3-lobo. Antheræ conniventes oblongæ erectæ, anteriùs villoſæ, ſtrigiliformes. Stigma 2-fidum. Capſula ovata loculis 1-2-ſpermis. *Herbæ caule ſimplici; foliis ſaepè maximis & pinnatifidis; flores ſpicati terminales. Species quaedam fruteſcentes ſpinoſae, foliis dentato-ſpinoſis indiviſis.*

DILIVARIA. * ACANTHUS, L. * Calix 4-partitus 3-bracteatus, laciniis & bracteis rotundatis & quaſi imbricatis. Corolla labiata, tubo coarctato brevi ſquamulis clauſo, ſuprà denticulato, infrà deſinente in labium unicum maximum ſub3-lobum. Stigma 1. Antheræ & Capſula ut in Acantho. *Frutex ſpinoſus ilicifolius; flores ſpicati axillares & terminales. Hùc* Acanthus ilicifolius *L. qui* Dilivaria *Luzonenſibus ex Camellio.*

BLEPHARIS. * ACANTHUS, L. Calix duplicatus, interior 4-fidus laciniis 2 multò majoribus, exterior 4-phyllus ciliatus; 3-bracteatus bracteis minoribus ciliatis. Corolla, antheræ, ſtigma & capſula Dilivariæ. *Herbae foliis 4 verticillatis; flores*

ſolitarii axillares & terminales Βλέφαρις *cilium*, *à bracteis ciliatis. Hùc* Acanthus Maderaſpatenſis L.

THUNBERGIA, LS. * Calix duplex, exterior 2-phyllus, interior circiter 12-partitus brevior laciniis ſubulatis. Corolla campanulata, tubo ampliato, limbo 5-lobo æquali. Stigma 2-lobum. Capſula globoſa roſtrata loculis 2-ſpermis. *Herba Barleriae affinis, caule 4-gono; flores ſolitarii axillares. Caracter ex L. Suppl.*

BARLERIA, Pl. L. * *Barreliere*, *Colaſſeau.* Calix 4-partitus inæqualis, laciniis 2 lateralibus anguſtioribus, 2-bracteatus bracteis interdùm ſpiniformibus. Corolla infundibuliformis 5-fida, laciniâ quintâ profundiore. Stamina 2, cæteris multò breviora. Stigmata 2, rariùs 1. Capſula ſub4-gona, diſſepimento abſque unguibus diſſiliente, loculis 1-2-ſpermis. *Suffrutices aut herbae; foliorum axillae in quibuſdam ſpinoſae, ſpinis ſolitariis aut geminatis; flores axillares aut terminales.*

RUELLIA, Pl. L. * *Cruſtolle.* Calix 5-partitus, ſæpè 2-bracteatus. Corolla ſubcampanulata limbo 5-lobo inæquali. Stamina biconjugata. Stigma 2-fidum. Capſula utrinque attenuata, diſſepimento dentibus elaſticis dehiſcente; ſemina pauca. *Herbae aut ſuffrutices, flores axillares aut terminales.*

II. Stamina duo.

JUSTICIA, L. * ADHATODA, T. * *Carmantine.* Juſticie. Calix 5-partitus, aut 5-fidus, ſæpè 3-bracteatus. Corolla tubo gibbo, limbo 2-labiato, ſuprà emarginato, infrà 3-fido. Filamenta 2 monanthera. Stigma 1. Capſula baſi attenuata. *Herbae aut frutices; folia raro verticillata, rariſſimè alterna; quorumdam axillae ſpinoſae; flores ſolitarii aut ſpicati, axillares aut terminales. Forma floris varia; ſpecies denuò obſervandae.*

DIANTHERA, L. * Calix 5-partitus (3-bracteatus?). Corolla tubo brevi, limbo 2-labiato, ſuprà 2-fido, infrà 3-partito lobo medio latiore. Filamenta 2, ſingula dianthera antheris alternè filamento adnatis. Stigma 1. Capſula compreſſa loculis 1-ſpermis, rariùs 2-ſpermis. *Juſticiae congener ſed 4-andra; caetera ſimilia. An ſervandum genus?*

Obs. Series apprimè naturalis, diſtinctiſſima diſſepimento elaſticè bipartito, hìnc tetrandra affinis Melampyro & cognatibus inter Pediculares, indè Lilaci & Jaſmineis capſularibus utpotè diandra. Flores plerumque bibracteati dùm axillares, tribracteati verò dùm ſpicati, bracteâ tertiâ folii floralis æmulâ.

ORDO IV.

JASMINEÆ, *LES JASMINÉES.*

CALIX tubuloſus. Corolla tubuloſa regularis (in Fraxino nulla aut tetrapetala). Stamina plerumque duo. Stylus unicus; ſtigma bilobum. Fructus capſularis (Acanthorum more) aut baccatus, nunc bilocularis diſpermus, nunc unilocularis uni, bi aut tetraſpermus. Corculum rectum planum, ſæpiùs periſpermo carnoſo involutum. Caulis fruteſcens aut rariùs arboreſcens ramis oppoſitis. Folia plerumque oppoſita. Flores oppoſitè paniculati aut corymboſi.

I. Fructus capſularis.

MAYTENUS, Mol. * *Mayten du Chili.* Calix 1-phyllus minimus 5-lobus. Corolla 1-petala campanulata integra. Stamina 2. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula parva ſubovata compreſſa, marginibus dehiſcens 2-valvis, valvis medio ſemiſeptiferis reflexis, 2-locularis 2-ſperma, ſeminibus ovato-oblongis imo loculo affixis; corculum planum in periſpermo carnoſo. *Arbuſcula Phyllireae facie; folia oppoſita aut alterna, ſempervirentia, flores ſparſi; ſemen 1 cum loculo ſaepè abortivum. Caracter ex Molinâ Chil. hiſt., & ex Feuill. Chil. 3 t. 27 & ex ſiccis fructibus Dombeyi cujus in herbario conferatur. An congener aut affinis* Bankſia *Forſt. t. 4, diſcrepans calice nullo & corollâ 4-lobâ & ſemine unico, Paſſerinae ſpecies 2-andra ex L. Suppl.*

NYCTANTHES, L. * Calix tubuloſus integer. Corolla tubuloſa limbo 5-lobo, lobis obliquis obcordatis. Antheræ ſubſeſſiles intrà tubum. Capſulæ 2 ovatæ compreſſæ erectæ, hinc planæ & in unam coadunatæ, indè paululùm convexæ, 1-loculares 1-ſpermæ non dehiſcentes; ſemina ovata plana, infimo loculo annexa. *Rami 4-goni; pedunculi axillares & terminales multiflori, pedicellis 3-floris 2-bracteatis aut 5-floris 4-bracteatis; flores plures abortivi. Ad Mogorium repellendae ſpecies Linnæanae baccatae.* Scabrita L. *eadem cum* N. arbore triſti *ex D. Vahl., licet deſcriptione diſſimilis.*

LILAC, T. * SYRINGA, L. * *Lila.* Flieder. Calix parvus 4-dentatus. Corolla tubuloſa limbo 4-partito. Stamina intrà tubum. Capſula ovata compreſſa 2-locularis, medio 2-valvis, 2-ſperma; valvæ naviculares medio (ut in Acanthis) ſemi-ſeptiferæ & ideò ſemibiloculares, ſepto bilamelloſo & dehiſcente bigeminæ. *Flores oppoſitè paniculati terminales.* HP. laciniata *interdùm 3-andra.*

HEBE, Commerſ. * Calix 4-fidus. Corolla tubo brevi, limbo 4-lobo. Stamina oblonga, ſub ſinubus corollæ ſuperioribus inſerta. Stigma 1. Capſula ovata 2-valvis 2-locularis, valvarum marginibus introflexis loculos diſtinguentibus, receptaculo ſeminifero centrali ſtipitato. Semina ... *Frutex elegans Magellanicus, folia densè oppoſita; flores oppoſiti paniculati terminales. Caracter ex Commerſ. mſſ. & ſpecimine ſicco. Deerant ſemina in capſulis vetuſtis. An* V. Decuſſatæ L. *omninò conſimilis; an Scrophulariis affinior receptaculo centrali?*

FRAXINUS, T. L. * ORNUS, Dalech. * *Freſne.* Eſche. Calix o & corolla o; aut calix 4-partitus & corolla 4-partita vel quaſi 4 petala petalis longis ligulatis. Stamina 2 hypogyna; antheræ in apetalis ſeſſiles, in corollatis filamento longo impoſitæ. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula plana linguiformis, baſi 1-ſperma; corculi periſpermum corneum. *Caulis arboreſcens, folia oppoſita, impari-pinnata aut rariſſimè ſimplicia; flores paniculati terminales.* Ornus *4-petala & hermaphrodita;* Fraxinus *apetala & polygama, floribus in alterâ plantâ hermaphroditis, in alterâ fœmineis. An genera diſtinguenda; an utpotè non monopetala, Aceribus approximanda, licèt periſpermo deſtitutis?*

II. Fructus baccatus.

CHIONANTHUS, L. * *Chionante.* Calix 4-partitus. Corolla tubo breviſſimo limbo 4-partito, laciniis longis linearibus. Antheræ ſubſeſſiles tubo inſertæ. Drupa fœta nuce ſtriatâ 1-ſpermâ. *Arbores; folia ſimplicia; flores* (*Fraxini Orni*) *corymboſi axillares & terminales, interdùm 3-andri. Hujus congener* Thouinia *Thunb. cujus corolla quaſi 4-petala tubo ſubnullo.*

OLEA, T. L. * *Olivier.* Oehlbaum. Calix parvus 4-dentatus. Corolla tubo brevi, limbo 4-fido, laciniis ovatis. Laciniæ ſtigmatis emarginatæ. Drupa nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Folia ſempervirentia, rariſſimè alterna; flores paniculati axillares aut terminales.* O. Europææ *ſemen 1 ſaepè abortivum.*

PHYLLIREA, T. L. * *Filaria.* Calix minimus 4-dentatus. Corolla brevis 4-fida. Bacca 1-locularis 1-ſperma. *Folia ſempervirentia; flores faſciculati aut ſubpaniculati axillares. Stigma ſimplex craſſiuſculum ex Linnaeo.*

MOGORIUM. * NYCTANTHES. L. * *Mogori.* Calix 8-fidus. Corolla tubuloſa, limbo 8-partito patente. Bacca ſæpè didyma, 2-locularis 2-ſperma. *Flores ſubcorymboſi terminales aut axillares, interdùm 10-12-fidi. Hùc referendae Nyctanthis ſpecies Linnaeanae baccatae.*

JASMINUM, T. L. * *Jaſmin.* Jaſmin. Calix 5-dentatus aut 5-fidus. Corolla tubuloſa, limbo 5-partito plano, laciniis obliquis. Stamina intrà tubum. Bacca 2-locularis aut 2-cocca, loculis aut coccis 1-ſpermis; ſemina arillata. *Folia ternata aut ſubpinnata, in quibuſdam alterna; pedunculi axillares aut terminales ſub3-flori, aut trichotomè multiflori. Jaſminum fruticans. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 21 p. 9-14.*

LIGUSTRUM, T. L. * *Troène.* Rainweide. Calix minimus 4-dentatus. Corolla tubo brevi, limbo 4-fido patente. Bacca 1-locularis 4-ſperma. *Folia interdùm perennia; flores paniculati terminales, interdùm 3-andri; baccae nigrae.*

Obs. Jaſmineæ capſulares Acanthis, baccatæ Viticibus confines, ab his & illis diſcrepant præcipuè corollâ regulari & periſpermo. Utroque hoc ſigno Apocineis accedentia, recedunt ſtaminum numero. Ab adjunctis anteà Solaneis ſimiliter corollatis dimoventur etiam utpotè diandræ. Fraxinum diandram, oppoſitifoliam & Chionantho conterminam hùc propterea revocavit noſter B. Juſſæus (& ipſe Linnæus in Ord. nat. 44.). aliundè Aceribus habitu & nonnullis ſignis ſimilem.

ORDO V.

VITICES, *LES GATTILIERS.*

CALIX tubuloſus, ſæpè perſiſtens. Corolla tubuloſa, limbo plerumque irregulari. Stamina ſæpiùs quatuor didynama, rariùs duo aut ſex. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut bilobum aut refractum irregulare. Semina definita, nuda aut ſæpiùs pericarpio incluſa baccato vel rariùs capſulari. Caulis in plurimis fruteſcens, in paucis herbaceus. Folia ſæpiùs oppoſita. Flores oppoſitè corymboſi, aut alternè ſpicati.

I. Flores oppoſitè corymboſi.

CLERODENDRUM, L. * Calix campanulatus 5-fidus. Corolla tubo anguſto, limbo 5-partito ſubæquali patente, laciniis ſecundis. Stamina plurimùm exſerta. Stigma 1. Bacca 1-ſperma calice perſiſtente magno cincta. *Frutices; pedunculi axillares aut terminales, trichotomè multiflori.*

VOLKAMERIA, L. * Calix turbinatus 5-fidus aut ſubinteger. Corolla longior limbo 5-partito ſubæquali patente, laciniis ſecundis. Stamina exſerta ſecunda. Stigma 2-fidum inæquale. Bacca fœta nuce geminâ, utrâque 2-loculari 2-ſpermâ, aut quatuor nucibus 1-ſpermis. *Frutices; baſis petiolorum ſaepè perſiſtens; pedunculi 3-flori terminales & axillares. Species una foliis ternis verticillatis.*

ÆGIPHILA, L. * Calix parvus campanulatus 4-dentatus. Corolla longior, limbo plano 4-fido æquali. Stamina æqualia exſerta. Stigmata 2, oblonga. Bacca 4-locularis 4-ſperma, aut abortu 1-2-ſperma, calice perſiſtente baſi cincta. *Frutices; pedunculi trichotomè multiflori, ſuprà-axillares. Hùc referenda* Knoxia ſecunda *Brownæi.*

VITEX, T. L. * *Gattilier.* Müllen. Calix brevis 5-dentatus. Corolla tubo tenui longiore, limbo plano ſubbilabiato 6-lobo inæquali Stigma 2-fidum. Bacca 4-locularis 4-ſperma. *Frutices; folia ſæpè digitata, rariùs ſimplicia aut ternata aut pinnata; flores verticillato-paniculati, ſæpè terminales, pedunculis plerumque 3-floris. An verè congener* V. pinnata L. *alternifolia?*

CALLICARPA, L. * Calix campanulatus 4-fidus. Corolla limbo 4-fido Stamina æqualia exſerta. Stigma 1. Bacca 4-ſperma. Semina calloſa. *Frutices tomentoſi; flores ſubverticillati axillares, pedunculis dichotomè aut cymosè multifloris.*

MANABEA, Aubl. * Calix turbinatus 4-dentatus. Corolla tubo brevi, limbo 4-fido æquali. Stamina exſerta. Stigma 2-fidum. Bacca 2-locularis 2-ſperma, calice cincta. *Frutex; corymbi florum terminales aut ſuprà-axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 23-25. Hùc referenda* Nuxia, *genus Borbonicum Commerſonii ineditum, cui tamen ex Autore ſtigma 1, folia 3-4 verticillata ut & paniculae.*

PREMNA, L * Calix campanulatus ſubbilobus. Corolla limbo 4-fido inæquali. Stigma 2-fidum. Bacca drupacea 4-locularis 4-ſperma; ſemina oſſea. *Arbuſculae; flores dichotomè aut trichotomè corymboſi terminales.*

PETITIA, Jacq. * Calix parvus 4-dentatus. Corolla tubo longo, limbo 4-fido. Stamina brevia. Stigma 1. Drupa fœta nuce 2-loculari, 2-ſpermâ. *Arbuſcula ramulis 4-gonis; folia oppoſita, flores oppoſitè paniculati axillares. Quarta pars interdùm demitur. Caracter ex Jacq. Americ.*

CORNUTIA, Pl. L. * Calix parvus 5-dentatus. Corolla multò longior, limbo 4-fido inæquali. Stamina quædam exſerta.

Stigma 2-fidum. Bacca 1-ſperma, calice perſiſtente cincta. *Frutices caule 4-angulo; flores axillares aut terminales paniculati, pedunculis trichotomis. Hujus fortè congener* Tittius *Rumph. amb. 3. t. 20, cui tamen limbus corollae 5-lobus.*

GMELINA, L. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla baſi tubuloſa, fauce dilatata, limbo 4-fido 2-labiato, ſuprà fornicato, infrà 3-lobo breviore. Staminum filamenta 2 craſſiora antheris bipartitis, 2 tenuiora antheris ſimplicibus. Stigma 1. Drupa globoſa nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbores ſpinoſiſſimae, ramulis oppoſitis axillaribus divaricatis ſpinaeformibus pungentibus, nudis aut folioſis; flores terminales. Habitus Catesbeae; flos Digitalis, Commerſonio inverſus.*

THEKA, Malab. * TECTONA LS. * *Tek, Bois de Tek.* Calix campanulatus 5-6-lobus. Corolla tubo brevi, limbo patente 5-6-lobo crenato. Stamina 5-6. Stigma 2-3-fidum. Drupa intrà calicem veſicarium amplum ſicca ſpongioſa, fœta nuce 3 4-loculari 3-4-ſpermâ. *Arbores ramulis 4-gonis; flores trichotomè paniculati aut corymboſi, terminales trichotomis 2-bracteatis.*

AVICENNIA, L. * Calix 5-partitus, extùs 3-ſquamoſus. Corolla tubo campanulato brevi, limbo 4-fido inæquali ſubbilabiato. Stamina 4. Stigma 2-fidum. Capſula coriacea 1-ſperma 2-valvis, ſemine 4-lamelloſo intrà capſulam germinante. *Caracter ex Linnaeo & Jacq., iterùm obſervandus praecipuè in fructu Arbores radicibus repentibus & undiquè pullulantibus; pedunculi axillares aut terminales, ſimplices aut 3-partiti, floribus oppoſitè capitatis. Effigies ſtaminis quinti corollae impreſſa ex Jacq. Stamina interdùm 5 ex Adanſonio. Stamina 6 in* Guapirâ *Aubl. Guyan. t. 119, quae Avicenniae fortè congener & iterato examine hùc referenda. Forskalius in* Sceurâ *ſuâ hùc etiam revocandâ ſemen deſcribit capſulâ deſtitutum & calice perſiſtente capſulaeformi tectum.*

II. Flores ſpicati, in ſpicis alterni.

PETRÆA, L. * Calix magnus coloratus perſiſtens, fauce 5-ſquamoſâ, limbo 5-partito longo patente ſcarioſo. Corolla calice minor, tubo brevi, limbo 5-lobo ſubæquali patente. Stamina non exſerta. Stigma 1. Capſula 2-locularis 2-ſperma, tecta imo calice ſquamis conniventibus clauſo. *Frutex ſcandens; flores laxè ſpicati terminales.*

CITHAREXYLUM, L. * *Guittarin, Bois de Guittare.* Calix campanulatus 5-dentatus aut ſubinteger. Corolla paulò longior, tubo ſupernè craſſiori, limbo plano patente 5-lobo ſubæquali. Stamina non exſerta; (rudimentum quinti ſtaminis *ex Linn.*). Stigma capitatum. Bacca fœta nuce geminâ, utrâque 2-loculari 2-ſpermâ, aut abortu 1-ſpermâ. *Arbuſculae; petioli apice*

utrinque cicatricoſi; folia quaedam ferè alterna; flores laxè ſpicati, terminales aut axillares.

DURANTA, L. * Calix truncatus, ſub5-fidus. Corolla tubo ſubcurvo, limbo 5-lobo ſubæquali. Stamina non exſerta. Stigma 1. Bacca fœta 4 nucibus 2-locularibus 2-ſpermis, calice ſuprà coarctato & perſiſtente omninò tecta, certò non infera. *Frutices ramis 4-gonis; flores laxè ſpicati axillares aut terminales. Quibuſdam ſpinae axillares.*

LIPPIA, L. * Calix (ſuperus?) 2-4-5-fidus. Corolla tubo brevi, limbo 4-5-lobo inæquali. Stamina non exſerta. Stigma 1. Capſula (infera?) 2-locularis 2-valvis 2-ſperma. *Frutice foliis oppoſitis; flores ſpicato-capitati axillares, capitulis pedunculatis. Caracter ex Linn. & Jacq. An potiùs germen ſuperum ut indicat habitùs Lantanae ſimilis? Ad Selaginem referenda ex D. Thunberg.*

LANTANA, L. * CAMARA, Pl. * Lantane. Calix 4-dentatus brevis. Corolla limbo 4-lobo inæquali. Stamina intrà tubum. Stigma refractum, unciforme, ſummo ſtylo velut obliquè adnatum. Drupa nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutices, rariùs herbae, caule 4-gono; flores in capitula axillaria & pedunculata aggregati, ſinguli bracteati. Hujus congener* Carachera *Forsk. ex D. Vahl.*

SPIELMANNIA, Med. * LANTANA, L. * OFTIA, Adanſ. * Calix 5-fidus. Corolla fauce barbatâ, limbo 5-lobo ſubæquali. Stamina intrà tubum, æqualia. Stigma ut in Lantanâ. Drupa nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutex; folia ſuperiora alterna, quibus axillares flores ſolitarii.*

TALIGALEA, Aubl. * *Taligale.* Calix 4-5-fidus. Corolla fauce dilatata, limbo 5-fido inæquali. Stamina exſerta didynama, antheris baſi 2-fidis. Stigma 2-fidum. Bacca 1-locularis, fœta 2 oſſiculis 1-ſpermis. *Herba; folia pleraque alterna; flores ſpicati terminales, ſinguli 1-bracteati bracteis foliorum aemulis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 252.*

TAMONEA, Aubl. * VERBENA, L. * Calix 5-fidus. Corolla limbo 4-lobo inæquali. Staminum filamenta non exſerta, medio ſquamuloſa; 2 minora ſterilia. Stigma (4-fidum *ex Aubl.*). Bacca ſicca, calice ſuprà coarctato veſtita; nux 4-locularis 4-ſperma. *Herbae; folia oppoſita; flores ſinguli bracteati, alterni in ſpicis axillaribus oppoſitis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 268. & ex ſpecimine ſicco. Habitus Verbenae. Hùc refer* Verbenam lappulaceam L.

VERBENA, T. L. * *Verveine.* Eiſenkraut. Calix 5-fidus. Corolla limbo ſubbilabiato 5-lobo inæquali. Stamina 4 didynama, aut 2 tantùm, non exſerta. Stigma obtuſum. Semina 2-4 nuda, calice perſiſtente tecta. *Herbae aut rariùs frutices; folia quorumdam terna verticillata, caeterorum oppoſita; flores ſinguli bracteati, alternè ſpicati aut rariùs capitati, ſpicis & capitulis*

terminalibus aut oppoſitis axillaribus. Semina connectit utricularis textus, drupae tenuis inſtar, ſiccatione evanidus. Corolla V. longifloræ *longior & ſtigma 2-lobum lobo altero obtuſo, altero acuto*

PERAMA, Aubl. * Calix 4-partitus. Corolla tubuloſa, limbo 4-lobo. Stamina 4, lobis alterna ſubæqualia. Stigma 1. Semina 2-4 nuda minima. *Herba hirſuta rufeſcens; folia oppoſita ſeſſilia multinervia; flores capitati terminales ſinguli pedicellati, pedicello infrà 1-bracteato; indè receptaculum commune quaſi paleaceum. Character fructûs ex ſicco, caetera ex Aubl. Gujan. t. 18. Habitus Lippiae.*

III. Genera Viticibus affinia.

ERANTHEMUM, L. * Calix 5-fidus. Corolla tubo filiformi, limbo parvo 4-5-partito plano. Stamina 2, antheris ſubſeſſilibus interdùm exſertis. Stylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Suffrutices aut herbae; folia oppoſita aut alterna, flores ſpicati terminales. An hùc revocandae Selagines ſpicatae, licèt 4-andrae? An genus affine Piripeae & Manuleae inter Pediculares?*

SELAGO, L. * Calix tubuloſus 4-fidus inæqualis. Corolla tubo brevi aut filiformi longiori, limbo 4-5-fido æquali aut inæquali. Stamina 4 inæqualia. Stylus 1; ſtigma 1. Semen 1-2, calice tectum. *Herbae aut ſuffrutices; folia alterna; flores in plurimis Eranthemo & Verbenae affines, irregulares tubuloſi 1-2-ſpermi, alternè ſpicati terminales, ſpicâ ſimplici aut multiplici; in paucis regulares tubo brevi 2-ſpermi ſubcorymboſi terminales, forſan è genere & ordine depellendi.*

HEBENSTRETIA, L. * Calix ſpathæformis emarginatus, ſubtùs profundè fiſſus. Corolla tubuloſa irregularis, labio unico ſuperiore 4-fido. Stamina 4 inæqualia, per inferiorem corollæ rimam erumpentia. Stylus 1; ſtigma 1. Semina 2 hìnc convexa ſtriata, indè plana. *Herbæ; folia alterna linearia; flores in ſpicis terminalibus bracteati ſeſſiles ſubverticillati. Multùm affinis Selaginibus ſpicatis & ideò Verbenæ. An fructus potiùs 2-capſularis capſulis 1-ſpermis?*

Obs. Genera ordinis fruticoſa baccata herbaceis gymnoſpermis habitu non ſimilibus conſociat Lantana hìnc Citharæxylo, Vitici &c. illìnc meliùs Verbenæ affinis; nec obſtat ſtigmatis & fructûs diverſitas. Gymnoſperma ad Labiatas, baccata ad Liguſtrum accedunt; ordo igitur inter Labiatas & Jaſmineas medius. Genera ultima mono aut diſperma, ideò Verbenæ approximantur: an tamen fructus in iis capſularis, & indè quædam cum Pedicularibus affinitas?

ORDO VI.

LABIATÆ, *LES LABIÉES.*

Calix tubuloſus quinquefidus aut bilabiatus. Corolla tubuloſa irregularis, ſæpiùs bilabiata. Stamina quatuor didynama (nempè duo majora & duo minora) ſub labio corollæ ſuperiori inſerta, aut duo tantùm, cæteris duobus abortivis. Germen quadrilobum; ſtylus unicus, ex receptaculo intrà germinis lobos enatus; ſtigma bifidum. Semina quatuor nuda, erecta, baſi affixa receptaculo, in calice perſiſtente recondita; corculum abſque periſpermo. Caulis quadrangulus, oppoſitè ramoſus, plerumque herbaceus aut interdùm fruteſcens. Folia oppoſita. Flores oppoſiti, ſæpè bracteati aut ſetis ſtipati, ſolitarii vel verticillati, vel corymboſi, vel ſpicati, terminales aut axillares.

I. Stamina duo fertilia, duo abortiva.

LYCOPUS, T. L. * *Licope.* Wolfsfuſs. Calix tubuloſus 5-fidus. Corolla tubuloſa 4-loba ſubæqualis, lobo ſuperiore latiore emarginato. Stamina diſtantia. *Flores axillares verticillati ſeſſiles.*

AMETHYSTEA, L. * Calix campanulatus 5-fidus. Corolla tubuloſa ſubbilabiata 5-loba lobo infimo longiore concavo. *Flores corymboſi, axillares & terminales.*

CUNILA, L. * *Conicle.* Calix cilindricus 10-ſtriatus 5-dentatus. Corolla bilabiata, ſuperiùs erecta plana emarginata, inferiùs 3-loba. Semina intrà calicem villis clauſum. *Flores corymboſi aut verticillati, axillares & terminales.*

ZIZIPHORA, L. * Calix cilindricus longus ſtriatus hiſpidus 5-dentatus, fauce barbatus. Corolla tubuloſa longa, limbo brevi 2-labiato, ſuperiùs reflexo integro, inferiùs 3-lobo. *Flores glomerati axillares aut terminales. Habitus Thymi.*

MONARDA, L. * Monarde. Calix cilindricus ſtriatus 5-dentatus. Corolla cilindrica longior 2-labiata, ſuperiùs recta anguſta integra, involvens ſtamina, inferiùs reflexa latior 3-loba lobo medio longiore. *Flores axillares verticillati, aut capitati terminales.*

ROSMARINUS, T. L. * *Romarin.* Roſmarin. Calix apice compreſſus & 2-labiatus, ſuprà integer, infrà 2-fidus. Corolla longior 2-labiata, ſuperiùs 2-partita, inferiùs 3-fida laciniâ mediâ maximâ. Staminum filamenta (ſimplicia cum dente *ex Linn.*) corollâ longiora. *Suffrutex; flores verticillato-ſpicati terminales.*

SALVIA, T. L. * SCLAREA, T. * HORMINUM, T. * *Sauge, Sclarée, Orvale, Ormin.* Salbey. Calix ſubcampanulatus ſtriatus 2-labiatus, ſuprà 3-dentatus, infrà 2-fidus. Corolla tubo ad faucem ampliato, limbo 2-labiato, ſuperiùs fornicato emarginato, inferiùs 3-lobo, laciniis lateralibus anguſtis, intermediâ majore ſubrotundâ. Staminum filamenta 2 tranſversìm ſtipitata, ſuprà ſtípitem proprium è corollâ enatum articulata ac verſatilia, altero fine connata & antherâ ſterili inſtructa, altero diſtincta & in antheram fertilem 1-locularem deſinentia; his interjecta rudimenta 2 ſtaminum ſterilium minima glanduliformia pedicellata. *Herbæ aut ſuffrutices; flores 1-3, bracteæ aut folio axillares, ſæpè ſpicati. Filamenta ſtaminum medio ſtipitata in* Salviâ T., *extrà medium in* Sclareâ T. *Corollæ labium ſuperìus in utrâque compreſſum falcatum, in* Hormino T. *concavum cochleariforme. Stylus* S. Creticæ *duplex in Labiatis inſolitus, ſed ſemina ejuſdem abortiva.*

COLINSONIA, L. * Collinſonie. Calix 2-labiatus, ſuprà 3-dentatus, infrà 2-fidus. Corolla multò longior infundibuliformis, limbo 5-lobo inæquali, lobo inferiore longiore fimbriato. Semina 3 abortiva, 1 ſuperſtite globoſo. *Flores paniculati terminales.*

II. Stamina quatuor fertilia. Corolla unilabiata, labio ſuperiore ſubnullo.

BUGULA, T. * AJUGA, L. * *Bugle.* Günſel. Calix 5-fidus ſubæqualis. Corolla tubuloſa labiata, labio ſuperiore minimo 2-dentato, inferiore 3-lobo, lobo medio magno obcordato. *Caulis repens radicans; flores verticillato-ſpicati terminales. Corolla* B. orientalis *reſupinata.*

TEUCRIUM, T. L. * CHAMÆDRYS, T. * CHAMÆPYTIS, T. * POLIUM, T. * *Germandrée, Ivette.* Gamander. Calix 5-fidus, campanulatus *in Teucrio T.*, tubuloſus in cæteris. Corolla tubo brevi, labiata, labio ſuperiore 2-partito laciniis

ad latera reflexis. inferiore 3-lobo lobo medio majore; indè quaſi 1-labiata labio inferiore 5-lobo. Stamina intrà fiſſuram labii ſuperioris exſerta. *Suffrutices aut ſæpius herbæ; flores in* Polio T. *capitati terminales*, *in* Teucrio T. *&* Chamædri T. *axillares aut terminales ſparſi*, *ut & in* Chamæpyti T. *cui præterea calix infernè gibbus.* T. campanulati *corolla terminalis campanulata regularis 5-6-loba 5-6-andra*, *inferiores labiatæ.* T. ſpinoſi *corolla reſupinata*, *& foliorum axillæ ſpinoſæ.*

III. Stamina quatuor fertilia. Corolla bilabiata. Calix quinquefidus.

SATUREIA, T. L. * CALAMINTHA, T. * THYMBRA, T. * THYMUS, T. * *Sarriete.* Saturey. Calix ſtriatus. Corolla limbo 5-lobo ſubæquali. Stamina diſtantia. *Flores verticillati in* Thymbrâ T., *capitati terminales in* Thymo T., *axillares pedunculati pedunculis in* Satureiâ T. *1-3-floris*, *in* Calaminthâ T. *multifloris*; *folia quorumdam punctata*; *caules interdùm ſublignoſi.*

HYSSOPUS, T. L. * *Hyſope.* Yſop. Calix ſubſtriatus. Corollæ tubus calici æqualis, limbus 2-labiatus ſuprà brevis emarginatus, infrà 3-lobus lobo medio majore obcordato crenato. Stamina diſtantia. *Pedunculi multiflori axillares. Corolla* H. Lophanti *reſupinata. An verè congener* H. nepetoïdes *cujus flores densè ſpicati terminales*, *caulis altiſſimus*, *habitus diſpar.*

NEPETA, L. * CATARIA, T. * *Cataire.* Nepte. Corollæ tubus longus incurvus, faux patens, limbus 2-labiatus, ſuprà emarginatus, infrà 3-lobus lobis 2 lateralibus breviſſimis reflexis, medio majore crenato concavo. Stamina approximata. *Flores verticillato-ſpicati aut paniculati terminales*, *pedunculis multifloris. Bracteæ quarumdam latiores*, *verticillis ſubjectæ.* *)

PERILLA, L. * Calicis lacinia ſuperior breviſſima. Corolla ferè Nepetæ, lobo medio non crenato. Stamina diſtantia. Stylus 2-partitus. *Flores ſubſpicati axillares.*

HYSTIS, Jacq. * Calix turbinatus 5-fidus ſubæqualis. Corolla parva infundibuliformis paulo longior, fauce ampliatâ, limbo patens labiata, ſuperiùs erecta 2-fida, inferiùs 2-loba, lobo medio majore concava. Stamina in labium inferius declinata. Frutices, ſuffruticeſve; flores minimi, in H. *verticillatâ*

(* *Byſtropogon* D. L'Herit. Sert. Angl. complectens n. pectinatam & Ballotam ſuaveolentem L. ex ipſo diſtinguitur calice 5-ariſtato ad faucem barbato, lobo corollæ infimo productiore, ſtaminibus diſtantibus.

axillares diſtincti ſubſeſſiles, quaſi verticillati: in H. *capitatâ* (eadem cum Meliſſâ Plum. ic. 163. f. 2. Seu Clinopodio rugoſo L.) capitati 1-ſtigmatoſi axillares, capitulis ſolitariis, longiùs pedunculatis, involucro polyphyllo cinctis. Caracter ex Jacq. Collect. 1. p. 101. 102. & Icon. rar. 113. 114. qui corollam a Staminibus declinatis reſupinatam judicat & indè nomen ducit. An inſuper Stamina ſub labio inferiore inſerta ut in Corollâ Ocymi ſic verè reſupinatâ?

LAVANDULA, T. L. * STÆCHAS, T. * *Lavande, Spic, Stæchas.* Lavendel. Calix ovatus dentatus bracteâ ſuffultus. Corolla reſupinata, longior, limbo 5-lobo ſubæquali. Stamina non exſerta. *Suffrutices aut herbæ; flores ſpicati terminales. Spica* Lavandulæ T. *ſimplex longior*, Stæchadis T. *denſa brevior coronata comâ foliaceâ.*

SIDERITIS, T. L. * STACHYS, T. * MARRUBIASTRUM, T. * *Crapaudine.* Corolla calici æqualis aut ſæpiùs longior, limbo ſubæquali, ſuprà 2-lobo, infrà 3-lobo lobo medio latiore crenulato. Stamina non exſerta. Stigma alterum longius breviore altero involutum. *Suffrutices aut herbæ, plures caneſcentes; flores verticillato-ſpicati terminales; verticilli quorumdam non bracteati, plurimorum cincti bracteis ſeu foliis floralibus cymbiformibus ſæpè criſtatis. Corolla* Marrubiaſtri T. *vix calici æqualis, ejuſdem labium ſuperius in* Sideritide T. *erectum in* Stachy T. *ſubfornicatum.*

MENTHA, T. L. * *Menthe.* Münze. Corolla calice paulò longior 4-loba ſubæqualis, lobo ſuperiore latiore emarginato. Stamina diſtantia. *Herbæ odoratiſſimæ; flores verticillati axillares, aut verticillato-ſpicati terminales.*

GLECOMA, L. * CALAMINTHA, T. * *Terrette, Lierre terreſtre.* Gundelrebe. Corolla calice ſtriato duplò longior, labiata, ſuperiùs 2-fida, inferiùs 3-fida laciniâ mediâ majore emarginatâ. Antheræ per paria in geminam crucem conniventes. *Herba repens; flores axillares.*

LAMIUM, T. L. * *Lamier.* Bienenſaug. Calix 5-dentatus ariſtatus, apice patens. Corolla longior, fauce inflatâ utrinque dentatâ dentibus reflexis, limbo labiato, ſuprà fornicato ſæpè integro, infrà breviore 2-lobo. *Folia floralia ſæpè ſeſſilia; flores axillares ſeſſiles ſubverticillati, bracteis ſetaceis; corolla ſaepè pubeſcens in paucis ad limbum ſerrulata.*

GALEOPSIS, T. L. * *Galéope, Chambreule.* Hohlzahn. Calix 5-dentatus ariſtatus, interdùm pungens. Corolla tubo brevi, fauce paululùm dilatatâ 2-dentatâ, limbo labiato ſuprà fornicato ſubcrenato, infrà 3-lobo, lobis lateralibus parvis, medio majore emarginato crenato. *Flores verticillati axillares, bracteis ſubulatis. Corolla* G. Ganeobdolonis *dentibus deſtituta.*

BETONICA, T. L. * *Bétoine.* Betonie. Calix 5-ariſtatus. Corolla longior, tubo incurvo, limbo labiato, ſuprà erecto ſubrotundo integro, infrà 3-fido, lacinulâ mediâ latiore emarginatâ. *Caules ſaepè ſimplices; flores verticillato-ſpicati terminales.*

STACHYS, T. L. * GALEOPSIS, T. * BETONICA, T. * MARRUBIASTRUM, T * SIDERITIS, T. * Bulkiskraut. Calix angulatus 5-dentatus acuminatus. Corolla tubo brevi, labiata, ſuprà fornicata emarginata, infrà lateribus reflexa 3-fida, laciniâ mediâ majore emarginatâ. Stamina poſt deflorationem ad latus utrinque reflexa. *Flores axillares aut verticillato-ſpicati verticillis bracteatis, proximis aut diſtantibus. Corolla calice brevior in* Marrubiaſtro T., *ejuſdem labium ſuperius in diverſis diverſum. Ramuli* S. ſpinoſæ *apice pungentes.*

BALLOTA, L. * BALLOTE, T. * *Ballote.* Zahnloſe. Calix 5-gonus 10-ſtriatus 5-dentatus, apice patens. Corolla longior, ſæpè villoſa, labiata, ſuperiùs concava crenata, inferiùs 3-loba lobo medio majore emarginato. *Flores axillares bracteati bracteis anguſtis, ſeſſiles aut pedunculati pedunculis multifloris ſecundis.*

MARRUBIUM, T. L. * PSEUDODICTAMNUS, T. * *Marrube.* Andorn. Calix 10-ſtriatus, in paucis 5-dentatus, in pluribus 10-dentatus denticulis alternis minoribus. Corolla calice paulò longior, labiata, ſuperiùs anguſta ſæpiùs 2-fida, inferiùs 3-fida laciniâ mediâ latiore emarginatâ. *Flores verticillati ſeſſiles, bracteis numeroſis linearibus. Corollae labium ſuperius erectum & folia ovata in* Marrubio T., *idem fornicatum & folia cordata in* Pſeudodictamno T. *cui praetereà calix ſuprà ſemina coarctatus limbo complanato. Labium idem in* M. criſpo *integrum, in* M. hiſpanico *3-4-fidum, memorante Linnaeo.*

LEONURUS, L. * CARDIACA, T. * MARRUBIASTRUM, T. * *Agripaume.* Wolfstrapp. Calix 5-gonus 5-dentatus acuminatus. Corolla ſæpè vix longior calice, labiata, ſuperiùs villoſa integra concava, inferiùs reflexa 3-partita ſubæqualis. Antheræ punctis nitidis adſperſæ. *Flores axillares verticillati ſeſſiles, verticillis multibracteatis ſaepè numeroſis, versùs apicem ſensim minoribus. Corolla* Marrubiaſtri T. *brevior, caeterorum varia.*

PHLOMIS, T. L. * LEONURUS, T. * Phlomis. Calix angulatus 5-dentatus. Corolla oblonga labiata, ſuperiùs villoſa fornicata compreſſa incumbens ſub2-fida, inferiùs 3-fida laciniâ mediâ majore 2-lobâ. Antheræ non punctatæ. *Suffrutices aut herbae; flores verticillati axillares; verticilli ſeſſiles multibracteati aequales aut rariùs versùs apicem inaequales.* Leonuri T. *calix 7-dentatus longior ut & labium corollae ſuperius.*

MOLUCELLA, L. * MOLUCCA, T. * *Molucelle.* Moluccelle. Calix maximus turbinatus, limbo campanulatus dentato-ſpinoſus,

ſpinoſus, dente ſuperiore remotiore. Corolla minor labiata, ſuperiùs integra concava, inferiùs 3-fida laciniâ mediâ productiore emarginatâ *Flores axillares verticillati ſeſſiles, bracteis ſubulatis ſpinoſis Calix* M. ſpinoſæ *7-dentatus ſpinoſior.*

IV. Stamina quatuor fertilia. Corolla bilabiata. Calix bilabiatus.

CLINOPODIUM, T. L. * *Clinopode.* Borſthülle. Calicis limbus ſuprà 3-fidus, infrà 2-partitus. Corolla fauce ſenſim ampliata, labiata, ſuperiùs erecta emarginata, inferiùs 3-fida lacinulâ mediâ majore emarginatâ. (Stigma 1 *ex Linn.*). *Flores axillares verticillati, multibracteati bracteis ſetaceis involucrantibus, aut (in* C. rugoſo*) capitati axillares capitulis ſolitariis pedunculatis.*

ORIGANUM, T. L. * MAJORANA, T. * *Origan, Marjolaine.* Doſten. Calix inæqualis varius, nunc 2-labiatus aut 2-partitus, nunc ſub5-dentatus. Corolla tubo compreſſo, labiata; ſuperiùs erecta emarginata, inferiùs 3-fida ſubæqualis. Flores densè ſpicati, bracteis ovatis imbricatis 1-floris coloratis. *Spicæ plures eidem pedunculo axillari aut terminali innaſcentes; longiores in* Origano T., *breviores 4-gonæ in* Majoranâ T., *cui prætereà calix ſuprà fiſſus. Labium corollæ inferius in* O. calcarato J. (*Tourn. it. 1. p. 240. fig.*) *baſi calcaratum calcare brevi; ſuperius integrum.*

THYMUS, T. L. * SERPILLUM, T. * THYMBRA, T. * CLINOPODIUM, T. * *Thim, Serpolet.* Thymian. Calicis faux villis clauſa, limbus labiatus, ſuprà 3-dentatus, infrà biſetus aut 2-fidus, (5-ſetoſus in *Thymbrâ T.*). Corolla brevis labiata, ſuprà emarginata, infrà 3-loba lobo medio latiore (emarginato in *Clinopodio T.*). *Herbæ humiles odoræ; folia parva; flores glomerati axillares & ſæpiùs terminales & caulis perennis, erectus in* Thymo T., *proſtratus in* Serpillo T.; *iidem verticillati axillares in* Thymbrâ T. *perenni &* Clinopodio T. *annuo. Capitula* T. cephalotos *magna ut & bracteae florales. Stamina* T. vulgaris *jamdiù taleis non ſeminibus propagati ſaepè ſterilia.*

THYMBRA, L. * Calix Thymi, non intùs villoſus, ſed extùs utrinque lineâ villoſâ exaratus. Corolla labiata, ſuprà 2-fida; infrà 3-fida ſubæqualis. Stylus ſemibifidus. *Flores verticillato-ſpicati terminales. Habitus Thymi*

MELISSA, T. L. * CALAMINTHA, T. * *Méliſſe, Citronelle, Calament.* Meliſſe. Calix aridus, ſuprà planus 3-dentatus, infrà 2-fidus. Corolla labiata, ſuperiùs ſubfornicata 2-fida, inferiùs 3-loba lobo medio obcordato. *Herbae aut rarò ſuffrutices; flores axillares, breviùs pedunculati in* Meliſsâ T., *longiùs*

pedunculati pedunculis multifloris in Calaminthâ T. *cujus inſuper calix intùs, ut in Thymo, villis clauſus, memorante D. Lamark: an indè reſtituendum genus?*

DRACOCEPHALUM, T. L. * MOLDAVICA, T. * RUYSCHIANA, Boerh. * *Dracocephale, Moldavie.* Drachenkopf. Calix 5-fidus, 2-labiatus *in Moldavicâ T.*, ſubæqualis in cæteris. Corolla fauce inflata, labiata, ſuperiùs fornicata, integra *in Dracocephalo T.*, emarginata in aliis, inferiùs 3-loba, laciniis lateralibus brevibus erectis, mediâ majore & productiore, integrâ aut 2-lobâ. *Herbae aut rarò ſuffrutices; flores verticillato-ſpicati terminales, aut pedunculi axillares uni vel multiflori, bracteati bracteis latis interdùm ciliatis, in* D. Virginiano *anguſtis minimis.*

HORMINUM, L. * Calix turbinatus ſtriatus, ſuprà 3-dentatus, infrà 2-fidus. Corolla duplo longior cylindrica labiata, ſuprà concava 2-fida, infrà 3-loba. *Folia pleraque radicalia, caules ſimplices; flores laxè verticillato-ſpicati. An Meliſſae congener?*

MELITTIS, L. * MELISSA, T. * *Meliſſot.* Immenblatt. Calix turbinatus magnus 3-fidus, inæqualiter 2-labiatus, tubo corollæ amplior. Corolla duplò longior, magna, limbo dilatato patente labiato, ſuprà integro plano, infrà 3-lobo lobis magnis inæqualibus integris aut crenatis. *Flores 1-3 axillares, non bracteati.*

GERMANEA, Lamark. * Calix parvus 5-fidus 2-labiatus, laciniâ unicâ ſuperiore majore. Corolla labiata, reſupinata, ſuperiùs baſi breviter calcarata, 3-loba lobo medio cordato longiore, inferiùs minor concava, integra aut undata. *Flores laxè verticillato-ſpicati terminales, & foliis ſupremis axillares. Genus idem cum Plectrantho. L'Herit. Faſc. t. 41-42.*

OCIMUM, T. L. * *Baſilic.* Baſilicum. Calix labiatus, ſuprà latior orbiculatus, infrà 4-fidus. Corolla tubo brevi, labiata, reſupinata, ſuperiùs 4-loba æqualis, inferiùs longior indiviſa crenata. Staminum filamenta declinata, quorum 2 breviora baſi proceſſum emittentia. *Herbae aut ſuffrutices ſuaveolentes; flores laxè verticillato-ſpicati terminales & axillares.*

TRICHOSTEMA, L. * Calix labiatus, ſuprà 3-fidus, infrà brevior 2-fidus. Corolla tubo brevi, labiata, ſuperiùs compreſſa falcata, inferiùs 3-loba lobo medio minimo oblongo. Staminum filamenta longiſſima incurva. *Pedunculi axillares & terminales, dichotomè multiflori. An verè congener* T. brachiata *cujus ſtamina non exſerta & corolla ſuperiùs 4-fida erecta, inferiùs indiviſa longior deflexa?*

BRUNELLA, T. * PRUNELLA, L. * *Brunelle.* Braunelle. Calix labiatus, ſuprà planus truncatus 3-dentatus, infrà 2-fidus anguſtior. Corolla labiata, ſuperiùs concava integra aut

2-loba, inferiùs 3-loba lobo medio majore emarginato. Staminum filamenta apice 2-furca ſeu 2-dentata, dente altero antherifero, altero nudo. Stigma 2-fidum, aut rariùs 4-fidum. *Caules ſaepè ſimplices; flores denſè verticillato-ſpicati terminales, bracteis verticillorum magnis ciliatis, aut laciniatis. Hujus verè congener ex D. Lamark* Cleonia L. *diſcrepans ſtigmate 4-fido & bracteis laciniatis.*

SCUTELLARIA, L. * CASSIDA, T. * *Toque.* Helmkraut. Calix breviſſimus, labio utroque integro, ſquamulâ concavâ ſuperiùs incumbente. Corolla multò longior, baſi flexa, limbo labiata, ſuperiùs compreſſa fornicata ad ortum 2-dentata, inferiùs latior emarginata. Stigma vix 2-fidum. Calix poſt floreſcentiam clauſus, fovens ſemina. *Herbae, quaedam lignoſae; flores ſolitarii axillares nudi, aut ſpicati terminales bracteati, bracteis ſeu foliis floralibus 1-floris.*

PRASIUM, L. * GALEOPSIS, T. * Calix turbinatus labiatus, ſuprà latior 3-fidus, infrà 2-fidus. Corolla longior labiata, ſuperiùs concava emarginata, inferiùs latior 3-fida laciniâ mediâ majore. Semina 4 baccata. *Frutices; flores 1-2 axillares non bracteati.*

PHRYMA, L. * Calix cilindricus tenuis labiatus connivens, ſuprà longior 3-fidus laciniis ſubulatis, infrà 2-dentatus. Corolla longior labiata, ſuperiùs brevis emarginata, inferiùs major 3-fida laciniâ mediâ productiore. Stigma minimum ſub-2-fidum. Semen unicum *ex Linn.*, calice tectum cernuo. *Flores oppoſitè ſpicati terminales; ſingulis bracteae 3 minimae lineares. An verè 1-ſperma: an indè affinior Verbenae, licèt oppoſitiflora?*

OBS. Facilis ordo & apprimè naturalis, difficilis ideò generum diſtinctio ac diſtributio. Sectiones Tournefortius deduxit ex corollæ formâ, Linnæus ex formâ calicis, Adanſonius ex bractearum præſentiâ aut defectu. Huic fortè poſteà aſſentiendum, poſthabitis formæ ſignis plerumque inanibus; ſed immutanda priùs plura Linnæi genera & ſpecies iterùm à Monographis obſervandæ omnes, quæ nunc intereà ſecundùm Linnæanam diſponuntur ſeriem, diandris ad tetrandras revocatis.

ORDO VII.

SCROPHULARIÆ, *LES SCROPHULAIRES.*

CALIX diviſus, ſæpè perſiſtens. Corolla ſæpè irregularis, limbo diviſo. Stamina ſæpè quatuor didynama, rariùs duo. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut bilobum. Fructus capſularis, bilocularis, apice aut penitùs bivalvis, valvis (rarò bipartitis) intùs nudis concavis, receptaculo centrali ad ambitum marginato utrinque ſeminifero, diſſepimenti vicem ſupplente, & valvis parallelo ſeu earumdem marginibus circùmappoſito. Semina ſæpè numeroſa & minuta. Caulis herbaceus aut rariùs fruteſcens. Folia oppoſita aut alterna. Flores bracteati.

I. Stamina quatuor didynama.

BUDDLEIA, L. * *Buleje.* Calix 4-fidus parvus. Corolla tubuloſa aut ſubcampanulata, 4-fida. Stamina brevia, non exſerta. Stigma 1. Capſula oblonga, valvis bipartitis, indè 4-valvis. *Frutices ramis & foliis oppoſitis; flores terminales, ſpicati aut corymboſi aut capitati. Genus Viticibus habitu compar, fructu diſſimile.*

SCOPARIA, L. * Calix 4-fidus. Corolla tubo brevi, fauce hirſutâ, limbo 4-lobo. Stamina 4, non exſerta. Stigma 1. Capſula ſphæricea. *Suffrutex; folia verticillata 3-4; flores axillares. Capſula ſicca, contracto diſſepimenti margine, 1-locularis.*

RUSSELIA, Jacq. * Calix 5-partitus, laciniis apice ſetaceis. Corolla tubuloſa, fauce piloſâ, limbo patente 2-labiato, ſuprà emarginato, infrà 3-lobo longiore. Stamina 4 didynama, non exſerta. Stigma 1. Capſula ſtylo acuminata (1-locularis *ex Jacq.*) 2-valvis polyſperma *Frutex ſarmentoſus, ramulis pendulis; folia oppoſita; pedunculi 2-3 flori axillares ſolitarii; pedicellis bracteatis. Caracter ex D. Jacquin Americ. Fructus iterùm examinandus.*

CAPRARIA, L. * Calix 5-partitus. Corolla campanulata, tubo brevi, limbo 5-fido ſubæquali. Stamina 4, ſubdidynama. Stigma 2-lobum. Capſula acuminata, valvis margine introflexis, interdùm 2-partitis. *Frutices aut herbæ; folia verticillata 3, aut oppoſita, aut alterna; flores axillares.*

STEMODIA, L. * Calix 5-fidus. Corolla tubuloſa, limbo 4-lobo ſubbilabiato. Filamenta 4, ſingula apice 2-fida & 2-antherifera; (antheræ forsan 1-loculares?). Stigma 1. Capſula oblonga, lateribus ſulcata. *Frutex; folia alterna aut oppoſita; flores axillares ſolitarii 2-bracteati. Habitus Caprariæ biflora. Caracter ex Linnaeo.*

HALLERIA, L. * Calix minimus 3-lobus inæqualis perſiſtens. Corolla magna infundibuliformis, fauce ventricoſâ, limbo erecto obliquo 4-fido inæquali, laciniâ ſummâ majore emarginatâ. Stamina 4 didynama. Stigma 1. Bacca (aut potiùs capſula ſubbaccata?) ſubrotunda, ſtylo acuminata, 2-locularis polyſperma. *Frutex; folia oppoſita; pedunculi 1-2 axillares 1-flori. Habitus ordinis Viticum, ſed fructus ut in Caprariâ & Scrophulariis acuminatus polyſpermus & ideò fortè capſularis intùſque ſimilis.*

GALVEZIA, Dombey. * Calix 5-fidus parvus. Corolla tubuloſa, baſi ſubventricoſa, limbo 2-labiato, ſuprà 2-lobo, infrà 3-partito. Stamina non exſerta. Stigma 1. Capſula globoſa. *Frutex ramoſus; folia alterna; flores ſolitarii axillares. Caracter ex D. Dombey mſſ. & herb. Peruv. Nomen à D. Galvez in Hiſpaniâ Indiarum adminiſtro.*

ACHIMENES, Brown. * Calix hirſutus, baſi ventricoſus, collo coarctatus, 5-fidus. Corolla tubuloſa, hirſuta, baſi gibba, limbo ringens 5-fida inæqualis. Stamina ſubdidynama; antheræ in ſtigma conniventes. Stigma 2-lobum. *Herbae; folia oppoſita aut verticillata 3; flores axillares ſubſolitarii. Caracter ex Brownaeo.*

SCROPHULARIA, T. L. * *Scrophulaire.* * Calix 5-lobus. Corolla globoſa, limbo coarctato 2-labiato, ſuprà 2-loba appendice intùs ſæpè interjecto, infrà brevior 3-loba. Stigma 1. Capſula acuminata ſubrotunda, valvarum margine inferiore introflexo. *Herbae aut frutices; caulis 4-angulus, folia ſaepiùs oppoſita; pedunculi bi aut multiflori, in diviſuris 2-bracteati, oppoſiti axillares, aut terminales ſpicati vel paniculati. Corolla ex Linnaeo reſupinata. Scrophularia aquatica. v. Batſch. Anal Fl. P. II. n. 29. p. 62-70.*

MATOUREA, Aubl. * Calix 4-partitus. Corolla tubuloſa incurva, limbo bilabiato, ſuprà erecto 2-fido, infrà deflexo 3-fido inæquali. Stamina didynama. Stigma 2-lamellatum. Capſula (1-locularis *ex Aubl.*, an potiùs 2-locularis?) 2-valvis polyſperma receptaculo centrali ſeminifero. Semina minuta. *Herba*

ramis 4-gonis, folia oppoſita; flores axillares ſubſolitarii. Caracter ex Aubl Guyan. t. 253.

DODARTIA, T. L. * Calix campanulatus brevis angulatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa, limbo 2-labiato, ſuprà emarginato, infrà latiore & longiore 3-fido. Stigma 2-fidum. Capſula globoſa calice tecta. *Radix repens; caulis baſi lignoſus; folia rara, parva, diſtantia, inferiora oppoſita, ſuperiora alterna; ramuli axillares; flores laxè ſpicati terminales bracteati.*

GERARDIA, Pl. L. * Calix 5-fidus. Corolla tubuloſa, limbo ſub2-labiato inæquali 5-lobo laciniis rotundatis aut obcordatis. Stamina 4 brevia. Stigma 1. Capſula 2-valvis (diſſepimento valvis parallelo?). *In plurimis caulis erectus, folia oppoſita, flores ſolitarii axillares ſubcampanulati; in* G. tuberoſâ *folia radicalia ut & ſpicae, bracteae imbricatae 1-florae, corolla limbo rotato: an genus diverſum?*

CYMBARIA, L. * Calix 10-partitus inæqualis laciniis linearibus. Corolla tubo ventricoſo, limbo 2-labiato, ſuprà 2-partito reflexo, infrà 3-lobo obtuſo, palato prominulo. Stamina 4. Stigma 1. Capſula 2-valvis receptaculo centrali 4-angulo, angulis membranaceo-alatis, indè 2 aut 4-locularis (1-locularis *ex Linn.*). *Caulis ſubramoſus ramis oppoſitis ſterilibus; folia oppoſita; flores pauci, axillares ſubſolitarii magni; habitus Antirrhini.*

LINARIA, T. * ANTIRRHINUM, L. * *Linaire.* Calix 5-partitus. Corolla baſi calcarata, tubo inflato, limbo 2-labiato, ſuprà 2-fido reflexo, infrà 3-fido, palato ad faucem prominulo. Rudimentum quinti ſtaminis, vix conſpicuum. Stigma 1. Capſula ovata, apice foraminulis dehiſcens. *Folia ſaepiùs alterna, in quibuſdam inferiora oppoſita aut verticillata; flores axillares, aut ſaepiùs bracteati ſpicati terminales. Species quaedam palato deſtitutae; quaedam interdùm, faecundatione hybridâ, corollis onuſtae regularibus* (Peloria L.) *5-andris, baſi 5-calcaratis, limbo 5-lobis, intereà non fructiferae, ſed taleis propagandae.*

ANTIRRHINUM, T. L. * ASARINA, T. * *Muflier.* Löwenmaul. Calix 5-partitus. Corolla baſi gibba, tubo inflato, limbo 2-labiato, ſuprà 2-fido reflexo, infrà 3-fido, palato ad faucem prominulo. Rudimentum quinti ſtaminis vix conſpicuum. Stigma 1. Capſula baſi inæqualis oblonga *in Antirrhino* T., aut ſubrotunda *in Aſarinâ* T., apice foraminulis obliquè dehiſcens. *Folia alterna, rariùs inferiora oppoſita; flores ſpicati, ſinguli axillares.*

HEMIMERIS, LS. * Calix 5-partitus. Corolla rotata 5-loba inæqualis lobis medio excavatis nectariferis, laciniâ unâ majore obcordatâ. Stamina didynama antheris cordatis connatis. Stigma 1. Capſula loculo altero gibboſiore. *Folia oppoſita aut alterna. Affinis Antirrhino, ſed corollâ diſcrepans. Stamina 2 aut 4. Caracter ex Linn. fil. Suppl.*

DIGITALIS, T. L. * *Digitale.* Fingerhut. Calix 5-partitus inæqualis. Corolla baſi tubuloſa, ſuprà dilatata patens, limbo obliquè 4-lobo inæquali. Rudimentum ſtaminis quinti vix conſpicuum. Stigma ſimplex aut 2-lamellatum. Capſula ovata acuminata. *Folia alterna, flores ſpicati terminales. Species una fruticuloſa.*

II. Stamina duo.

PÆDEROTA, L. * Calix 5-partitus, laciniis linearibus. Corolla tubuloſa ringens, limbo hiante 2-labiato, ſuprà integro aut emarginato, infrà 3-fido. Filamenta ſtaminum filiformia. Stigma 1. Capſula ovata 4-valvis. *Herbae; folia oppoſita; flores axillares aut ſpicati terminales. Hujus congener* Wulfenia *Jacq. quae diſcrepat foliis radicalibus confertis, caulinis minimis remotis, ſpicâ florum terminali diſtichâ ſecundâ, fauce corollae barbatâ, ſtaminibus non exſertis.*

CALCEOLARIA, Feuill. L. * *Calcéolaire.* Calix 4-lobus. Corolla tubo breviſſimo, limbo 2-labiato, ſuprà minimo, infrà magno inflato concavo calceiformi, inflexo & in tubi faucem prono. Stamina brevia antheris recurvis. Stigma 1. Capſula conica, apice 4-valvis. *Herbae; plurimis folia oppoſita, pedunculi uni aut multiflori, axillares aut corymboſi terminales; paucis Commerſonianis folia radicalia, ſcapi 1-2-flori.*

BÆA, Commerſ. * *Béole.* Calix 5-partitus. Corolla tubo brevi, limbo patente 2-labiato, ſuprà 3-lobo, infrà 2-partito. Stamina filamentis craſſis arcuatis, antheris conniventibus. Stigma 1. Capſula longa corniculata contorta 2-locularis 4-valvis; valvæ ſeminibus emiſſis contortæ. *Herba Indica; folia radicalia; ſcapi uni aut multiflori, floribus ſubumbellatis. Caracter ex Commerſ. mſſ. Loculos capſulae duos non vidi, ſed valvulas 4 introflexas intùs polyſpermas, receptaculo centrali nullo. An potiùs receptaculum 4-partitum in ſingulas valvas irrepens; idem fortè in congeneribus? Habitus Calceolariarum acaulium.*

III. Genera Scrophulariis affinia, oppoſitifolia.

COLUMNEA, Pl. L. * Calix 5-partitus villoſus. Corolla multò longior, tubuloſa incurva, extùs villoſa, baſi gibba, limbo 2-labiata, ſuperiùs fornicata integra longior, inferiùs brevior 3-loba. Stamina 4 didynama antheris connexis. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula globoſa mollis 2-locularis polyſperma, diſſepimento carnoſo ſeminifero. *Herba repens aut ſcandens, oppoſitifolia; flores axillares ſubſolitarii. Achimeni congener ex Linn. ſed calice & corollae limbo diſcrepans. An diſſepimentum valvis parallelum.*

BESLERIA, Pl. L. * Calix 5-partitus. Corolla tubuloſa, baſi & apice gibba, limbo 5-lobo inæquali. Stamina 4 didynama. Germen baſi glanduloſum; ſtylus 1; ſtigma 2-fidum. Fructus mollis aut ſubbaccatus 1-locularis polyſpermus; ſemina nidulantia. *Caracter ex Linnaeo. Herbae aut frutices; folia oppoſita; pedunculi axillares ſaepè multiflori, 1-flori in B.* criſtatâ *cui praetereà ex Jacq Amer calix criſtatus, rudimentum quinti ſtaminis, ſtigma capitatum, capſula coriacea 2 valvis, valvis intùs lamellâ auctis. An indè diſſepimenti & ideò capſulae 2-locularis ſuſpicio? An diſſepimentum carnoſum?*

CYRTANDRA, Forſt. * Calix 5-fidus inæqualis. Corolla irregularis tubuloſa incurva, fauce ampliata, limbo patens 5-loba inæqualis. Stamina 4, quorum 2 inferiora abortiva, 2 ſuperiora fertilia filamentis flexis. Stylus 1; ſtigma 2-lamellatum. Bacca oblonga 2-locularis polyſperma ſeminibus diſſepimento carnoſo utrinque convexo affinis. *Besleriae affinis. Caracter ex Forſt. deſcr. & icone.*

GRATIOLA, L. * DIGITALIS, T. * MONNIERA, Brown. * *Gratiole.* Gnadenkraut. Calix 5-partitus, baſi 2-bracteatus. Corolla tubuloſa ſtriata ſub2-labiata, ſuperiùs 2-loba aut emarginata, inferiùs 3-fida æqualis. Staminum filamenta 4, 2 fertilia, 2 ſæpiùs ſterilia; rudimentum inſuper ſtaminis quinti. Stylus 1; ſtigma 2-lobum. Capſula ovata 2-locularis polyſperma 2-valvis, valvis medio ſeptiferis, receptaculo ſeminifero centrali plano, valvularum ſeptis continuo. *Herbae; folia oppoſita; pedunculi ſolitarii axillares 1-flori. Caracter* G. officinalis *indè Pedicularibus aut Bignoniis affinior, ſed caeteris ſpeciebus minùs conveniens. Aliae enim 2-andrae calice non bracteato, ſimiliores Paederotae. Altera 4-andra fertilis* (Monniera *Brown.*) *corollâ ſubaequali inſtructa, & diſſepimento capſulae valvis parallelo, in diſtinctum diverſi ordinis genus ideò reſtauranda; ſed anteà ſcrutandus in vivis caracter Toreniae, Vandelliae, Linderniae, Gratiolae & Mimuli à Linnaeo non ſatìs diſtinctus, promiſcuis omnium ſpeciebus. Propterea hìc ſubmiſſa exhibentur genera ſupradicta, nondùm ordini in perpetuum adjecta.*

TORENIA, L. * Calix tubuloſus anguloſus 2-fidus, laciniâ ſuperiore 3-cuſpidi. Corolla tubuloſa limbo dilatato 4-lobo inæquali. Staminum filamenta 4, 2 breviora ſimplicia fertilia, 2 bifida longiora ramulo altero antherifero, altero ſterili; antheræ geminatim connexæ. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula 2-locularis polyſperma diſſepimento ſeminifero valvis parallelo. *Herbae repentes; folia oppoſita; flores ſolitarii terminales aut axillares.*

VANDELIA, L. * Calix 4-partitus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs integra, inferiùs 2-loba. Stamina 4 didynama, inſertione inæqualia, antheris per paria connexis. Stylus 1, ſtig-

mata 2. Capſula 1-locularis polyſperma. *Herba oppoſitifolia; flores ſolitarii axillares, non bracteati. Caracter ex Linnaeo. Habitus Toreniae & Vandelliae, & indè capſula fortè 2-locularis.*

LINDERNIA, L. * Calix 5-partitus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuprà breviſſima emarginata, infrà 3-fida inæqualis. Stamina 4, horum 2 inferiora filamento antheram ſuperante, dentato. Stylus 1; ſtigma emarginatum. Capſula 2-locularis (1-locularis *ex Linn.*) 2-valvis polyſperma, diſſepimento ſeminifero valvis parallelo. *Herba oppoſitifolia; flores axillares ſubſolitarii. An Congener Ambulia Lamark Dict. 1. p. 128 quæ Manga-Nari Rheid Mal. 10. t. 6.?*

MIMULUS, L. * Calix priſmaticus 5-dentatus. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs 2-fida reflexa, inferiùs 3-fida, palato prominulo. Stamina 4 didynama, antheræ reniformes. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula ovata 2-locularis polyſperma 2-valvis, valvis nervo medio connexis. *Herbae 4-gonae oppoſitifoliae, pedunculi ſolitarii axillares, ſaepiùs 1-flori, non bracteati.*

POLYPREMUM, L. * Calix 4-partitus. Corolla rotata 4-loba lobis obcordatis. Stamina 4 breviſſima. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula compreſſa emarginata, 2-locularis diſſepimento contrario, 2-valvis polyſperma. *Herba dichotoma oppoſitifolia, in dichotomiis 1-flora. Caracter ex Linnaeo. Capſula rursùm introſpicienda.*

MONTIRA, Aubl. * Calix 5-partitus patens. Corolla infundibuliformis, limbo patente 5-fido æquali. Stamina 4 didynama. Germen didymum; ſtylus 1; ſtigma ſulcatum. Capſula didyma 2-locularis 4-valvis polyſperma ſeminibus angulo loculorum interiori affixis. *Herba 4-gona oppoſitifolia; pedunculi terminales 1-3-flori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 257. An Gentianis affinior?*

IV. Genera Scrophulariis affinia, alternifolia.

SCHWALBEA, Gron. L. * Calix tubuloſo-ventricoſus, obliquè 4-fidus, laciniâ ſummâ breviore, infimâ majore emarginatâ. Corolla tubuloſa 2-labiata, ſuperiùs integra fornicata, inferiùs 3-loba æqualis. Stamina 4 didynama. Stylus 1, ſtigma 1. Capſula... 2-locularis?... *Herba caule ſimplici, alternifolia; flores axillares. Caracter ex Linnaeo.*

SCHWENKIA, Royen. L. * Calix tubuloſus ſtriatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa, fauce inflatâ plicis 5 glanduloſis ſtellatìm clausâ, limbo ſubæquali. Staminum filamenta 5, 2 ſuperiora longiora fertilia, 3 brevia ſetacea ſterilia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula compreſſa orbicularis, calice perſiſtente ampliato longior, 2-locularis 2-valvis polyſperma, receptaculo ſubglo-

boſo. *Herba alternifolia, flores axillares; habitus Browalliae cui omninò affinis. Caracter ex Linnaeo.*

BROWALLIA, L. * *Broualle.* Calix tubuloſus 5-fidus. Corolla tubuloſa, limbo plano 5-lobo ſubæquali, lobo ſupremo majore. Stamina 4, quorum 2 longiora & antheris majoribus faucem corollæ plicatam claudentia. Stylus 1; ſtigma 4-lobum. Capſula 2-locularis polyſperma, 2-valvis, valvis apice 2-fidis, diſſepimento ſeminifero plano, valvis parallelo & ab iiſdem mox & facilè ſolubili (undè capſula 1-locularis *ex Linn.*). *Herbae alternifoliae; flores axillares aut terminales. Habitus Solanearum. An verè congeneres* B. alienata L. *&* B. humifuſa *Forsk., utraque oppoſitifolia?*

Obs. Ordinem conſtituunt genera capſularia bilocularia bivalvia diſſepimento valvis parallelo, earumdem margini adnato, & perſonata id eſt corollâ irregulari inſtructa, quorum plurima tetrandra didynama, nonnulla diandra. Budleïa & congeneres, habitu ſimiles Viticibus, ſed capſulares polyſpermæ, valvis inſtruuntur ſæpè bipartitis & ideò fructu quaſi quadrivalvi aut quadripartito, ſic quodammodò Labiatis affines. Antirrhino & Digitali cæteriſque Perſonatis alternifoliis proximè accedunt Verbaſcum & aliæ Solaneæ capſulares, quinario diſcrepantes ſtaminum numero: indè in ordinum ſerie facilis à tetrandris præmiſſis ad pentandros ſubſequentes tranſitio. Quædam in ultimis ſectionibus adjecta genera utpotè didynama & perſonata, ſed nondùm ſatìs cognita, iterato tentabuntur fructûs examine ut vera pateat horum affinitas.

ORDO VIII.

SOLANEÆ, *LES SOLANÉES.*

CALIX plerumque quinquefidus aut quinquepartitus, ſæpiùs perſiſtens. Corolla plerumque regularis & quinquefida. Stamina ſæpiùs quinque, imæ corollæ plerumque inſerta. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs biſulcum. Fructus plerumque bilocularis polyſpermus, nunc capſularis bivalvis diſſepimento valvis parallelo ut in Scrophulariis, nunc ſæpiùs baccatus, receptaculis ſeminiferis centralibus medio diſſepimento

oppoſitis, ſæpè prominulis & baccam intùs bipartientibus in loculos interdùm pluriès ſemidiviſos. Corculum ſeminis farinaceo typo circumpoſitum. Caulis herbaceus aut fruteſcens. Folia alterna; in quibuſdam floralia bina ex eodem puncto naſcentia. Flores variè diſpoſiti, ſæpè extrà-axillares ſeu foliorum lateri juxtà-appoſiti & non ex axillis orti.

I. Fructus capſularis.

CELSIA, L. * VERBASCUM, T. * Calix 5-partitus. Corolla rotata patens 5-loba inæqualis. Stamina 4 didynama, filamentis villoſis. Stigma 1. Capſula 2-valvis. *Herbæ; folia ſimplicia aut pinnata; flores laxè ſpicati terminales, ſinguli 1-bracteati aut foliolo axillares.* C. creticæ *filamenta 2 glabra.*

VERBASCUM, T. L. * BLATTARIA, T. * *Molêne*, *Blattaire.* Wollkraut. Calix 5-partitus. Corolla rotata patens 5-loba inæqualis. Stamina 5 inæqualia, filamentis inclinatis baſi villoſis. Stigma 1. Capſula 2-valvis, ovata *in Verbaſco T.*, aut *in Blattariâ T.* globoſa. *Herbæ, pleræque tomentoſæ, folia quorumdam decurrentia, quorumdam petiolus appendiculatus; flores* Blattariæ T. *ſpicati more Celſiæ*, Verbaſci T. *ſpicato-paniculati bracteati, bracteis multifloris. In* V. Myconi *ſcapi 2-3-flori, & corolla 5-fida æqualis.*

HYOSCYAMUS, T. L. * *Juſquiame.* Bilſenkraut. Calix tubuloſus 5-fidus. Corolla infundibuliformis, limbo patente obliquè 5-lobo inæquali. Stigma capitatum. Capſula ovata, utrinque compreſſa & ſulco exarata, apice circumſciſſa ſeu operculata. *Herbæ; folia floralia ſæpè geminata; flores ſolitarii axillares, ſæpè ſecundi.*

NICOTIANA, T. L. * *Tabac.* Taback. Calix urceolatus 5-fidus. Corolla multò longior infundibuliformis 5-fida regularis. Stigma emarginatum. Capſula 2-valvis. *Herbæ aut rariùs ſuffrutices; flores terminales ſpicati aut paniculati. Capſula Acanthi more dehiſcens in* N. urente *indè forsàn non congeneri.*

DATURA, L. * STRAMONIUM, T. * Stechapfel. Calix magnus tubuloſus ventricoſus 5-angularis apice 5-fidus, caducus baſi orbiculatâ peltatâ perſiſtente. Corolla maxima infundibuliformis, tubo longo, limbo 5-angulari 5-plicato 5-acuminato. Stigma 2-ſulcum. Capſula echinata aut glabra, ovata 2-locularis, loculis diſſepimento prominente bi aut multipartitis; ſemina reniformia. *Herbæ viroſæ, aut rariùs arbuſculæ fruticeſve interdùm ſcandentes; folia quarumdam geminata; flores ut & ramuli, extrà-axillares ſolitarii.*

II. Fructus baccatus.

TRIGUERA, Cav. * Calix 5-fidus. Corolla campanulata irregularis, fauce dilatatâ, limbo ſubbilabiato plicato inæquali vix 5-lobo. Staminum filamenta breviſſima, baſi coalita in membranam epipetalam germini circumpoſitam; antheræ oblongæ apice poro germine dehiſcentes. Stigma capitatum. Drupa parva globoſa calice arctè ſemitecta, 4-locularis loculis 2-ſpermis. *Herbæ; pedunculi extrà-axillares 2-flori.*

JABOROSA. * *Jaboroſe.* Calix brevis 5-fidus. Corolla multò longior tubuloſa, limbo 5-fido. Stamina ſummo tubo inſerta, filamentis planis. Stigma capitatum. Fructus... *Herbæ Bonarienſes; folia radicalia; ſcapi 1-flori. Caracter ex ſiccis ſpecim. herb. Commerſ.* Jaboroſe *nomen Arabicum Mandragoræ, quæ habitu ſimilis & ferè congener.*

MANDRAGORA. T. * ATROPA, L. * *Mandragore.* Calix turbinatus 5-fidus. Corolla vix duplò longior, campanulata 5-fida. Stamina imæ corollæ inſerta, filamentis baſi dilatatis & conniventibus, apice filiformibus divaricatis. Germen baſi 2-glandulosum; ſtigma capitatum ſulcatum. Bacca globoſa, receptaculis intùs prominulis. *Herbæ macrorhizæ; folia radicalia; ſcapi inter folia conferti 1-flori.*

ATROPA, L. * BELLADONA, T. * *Belladone.* Tollbeere. Calix 5-fidus. Corolla calice ultrà duplum longior, campanulata 5-fida. Staminum filamenta filiformia; antheræ breves. Stigma capitatum 2-ſulcum. Bacca ſubrotunda calici inſidens. *Frutices aut herbæ cauleſcentes; folia ſæpiùs geminata; flores extrà-axillares, ſubſolitarii aut conferti.*

NICANDRA, Adanſ. * Calix 5-angulatus 5-partitus. Corolla major, campanulata vix 5-loba. Staminum filamenta filiformia, baſi dilatata & ſuprà germen conniventia; antheræ ovatæ. Bacca ſphæricea receptaculis prominentibus 5-locularis, exſucca, omninò tecta calice amplo 5-angulari angulis compreſſis. *Herba cauleſcens* (Atropa Phyſalodes L.) *ramoſiſſima; folia quædam geminata; flores extrà-axillares ſolitarii.*

PHYSALIS, L. * ALKEKENGI, T. * *Coqueret.* Judenkirſche. Calix 5-fidus Corolla rotata 5-fida. Antheræ oblongæ conniventes. Stigma obtuſum. Bacca globoſa, calice ampliato veſicario tecta; ſemina plurima reniformia. *Frutices aut herbae; folia quarumdam geminata; flores extrà-axillares, ſolitarii, aut plures juncti.*

WITHERINGIA, L'Herit. * Calix urceolatus ſub4-dentatus perſiſtens. Corolla tubo brevi intùs 4-foveato & mellifluo, fauce villis clausâ, limbo 4-partito, patente. Stamina 4, foveolis alterna, medio tubo adnata, filamentis villoſis brevibus

baſi utrinque appendiculatis; antheræ conniventes oblongæ, latere dehiſcentes. Stylus 1. Stigma capitatum. Fructus... baccatus 2-locularis polyſpermus. *Radices fuſiformes faſciculatae. Caules herbacei, folia alterna, floralia geminata; flores axillares. Caracter ex D. L'Herit. Sert. Angl. 33. t. 1.*

AQUARTIA, Jacq. L. Calix campanulatus limbo 2-lobo magno. Corolla rotata tubo breviſſimo, limbo 4-fido, laciniis linearibus oblongis. Stamina 4, filamentis brevibus, antheris longis apice 2-poroſis. Stigma 1. Bacca piſiformis (1-locularis ex Jacq.). *Frutex inermis aut aculeatus, tomentoſus, habitu Solani, ſed 4-ander; folia quaedam geminata; flores extrà-axillares.*

SOLANUM, T. L. * *Morelle.* LYCOPERSICON, T. * *Tomate.* MELONGENA, T. *Mélongène.* Nachtſchatten. Calix 5-fidus. Corolla rotata, tubo brevi, limbo majore 5-fido patente. Antheræ oblongæ conniventes apice poro gemino dehiſcentes. Stigma obtuſum. Bacca ſubrotunda aut rariùs oblonga, apice punctato. *Caulis herbaceus aut fruteſcens, inermis aut aculeatus aut rarò ſpinoſus; folia ſimplicia aut interdùm impari-pinnata, in plurimis geminata; pedunculi ſolitarii aut plures, uni aut multiflori, extrà-axillares aut ſparſi aut terminales. Fructus* Melongenæ T. *magnus*, Lycoperſici T. *toruloſus loculis ſemi-partitis. Huic flos interdùm 6-7-diviſus, & ex Adanſ. antherae connatae, ſemina villoſa. Solanum pſeudocapſicum. v. Batſch Anal. Fl. n. 18. f. 88-93.*

CAPSICUM, T. L. * *Piment.* Beiſsbeere. Calix, corolla, antheræ & ſtigma Solani. Bacca exſucca, polymorpha, ſeminibus compreſſis. *Suffrutices aut herbae; folia geminata; flores extrà-axillares ſolitarii; ſemina piperita.*

LYCIUM, L. * JASMINOÏDES, T. * *Le Liciet.* Wolfsdorn. Calix urceolatus brevis, 5-fidus aut 5-dentatus. Corolla longior tubuloſa, limbo erecto 5-lobo aut plano 5-partito. Staminum filamenta baſi tumida & villoſa, mediæ corollæ infixa, intrà limbum erectum latentia, ſuprà planum exſerta; antheræ ſubrotundæ. Stigma 2-ſulcum. Bacca ſubrotunda; ſemina reniformia. *Frutices plerique ſpinoſi, ramulis apice pungentibus; folia interdùm faſciculata; flores axillares ſolitarii aut geminati.*

CESTRUM, L. * JASMINOÏDES, T. * *Ceſtreau.* Calix urceolatus brevis 5-dentatus. Corolla multò longior infundibuliformis, tubo gracili ſensim dilatato, limbo plicato 5-fido. Staminum filamenta mediæ corollæ inſerta, baſi nuda & ſæpè denticulata, non exſerta; antheræ ſubrotundæ. Stigma obtuſum. Bacca ovata, 2-locularis; ſemina ſubrotunda. *Frutices; pedunculi axillares multiflori. Corolla Jaſmini ſed 5-andra. Bacca 1-locularis ex Linn.*

III. Genera Solaneis affinia.

BONTIA, Pl. L. * Calix parvus 5-fidus perſiſtens. Corolla multò longior tubuloſa, limbo 2-labiato, ſuprà erecto emarginato, infrà revoluto hirſuto ſemi 3-fido. Stamina 4 didynama (3 *ex Dill. Elth.*). Stylus 1; ſtigma 2-lobum. Bacca olivæformis acuminata, intùs ſuberoſa 2-locularis (oſſiculo 1-nucleo fœta *ex Plum.*) loculis diſſepimento elevato 2-partitis, ſingulo ſemiloculo 1-2-ſpermo. *Arbuſcula*; *folia alterna*; *flores ſolitarii axillares* (*an 5-andri filamento quinto ſterili?*). *Caracter fructus ex ſicco*, *undè Solaneis aut Scrophulariis affinis.*

BRUNSFELSIA, Pl. L. * Calix campanulatus 5-dentatus brevis. Corolla magna infundibuliformis, tubo longiſſimo, limbo plano 5-lobo ſubæquali. Stamina 5 inæqualia, quorum 1 ſterile, antheræ reniformes. Stylus 1; ſtigma capitatum. Bacca Ceraſo major, 1-locularis *ex Linn.* (an potiùs 2-locularis?) polyſperma receptaculo ſeminifero centrali carnoſo magno. *Arbuſcula*; *folia alterna*; *flores ſolitarii axillares aut plures terminales.* (*Planta didynamia Ehrhart. U.*)

CRESCENTIA, L. * CUJETE, Pl. * *Calebaſſier*, *Couis.* Calix 2-partitus æqualis deciduus. Corolla magna ſubcampanulata tubo inæquali ventricoſo incurvo, limbo erecto 5-fido inæquali, laciniis dentato-ſinuatis. Stamina 4 didynama (interdùm 5 *ex Jacq.*); antheræ incumbentes. Stylus 1; ſtigma capitatum, 2-lamellatum *ex Jacq.* Bacca maxima cucurbitina 1-locularis cortice ſolido, intùs pulpoſa polyſperma; ſemina numeroſa, in pulpâ nidulantia ſubcordata 2-locularia. *Arbuſculae*; *folia magna alternè faſciculata*, *aut alterna*; *flores in trunco aut ramis ſubſolitarii. An verè congener* C. Jaſminoïdes *Lamark dict.* (*Cateſb. 1. t. 59.*), *cui calix tubuloſus*, *corolla tubuloſa Jaſminoïdea*, *flores racematìm terminales.*

OBS. Naturalis Solanearum ſeries plurima complectitur genera, alia capſularia, alia baccata, ab invicem ſecedere neſcia, quibus plerumque corolla regularis pentandra & fructus bilocularis & corculum periſpermo inſtructum & folia alterna. Scrophulariis capſularia conſentiunt diſſepimento ſimiliter valvis parallelo; accedunt baccata Borragineis & præprimìs Cordiæ cæteriſque habitu conformibus, ſed oligoſpermis & periſpermo deſtitutis. An rectè ordini inſiſtant Creſcentia, Brunsfelſia & Bontia, quibuſdam affines ſignis, quibuſdam diſpares: an eædem an Solaneæ omnes periſpermo inſtructæ; an his Nolana affinior quàm Borragineis? An iiſdem addenda Solandra D. Banks, nondùm in horto Pariſienſi florida, ſed habitu ſimilis Daturæ arboreæ?

ORDO IX.

BORRAGINEÆ, *LES BORRAGINÉES.*

CALIX quinquedivifus perſiſtens. Corolla plerumque regularis. Stamina ſæpiùs quinque. Germen ſimplex aut quadrilobum; ſtylus unicus; ſtigma bifidum aut ſulcatum aut ſimplex. Semina ſæpiùs quatuor, nunc incluſa pericarpio capſulari aut baccato, nunc nuda (gymnoſperma *Linn.*) imo ſtylo obliquè applicita & calice perſiſtente plerumque cincta. Corculum abſque periſpermo. Caulis in plurimis herbaceus, in paucis frutescens arboreuſve. Folia alterna, ſæpè aſpera.

I. Fructus baccatus. *Caulis fruteſcens aut arboreus.*

PATAGONULA, L. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla rotata tubo breviſſimo, limbo plano 5-partito. Antheræ ſubrotundæ. Stylus apice bis 2-fidus; ſtigmata 4. Capſula ovata acuminata inſidens calici plurimùm ampliato 5-partito. *Caracter ex Linnaeo. Frutex Alaterni facie; flores ſubcorymboſi terminales. Stylus Cordiae. An fructus verè capſularis?*

CORDIA, Pl. L. * SEBESTENA, CB. * *Sebeſtier.* Calix tubuloſus apice dentatus. Corolla tubo æquali aut longiore, limbo 5-partito aut rariùs 4-8-partito. Stamina 5, rariùs 4-8, antheris oblongis. Stylus apice bis 2-fidus; ſtigmata 4. Drupa calici accreta, fœta nuce 4-loculari 4-ſpermâ, loculis ſæpè 2-3 abortivis. *Arbores aut frutices; folia ſcabra; flores paniculati aut corymboſi, terminales & axillares, partium numero & formâ varii, in* C. ſpineſcente *campanulati. An genere diſtinguendae ſpecies* (C. myxa L.) *quibus corolla limbo 6-8-dentato, 6-8-andra, & fructus intùs pulpoſo-viſcoſus, abortu 1-2-ſpermus? An Aubletianae ſpecies omninò congeneres?*

EHRETIA, L. * *Cabrillet.* Calix 5-fidus. Corolla tubuloſa limbo 5-lobo. Antheræ ſubrotundæ. Stylus 1, ſtigma 2-lobum. Bacca 4-locularis 4-ſperma, bipartibilis in 2 hemiſphæria 2-locularia. *Arbores aut frutices; folia laevia aut ſcabra; flores panicu-*

lati terminales & axillares E. Bourreriæ *fructus ſciſſilis in 4 partes, ſingulas 2 loculares 2-ſpermas.*

MENAIS, L. * Calix 3-partitus perſiſtens. Corolla hypocrateriformis, tubo longiore, limbo plano 5-partito. Antheræ ſubulatæ ſubſeſſiles in fauce corollæ. Stylus 1; ſtigmata 2 oblonga. Bacca globoſa 4-locularis 4-ſperma. *Caracter ex Linn.; Frutex? .. folia integra aſpera. An Ehretiae congener?*

VARRONIA, L. * Calix tubuloſus 5-dentatus. Corolla tubuloſa limbo 5-partito patente. Antheræ incumbentes. Stylus 1; ſtigmata 4. Drupa calice tecta, fœta nuce 4-loculari 4 ſpermâ. *Frutices; folia ſaepiùs ſcabra, interdùm ſuboppoſita, petiolo quandoque perſiſtente & tunc ſpiniformi; pedunculi axillares aut terminales multiflori, floribus glomeratis aut ſpicatis ſpicâ clavatâ.*

TOURNEFORTIA, L. * PITTONIA, Pl. * Calix parvus 5-partitus. Corolla tubuloſa, tubo infrà globoſo, limbo patente 5-fido. Stamina non exſerta. Stylus 1. Stigma integrum. Bacca minima, obovata aut quandoque 4-toroſa 2-partibilis, ſingulo hemiſphærio intùs oſſeo 2-loculari 2-ſpermo (rariùs 3-4-ſpermo). *Frutices; folia ſaepiùs ſcabra; flores cymoſi, in ſpiculis ſecundi.*

II. Fructus uni aut bicapſularis.

HYDROPHYLLUM, T. L. * Calix 5-partitus. Corolla campanulata 5-fida, intùs ſulcata ſtriis 5 melliferis marginatis, ſtaminum filamenta amplexantibus. Stamina exſerta, antheris oblongis incumbentibus. Stigma 2-fidum. Capſula globoſa 1-locularis 1-ſperma, ſeminibus 3 abortivis. *Herbae; folia palmata aut ſemipinnata; flores corymboſi corymbis pedunculatis terminalibus aut ſuboppoſitifoliis.*

PHACELIA. * Calix 5-partitus. Corolla ſubcampanulata 5-fida, baſi intùs 5-ſulcata, ſulcis margine membranaceis filamentorum baſim amplexantibus. Stamina exſerta. Stylus brevis; Stigmata 2 longa. Capſula 2 locularis 4-ſperma 2-valvis, valvis medio ſeptiferis in ſingulo ſemiloculo 1-ſpermis. *Herba pubeſcens; folia alterna pinnata; flores ſecundi in ſpicis erectis faſciculatis terminalibus. Caracter ex priſco herbarii noſtri ſpecimine.* Φακελος *faſciculus.*

ELLISIA, L. * Calix profundè 5-fidus. Corolla minor infundibuliformis 5-fida. Stamina non exſerta, antheris ſubrotundis. Stigma 2-fidum. Capſula coriacea 2-locularis 2-valvis, calici ſtellato inſidens; loculi 2-ſpermi, ſemine uno ſuprà alterum. *Herba diffuſa dichotoma; folia pinnatifida; pedunculi 1-flori, ſaepè oppoſitifolii.*

DICHONDRA, Forſt. * Calix 5-partitus. Corolla ſubcampanulata patens 5-fida. Stamina 5. Germen didymum; ſtyli 2;

ſtigmata

ſtigmata 2. Capſulæ 2 uniloculares 1-ſpermæ. *Caracter ex Forſt. Auſtr. Cætera ignota. Genus recognoſcendum.*

MESSERSCHMIDIA, L. * *Arguze.* Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis aut hypocrateriformis, limbo 5-fido, plicato aut plano. Stamina non exſerta, antheris ſubulatis erectis. Stigma capitatum. Capſula ſuberoſa cilindrica, apice retuſa umbilico 4-dentato, 2-partibilis ſingulo hemiſphærio 2-ſpermo ſeminibus oſſeis. *Herbæ aut frutices; pedunculi axillares & terminales multiflori.*

CERINTHE, T. L. * *Melinet.* Wachsblume. Calix 5-partitus. Corolla tubuloſo-ventricoſa 5-fida, fauce nudâ. Antheræ erectæ, vix exſertæ. Stigma 1. Capſulæ 2 oſſeæ 2-loculares 2-ſpermæ. *Herbæ, folia glabra punctato-glanduloſa; flores ſolitarii axillares & terminales.* *)

III. Fructus gymno-tetraſpermus. Faux corollæ nuda. *Plantæ plerumque herbaceæ & aſperæ.*

COLDENIA. L. * Calix 4-partitus. Corolla infundibuliformis, limbo patulo (4 lobo *ex Adanſ.*). Stamina 4. Germen 4-lobum; ſtyli 4; ſtigmata 4. Fructus 4-capſularis ſcaber 4-roſtratus, capſulis approximatis 1-ſpermis. *Herbæ procumbentes; flores axillares ſubſeſſiles. Caracter ex Linnæo. Species nova Peruviana habitu ſimillima, ſed, teſte Dombeyo, 5-andra 1-ſtyla calice & corollâ 5-fidis: an verè congener; an indè Coldenia potiùs 5-andra?*

HELIOTROPIUM, T. L. * *Héliotrope.* Scorpionkraut. Calix tubuloſus 5-dentatus. Corolla hypocrateriformis 5-fida, dentibus 5 interjectis. Stigma emarginatum. *Flores ſpicati, in ſpicis ſecundi.* H. Peruvianum *ſuffruteſcens.* H. parviflorum *quandoque ſuboppoſitifolium & quaſi angioſpermum ſeminibus arctè junctis.*

ECHIUM, T. L. * *Viperine.* Natterkopf. Calix 5-partitus. Corolla tubo brevi, limbo ampliore campanulato, obliquè 5-lobo inæquali. Stigma 2-fidum. *Flores ſpicati aut ſpicato-paniculati, in ſpiculis ſecundi. Species quædam ſuffruteſcentes.*

LITHOSPERMUM, T. L. * BUGLOSSUM, T. * *Gremil.* Steinſaame. Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis parva 5-loba. Stigma 2-fidum. Semina nitida aut glabra. *Flores ſolitarii axillares, aut ſpicati-terminales bracteati; folia floralia*

*) Calyx pentaphyllus, foliolis inæqualibus. Antheræ ſerrulatæ baſi biſetæ-Germen didymum—Nuces duas biloculares loculis monoſpermis. Ehrh. (U.)

interdùm geminata. Species altera tantùm 2-ſperma, altera fruticoſa. Hujus congener Arnebia *Forsk. diſtincta ſtigmate 4-fido.*

PULMONARIA, T. L. * *Pulmonaire.* Lungenkraut. Calix 5-gonus 5-fidus. Corolla infundibuliformis ſub5-loba erecto-patens. Stigma emarginatum. *Flores ſubcorymboſi terminales, in* P. maritimâ *ſpicati. Quædam non aſperifoliæ. Corollæ tubus in aliis calici æqualis, in aliis multò longior.*

ONOSMA, L. * Calix 5-partitus. Corolla Symphyti, ſed fauce nudâ. Stigma 1. *Flores axillares & terminales, ſubſpicati ſecundi.*

IV. Fructus gymno-tetraſpermus. Faux corollæ inſtructa quinque ſquamis calcarum inſtar cavis, intrà corollam prominulis in ejuſdem laciniarum baſi, extrà hiulcis. *Herbæ plerumque aſperifoliæ.*

SYMPHYTUM, T. L. * *Conſoude.* Beinwell. Calix 5-partitus. Corolla campanulato-ventricoſa, limbo erecto ſubcoarctato 5-dentato. Squamæ oblongæ ſubulatæ conniventes. Stigma 1. *Flores ſubcorymboſi terminales & axillares; folia quorumdam floralia geminata, caulina decurrentia. Symphytum officinale. v. Batſch. Anal. Florum. P. I. n. 11. p. 53-59.*

LYCOPSIS, L. * PULMONARIA, T. * BUGLOSSUM, T. * ECHIOIDES, T. * Krummhals. Calix 5-fidus. Corolla infundibuliformis, tubo incurvato, limbo brevi 5-lobo; ſquamulæ convexæ conniventes. Stigma 2-fidum. *Flores ſolitarii aut ſubſpicati, axillares aut terminales.*

MYOSOTIS, L. * LITHOSPERMUM, T. * *Scorpione, Gremillet.* Mausohr. Calix 5-fidus. Corolla hypocrateriformis tubo brevi, limbo plano 5-lobo, lobis emarginatis; ſquamulæ convexæ conniventes. Stigma 1. Semina lævia aut ſcabra. *Flores ſæpè ſpicato-ſecundi terminales.*

ANCHUSA, L. * BUGLOSSUM, T. * *Bugloſe.* Ochſenzunge. Calix 5-fidus. Corolla infundibuliformis 5-loba erecto-patens; ſquamulæ ovatæ prominulæ conniventes. Stigma emarginatum. Semina baſi inſculpta. *Flores axillares aut terminales, glomerati aut ſpicati ſecundi aut ſpicato-paniculati.*

BORRAGO, T. L. * CYNOGLOSSOÏDES, Iſn. * *Bourrache.* Borretſch. Calix 5-partitus. Corolla rotata 5-fida, plerumque patens; ſquamulæ obtuſæ emarginatæ. Stigma 1. Semina rugoſa, calice connivente tecta. *Pedunculi axillares aut terminales uni aut multiflori. Antheræ* B. officinalis *oblongæ & intùs imis inſertæ filamentis ultrà liberis ſtyloïdeis. In* Cynogloſſoïde *folia inferiora oppoſita, calix angulatus erectus baſi 5-auritus, corollæ limbus minùs patens, ſtaminum filamenta connata.*

ASPERUGO, T. L. * *Rapette.* Scharfkraut. Calix 5-fidus inæqualis dentibus interjectis. Corolla tubo brevi 5-loba; ſquamulæ convexæ conniventes. Stigma 1. Semina calice condu-

plicato ac compreſſo (in *A Egyptiacâ* ventricoſo) tecta. *Flores axillares; folia floralia geminata.*

CYNOGLOSSUM, T. L. * OMPHALODES, T. * *Cinogloſe*. Hundſzunge. Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis 5-loba brevis; ſquamulæ convexæ conniventes. Stigma emarginatum. Semina depreſſa, interiore latere affixa ſtylo, *in Cynogloſſo T.* plana aſpera aut rariùs lævigata, *in Omphalode T.* calathiformia lævia margine inflexo dentato. *Flores ſpicati aut glomerati, axillares aut terminales; folia tomentoſa aut glabra. Huc rectè Linnæus fil. Suppl. retulit* Rinderam *Pall.*, *diſtinctam ſeminibus planis lævibus.* *)

V. Genera Borragineis affinia.

NOLANA, L. * Calix baſi turbinatus, limbo 5-partitus patens. Corolla campanulata ſub5-loba æqualis. Stamina 5 brevia, antheris ſagittatis. Germen quintuplex; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Semina ſeu capſulæ 5, cortice ſucculento quaſi baccatæ, ſingulæ 2-4-loculares. *Herba proſtrata facie Convolvuli; folia alterna, ut in Solaneis geminata; flores extrà-axillares. Genus ordini affine fructu 5-capſulari, habitu & flore ſimilius Solaneis aut Convolvulis.*

SIPHONANTHUS, L. * Calix 5-partitus amplus. Corolla multò longior infundibuliformis tubo filiformi limbo 4-partito patente. Stamina 4. Germen 4-fidum; ſtylus 1; ſtigma 1. Baccæ 4 ſubrotundæ 1-ſpermæ infrà calicem. *Herba; folia ſubverticillata terna; flores racemoſi terminales. Character ex Linnæo. An genus verè addendum Borragineis?*

FALKIA, LS. * Calix 5-partitus. Corolla campanulata limbo ampliato 10-partito. Stamina 6 inæqualia. Germina 4; ſtyli & ſtigmata 2. Semina 4 nuda, calice tecta. *Herba facie Convolvuli, ſed fructu diſcrepans. Character ex Linn. Suppl. Genus inter Borragineas & Convolvulos medium, recognoſcendum.*

OBS. Borragineæ gymnoſpermæ & capſulares inter ſe conſentiunt, à baccatis diverſæ tùm habitu herbaceo, tùm fructu partito. Has & illas commiſcuit B. Juſſæus noſter & Linnæus Ord. nat. 41. An inſtituendus Cordiarum novus ordo; an huic adjiciendæ Creſcentia, Bontia aliæque inter Solaneas nunc diſpoſitæ? An indè confirmanda Solanearum & Borraginearum affinitas recentiùs inſtituta; Quibuſdam Borragineis folia floralia ut in Solaneis geminata & flores quaſi extrà-axillares. Ordo priùs Labiatis adjectus quia ſimiliter gymno-tetraſpermus, differt corollâ regulari pentandrâ, & floribus non oppoſitis, & foliis alternis ſæpè aſperis, & habitu non ſimili, & naturâ ſeminum quæ non verè nuda, ſed cruſtâ quâdam arillæformi obducta, non baſi infiguntur infimo receptaculo, ſed eidem centrali elevato latere apponuntur.

(* Corolla rotata in C. linifolio. – tubuloſa in C. apennino. Clr. Erhart. (U).

ORDO X.

CONVOLVULI, *LES LISERONS.*

WINDENARTIGE GEWÄCHSE.

CALIX quinquediviſus, ſæpiùs perſiſtens. Corolla regularis limbo ſæpiùs quinquefido. Stamina ſæpiùs quinque imæ corollæ inſerta & ejuſdem laciniis alterna. Stylus unicus aut definitè partitus; ſtylo multiplici ſtigmata totidem ſimplicia, unico ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus capſularis, ſæpè trilocularis, rariùs bi aut quadrilocularis, loculis mono aut polyſpermis; ſeminibus hylo inferiore notatis, ſuboſſeis & diſſepimento centrali infrà affixis, valvis liberis margine appoſitis ad angulos diſſepimenti; corculi arcuati (periſpermo concluſi?) radicula inferior. Frutices aut ſæpiùs herbæ, plures volubiles, plures lactefcentes. Folia alterna aut rariſſimè ſuboppoſita.

I. Stylus unicus.

MARIPA, Aubl. * Calix obtusè 5-partitus, laciniis mutuò incumbentibus. Corolla tubuloſa, baſi dilatata, limbo 5-fida. Stamina ímo tubo inſerta (lobis oppoſita *ex Aubl. ic.*); antheræ longæ ſagittatæ. Stigma peltatum. Fructus... 2-locularis loculis 2-ſpermis. *Frutex ſarmentoſus ſcandens, ramuſculis capreolatis; flores paniculati, terminales aut axillares, pedunculis 1-bracteatis, pedicellis 2-bracteatis 2-3-floris. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 91.*

MOUROUCOA, Aubl. * *Mouroucou de Cayenne.* Calix 5-partitus connivens, laciniis 2 exterioribus cæteras obtegentibus. Corolla infundibuliformis limbo patente amplo 5-lobo. Stamina ſummo tubo inſerta & oppoſita lobis; antheræ incumbentes.

Stigma 2-lamellatum. Capſula calice ſemicincta ovata coriacea fibroſa 3-locularis 3-ſperma, loculo & ſemine uno ſæpiùs abortivo *Frutex ſarmentoſus (an lacteſcens ?) ; pedunculi multiflori axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 54. An ſtamina verè lobis oppoſita ?*

RETZIA, Thunb. * Calix 5-partitus inæqualis. Corolla tubuloſa cilindrica apice 5-fida, intùs & extùs villoſa. Stigma 2-fidum. Capſula oblonga 2-locularis 2-valvis polyſperma. *Frutex ſubramoſus (an lacteſcens ?) ; folia ſubverticillata quaterna ; flores bracteati terminales conferti. Convolvulo affinis, ſed corollâ villosâ diſcrepans. Caracter ex Thunb. & Linn. Suppl.*

ENDRACHIUM. * HUMBERTIA, Commerſ. * *Endrach de Madagaſcar.* Calix 5-partitus coriaceus. Corolla urceolata ventricoſa extùs ſericea, limbo ſubintegro 5-plicato. Stamina exſerta, imæ corollæ hinc affixa. Stigma 1. Capſula ſtipitata baccæformis ovata vix dehiſcens baſi umbilicata, 2-locularis loculis 2-ſpermis. *Arbor alternè ramoſa ; folia inferiora mox decidua, ſuperiora conferta ; pedunculi axillares ſolitarii 1-flori medio 2-bracteolati. Caracter ex Commerſ. ic. & ſpecim. ſicco.*

CONVOLVULUS, T. L. * *Liſeron.* Winde. Calix 5-partitus. Corolla campanulata aut rariùs infundibuliformis, limbo 5-plicato ſæpiùs integro angulato, angulis acutis aut dentatis. Stamina inæqualia, filamentis approximatis. Germen glandulæ hypogynæ ſemiimmerſum ; ſtylus 1 ; ſtigma 2-fidum. Capſula ſæpè 3-locularis, raró 2-4-locularis, loculis 1-2-ſpermis, quibuſdam interdum abortivis. *Herbæ lacteſcentes, plurimæ volubiles ; pedunculi axillares aut terminales, 1-flori 2-bracteati, aut multiflori. Species pauciſſimæ fruticuloſæ. Convolvulus tricolor. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 31. p. 77-86.*

IPOMÆA, L. * QUAMOCLIT, T. * Calix 5-fidus. Corolla infundibuliformis longa limbo plicato 5-fido aut 5-dentato. Stigma capitatum. Capſula 3-locularis polyſperma. *Herbæ volubiles lacteſcentes ; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori, floribus diſtinctis aut aggregatis.*

II. Styli plures.

EVOLVULUS, L. * Calix 5-partitus. Corolla rotata 5-fida. Styli 4 ; ſtigmata 4. Capſula 4-locularis 4-valvis (4-ſperma ?). *Herbæ.. an lacteſcentes ?... ; quaedam volubiles ; pedunculi axillares uni aut multiflori. Caracter ex Linnaeo.* E. nummulario *ſtyli 2 bifidi & lac nullum.*

NAMA, Brown. L. * Calix 5-partitus, laciniis linearibus. Corolla tubuloſa, limbo patulo 5-crenato. Styli 2 ; ſtigmata 2. Capſula oblonga 2-locularis 2-valvis polyſperma ſeminibus

diſſepimento affixis. *Herba diffuſa*; *flores ſubſolitarii axillares. Character ex Brown. Jam. à Linnaeano diverſus. Confer cum Evolvulo.*

HYDROLEA, L. * Calix 5-partitus. Corolla rotata, tubo brevi, limbo patente 5-partito obtuſo. Stamina imo tubo inſerta; antheræ incumbentes. Styli 2; ſtigmata 2. Capſula 2-locularis 2-valvis polyſperma diſſepimento centrali ſeminifero. *Suffrutices aut herbae; flores bracteati terminales aut axillares, ſolitarii aut ſubcorymboſi. Spinae in* H. ſpinosâ *axillares & flores interdùm 6-fidi 6-andri, & capſula quandoque 3-ſtyla 3-locularis 3-valvis diſſepimento 3-gono. Hujus congener* Nama Zeylanica L. *verè 1-petala limbo 5-partito & bilocularis, diſtincta caule herbaceo inermi. Congener etiam* Steris javana L. *baccata ex Burm. & Linn., ſed eadem omninò cum Namâ ſupradictâ ex D. Smith.*

SAGONEA, Aubl. * *Sagoune des Galibis.* Calix 5-partitus magnus. Corolla minor campanulata 5-fida. Stamina imo tubo inſerta; antheræ oblongæ incumbentes, utroque fine 2-fidæ. Styli 3 (an ſtylus 3-fidus?); ſtigmata 3 capitata. Capſula 3-locularis circumſciſſa polyſperma, ſeminibus minutis diſſepimento centrali 3-gono affixis. *Herba erecta multicaulis*; *flores 2-4-axillares. Character ex Aubl. Guyan. t. 111.*

CRESSA, L. * QUAMOCLIT, T. Calix 5-partitus, laciniis mutuò incumbentibus, 2-bracteatus bracteis minimis. Corolla vix calice longior, tubuloſa 5-fida. Stamina antheris ſubrotundis. Capſula 1-locularis 2-valvis, baſi dehiſcens, 1-ſperma. *Herbae ramoſae humiles; flores in ramulis terminales, ſubſpicati foliolo axillares, aut glomerati tunc fortè non bracteati. Corculi periſpermo ſubcorneo involuti radicula in lobos reflexa. An utpotè 1-ſperma, Convolvulis minùs affinis; an ſemen geminum, altero abortivo?*

III. Genera Convolvulis affinia.

CUSCUTA, T. L. * *Cuſcute.* Flachsſeide. Calix turbinatus 5-fidus. Corolla globoſa, fauce coarctata, limbo 5-fida, baſi intùs 5-ſquamoſa ſquamulis parvis 2-fidis. Stamina 5, corollæ fauci inſerta, laciniis alterna, ſquamulis oppoſita. Styli 2 breves; Stigmata 2. Capſula ſphæroïdea aut conica, baſi circumſciſſa, indè calyptræformis, 2-locularis loculis 2-ſpermis; ſemina ſphæricea imo diſſepimento affixa ſuprà perſiſtentem capſulæ baſim peltatam; corculum ſeminis filiforme ſpirale typo (carnoſo?) circumpoſitum. *Herbae paraſiticae filiformes aphyllae, ramis diſtantibus; flores paſsim in ſquamulae axillâ capitati ſeſſiles (in* C. chinenſi *faſciculati pedunculis ramoſis multifloris), interdùm 4-fidi 4-andri. Corolla marceſcens & circumſciſſa ſubſiſtit capſulam obtegens; infrà ſimul perſiſtente ejuſdem baſi circulari. Character ex* C. Europæâ majore,

an idem in aliis? Seminis immaturi corculum vidi altero fine craſſiuſculum & quaſi clavatum, ſed nondùm in lobos partitum, quibus ex Linnaeo deſtituitur Cuſcuta abſque radice contrà Solem volubilis, plantas conſcendens & emiſſis exſugens vaſculis. An ſemen potiùs 2-lobum; an corolla verè hypogyna; an genus rectè Convolvulis adjectum?

DIAPENSIA, L. * ANDROSACE, T. * Calix 5-partitus extùs 3-ſquamoſus. Corolla hypocrateriformis limbo 5-fido plano. Stamina 5, ſummo tubo inſerta & lobis alterna. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-locularis 3-valvis polyſperma. *Herba Sedi facie ceſpitoſa, foliis ad radicem conſertis; pedunculi ſcapiformes 1-flori. Ab Aretiâ diſcrepat præcipuè fructu 3-loculari & ſtaminum ſitu. An verè Convolvulis adjicienda?*

LOESELIA, L. * Calix tubuloſus 4-fidus brevis perſiſtens. Corolla 1-petala tubuloſa brevis, limbo 5-partito, laciniis æqualibus, omnibus declinatis ſecundis. Stamina 4 didynama, laciniis oppoſita & contrario ſenſu ſecunda ſeu aſcendentia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-locularis polyſperma. *Herba caule 4-gono, ramis oppoſitis; folia oppoſita, in ramulorum apice ſenſim majora & conferta; flores terminales. Caracter ex Linn. & ex Royen. Lugb. Genus in flore & fructu recognoſcendum.*

OBS. Convolvuli Borragineis & Polemoniis affines corollâ regulari quinquefidâ pentandrâ & foliis alternis, ab his diſcrepant diſſepimento valvarum marginibus non iiſdem mediis applicito, ab illis fructu non gymnoſpermo. Præcipuus ordinis caracter in mutuo valvarum & diſſepimenti ſitu conſiſtit. Genera quædam polyſtyla, à cæteris indè diverſa, non tamen ex ordine eliminanda, peculiare exhibent ſignum in Monopetalis hypogynis plerumque monoſtylis. An in polyſtylis ſtylus non multiplex, ſed potiùs baſi ſimplex brevis & ultrà partitus?

ORDO XI.

POLEMONIA, *LES POLÉMOINES.*

CALIX diviſus. Corolla regularis quinqueloba. Stamina quinque, medio corollæ tubo inſerta. Stylus unicus; ſtigma triplex. Capſula calice perſiſtente cincta, trilocularis trivalvis polyſperma valvis medio intùs ſeptiferis, ſeu coſtâ prominente inſtructis, receptaculo ſeu diſſepimento centrali trigono, valvularum ſeptis angulatìm applicito. Caulis herbaceus aut fruteſcens; folia alterna aut oppoſita; flores terminales aut axillares.

PHLOX, L. Calix 5-fidus aut 5-partitus connivens. Corolla tubuloſa infundibuliformis, tubo longo, limbo plano 5-partito. Stamina inæqualia, non exſerta, filamentis imo tubo inſertis & eidem ultrà adnatis, antheris ſagittatis. *Herbæ; folia oppoſita ſimplicia, floralia interdùm alterna; flores ſubcorymboſi terminales. Habitus Saponariæ, ſed flos 1-petalus.*

POLEMONIUM, T. L. * *Polémoine.* Calix urceolatus 5-fidus. Corolla rotata, tubo brevi, limbo 5-lobo. Staminum filamenta baſi latiora, antheræ incumbentes. *Herbae erectæ; folia alterna pinnata; flores ſubcorymboſi terminales.*

CANTUA. * *Cantu du Pérou.* Calix urceolatus 3-5-fidus. Corolla infundibuliformis tubo cilindrico limbo dilatato patente 5-lobo. Staminum filamenta æqualia, non dilatata, interdùm exſerta. Semina apice alata. *Frutices aut arbuſculæ; folia alterna, ſæpiùs ſimplicia; flores corymboſi terminales. Caracter ex ſiccis Joſ. Juſſaei ſpeciminibus Peruvianis* Bignoniæ *nomine inſcriptis. Hùc referenda* Ipomæa rubra L. *ſuffrutex foliis pinnatifidis, floribus ſpicato-paniculatis, inter Polemonium & Cantuam media.*

HOITZIA. * *Hoitzit du Mexique.* Calix tubuloſus 5-fidus extùs 5-6-bracteatus bracteis oblongis ſerratis conniventibus. Corolla infundibuliformis longa, limbo 5-lobo ſubæquali minùs patente. Staminum filamenta æqualia longa exſerta. Germen 3-gonum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Fructus ... *Frutex Mexicanus;*

folia alterna ſimplicia ſerrata; flores ſolitarii axillares. Caracter ex ſicco. A Cantuâ diſcrepat bracteis calicinis; fructus ſimilis judicatur.

Obs. Diſſepimenti limbo apponitur in Convolvulis margo valvarum, in Polemoniis earumdem coſta media prominens. Uniformis inſuper in cæteris ſignis Polemoniorum caracter. An tamen Phlox, utpotè oppoſitifolia & indè habitu ſimilior Saponariæ & Caryophylleis, ordini verè conveniat? Seminibus alatis & fruticoſo habitu Cantua Bignoniis accedit, ab iiſdem diſſimilis capſulâ triloculari & corollâ regulari omninò pentandrâ. Corculum Polemonii in periſpermo corneo centrale, ex Bern. Juſſæo.

ORDO XII.

BIGNONIÆ, *LES BIGNONES.*

CALIX diviſus. Corolla ſæpiùs irregularis, quadri aut quinqueloba. Stamina ſæpiùs quinque, uno plerumque abortivo aut ſterili. Stylus unicus; ſtigma ſimplex aut bilobum. Fructus bilocularis; nunc capſularis polyſpermus omninò bivalvis, diſſepimento ſeminifero valvis oppoſito aut parallelo & ab iiſdem ſolubili; nunc coriaceo-ligneus, apice tantùm dehiſcens oligoſpermus, diſſepimento ſeminifero parietibus continuo non ſolubili & tunc ſæpiùs utrinque prominulo in alam loculos bipartientem. Corculum ſeminis abſque periſpermo. Caulis herbaceus aut fruteſcens arboreusve. Folia oppoſita aut rariùs alterna.

I. Fructus capſularis bivalvis. Caulis herbaceus.

CHELONE, T. L. * *Galane.* Calix 5-partitus 3-bracteatus. Corolla baſi tubuloſa, fauce inflata, limbo 2-labiata, ſuperiùs emarginata, inferiùs 3-fida. Stamina 4 didynama; filamentum quintum ſterile, cæteris brevius. Stigma 1. Capſula ovata

2-locularis 2-valvis polyſperma, valvis medio ſeptiferis, receptaculo centrali valvularum ſeptis applicito; ſemina numeroſa margine membranacea. *Herba baſi lignoſa, oppoſitifolia; flores denſè ſpicati terminales. Caracter ex* C. glabrâ L. *Huic à Linnaeo adjungitur* Penſthemon *Mitch. diſtincta filamento ſterili caeteris longiore villoſo, diſſepimento valvis non ſeptiferis parallelo, floribus paniculatis, pedunculis multifloris, diviſuris bracteatis: an genere & ordine diſtinguenda?*

SESAMUM, L. * DIGITALIS, T. * *Seſame.* Calix 5-partitus laciniâ ſummâ minore. Corolla tubo brevi, fauce campanulatâ magnâ obliquâ, limbo 5-fido, laciniâ infimâ longiore. Stamina 4 didynama; rudimentum quinti. Stigma 2-lamellatum. Capſula oblonga ſub 4-gona, 4-ſulca 2-locularis (4-locularis *ex Linn.*) valvularum nervo medio intùs prominulo ſeptiformi, earumdem margine nonnunquàm introflexo loculos infrà bipartiente; ſemina numeroſa, affixa receptaculo centrali gracili, valvularum ſepta connectenti. *Folia oppoſita aut ſaepiùs alterna; pedunculi axillares ſolitarii 1-flori, baſi 2-glanduloſi, glandulis bracteatis.*

INCARVILLEA, * Calix 5-fidus 3-bracteatus. Corolla baſi tubuloſa, fauce ventricoſa, limbo 5-loba inæqualis. Stamina 4 didynama, antheris 2-lobis. Stigma 2-lamellatum. Capſula ſiliquæformis compreſſa longa anguſta acuta 2-locularis 2-valvis, diſſepimento valvis oppoſito, polyſperma ſeminibus alatis. *Herba Sinenſis ramis alternis ſtriatis; folia alterna pinnato-laciniata; flores laxiſſimè ſpicati terminales; corolla Digitalis; fructus ferè Catalpae aut Faenu-graeci. Stamen quintum ſterile non vidi. Caracter ex ſicco ſpecimine herbarii ad Bern. Juſſaeum miſſi anno 1743 à P. d'Incarville Jeſuitâ apud Sinenſes apoſtolico Botanices perito, cum adjunctis plurimis novarum ſpecierum ſeminibus, praecipuè* Aſteris chinenſis L. *antehàc Europaeis vix cogniti.*

II. Fructus capſularis bivalvis. Caulis arboreus aut fruteſcens.

MILLINGTONIA, LS. * Calix campanulatus brevis 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, tubo filiformi, limbo 4-partito æquali. Stamina 4 didynama, antheris 2-partitis ſeu baſi extùs dentatis (an quintum ſterile?). Stigma 2-valve. Fructus ſiliquæformis?... *Arbor ſpecioſa; folia (oppoſita?) impari-bipinnata; flores oppoſitè paniculati terminales; corolla Oviedae longiſſima. Caracter ex Linn. Suppl.*

JACARANDA. * BIGNONIA, L. * Calix 5-dentatus. Corolla baſi tubuloſa, fauce dilatata, limbo 5-lobo inæquali. Stamina 4 fertilia; filamentum quintum ſterile longiùs apice villoſum

(ut in Chelone). Stigma 2-lamellatum. Capſula compreſſa orbicularis lignoſa, margine in 2 valvas ſolubilis, diſſepimento carnoſo valvis orbicularibus oppoſito; ſemina margine membranacea. *Arbores; folia oppoſita impari-bipinnata; flores paniculati. Hùc* Bignonia cærulea L. & Jacaranda 2 *Piſ. Braſ.*

CATALPA. * BIGNONIA, T. L. * *Catalpa.* Calix 2-partitus. Corolla campanulata, tubo ventricoſo, limbo 4-lobo inæquali. Stamina 2 fertilia; filamenta 3 ſterilia. Stigma 2-lamellatum. Capſula ſiliquæformis longa cilindrica 2-valvis, diſſepimento valvis oppoſito; ſemina apice & baſi membranaceo-pappoſa. *Arbores; folia ſimplicia terna verticillata; flores paniculati. Hùc* Bignonia Catalpa L. & B. longiſſima *Jacq.*

TECOMA. * BIGNONIA, T. L. * Calix 5-dentatus. Corolla campanulata, limbo 5-lobo inæquali. Stamina 4 fertilia; filamentum quintum ſterile. Stigma 2-lamellatum. Capſula ſiliquæformis longa cilindrica 2-valvis, diſſepimento valvis oppoſito; ſemina margine membranacea. *Arbores aut frutices; folia oppoſita impari-pinnata aut digitata; flores paniculati. Hùc* Bignonia ſtans, B. radicans, B. 5-phylla *L.* & Tecomaxochitl. *Hern. Mex.*

BIGNONIA, T. L. * *Bignone.* Calix dentatus ſubinteger. Corolla campanulata limbo 5-lobo inæquali. Stamina 4 fertilia; filamentum quintum ſterile. Stigma 2-lamellatum. Capſula ſiliquæformis longa plana, aut ovata brevior, 2-valvis diſſepimento plano valvis parallelo; ſemina margine membranacea. *Arbores aut frutices; folia oppoſita, nunc impari pinnata aut ternata, nunc conjugata petiolo 2-phyllo inter foliola ſaepè cirrhoſo; flores paniculati. Hùc revocantur Autorum Bignoniae omnes diſſepimento parallelo inſtructae, iterùm obſervandae & poſthàc denuò dividendae ratione calicis ſimplicis aut duplicati, corollae regularis aut irregularis, ſtaminum ſterilium aut fertilium, fructus oſſei aut capſularis, ſiliquaeformis aut ovati. Nonnullae praetereà ſpecies in herbariis novae nondùm deſcriptae, floratione conformes, ſimplicifoliae foliis oppoſitis aut alternis, ſed nondùm fructiferae & ideò generibus cognitis nondùm certò adjiciendae.* B. ſempervirens *genere & ordine diverſa, Apocineis addenda.*

III. Fructus coriaceo-ligneus apice dehiſcens. Caulis herbaceus.

TOURRETIA, Dombey. * DOMBEYA, L'herit. * *Tourretie.* Calix 2-partitus, ſuprà acuminatus anguſtior, infrà latior 4-crenulatus. Corolla tubuloſa, medio coarctata, limbo 1-labiato, labio ſuperiore in cucullum producto. Stamina 4 didynama ſub cucullo; antheræ 2-lobæ. Receptaculum germini ſuboppoſitum

urceolatum. Stigma 1. Capſula ovata coriaceo-lignea, ſpinis uncinatis echinata, 2-locularis, apice 2-valvis, diſſepimento priſmatico centrali ſeminifero valvis mediis continuo, utrinque prominulo in alam loculos 2-partientem (indè 4-locularis); ſemina pauca compreſſa marginata. *Herba repens aut ſcandens 4-gona dichotoma; folia oppoſita, dichotomè ternata, in dichotomiâ cirrhoſa (ut in Bignoniâ) cirrho ramoſo; corona ciliaris in axillis caulem ambiens; flores ſpicati terminales, ſinguli 1-bracteolati, in ſpicæ apice neutri majores; capſula extùs Xanthii, intùs Martyniae. Nomen à D. de La Tourrette Chloridis Lugdunenſis & botanicarum Scholae veterinariae Lugdunenſis praelectionum Autore.*

MARTYNIA, L. * *Bicorne.* Calix 5-fidus, baſi 3-bracteatus. Corolla irregularis ſubcampanulata, baſi gibba & mellifera, limbo 5-lobo, inæquali. Stamina 4 didynama, ſæpiùs fertilia; rudimentum quinti ſtaminis. Stigma bilamellatum. Capſula corticata lignoſa, ovata aut longior, apice roſtrato, roſtro inflexo bicorni, brevi aut rariùs longiſſimo, anteriùs ſulcato-dentata, ſtructura 4-valvis, ſed apice vix dehiſcens; loculi 4 inferiores 1-ſpermi, 1 ſuperior 4-ſpermus, diſſepimento infrà decuſſato, ſuprà nullo. *Herbae; folia oppoſita aut rariùs alterna; flores ſpicati axillares aut terminales. Speeies una dianthera, antheris caeteris abortivis. Fructus* M. perennis *ex Linnaeo fortè inferus, hanc ideò ad Geſneriam & Campanulas compelleret.*

CRANIOLARIA, L. * Calix ſpathæformis oblongus, hìnc omninò fiſſilis, indè 2-bracteatus, pedunculo inſuper 1-bracteato. Corolla infundibuliformis, tubo longo, fauce campanulatâ, limbo patente 4-lobo inæquali. Stamina 4 didynama; rudimentum quinti ſtaminis. Fructus ovatus, breviter 2-cornis ut in Martyniâ. *Herba dichotoma, flores in dichotomiis aut foliorum axillis ſubracemoſi. Habitus & caracter Martyniae, corolla longior tubuloſa. An confuſis ſpeciebus unienda duo genera; an potiùs diſtinguenda fructu breviùs aut longiùs roſtrato?* C. fruticoſa L. *cui germen inferum, ad Geſneriam & Campanulas depellenda.*

PEDALIUM, L. * Calix 5-partitus. Corolla tuboloſa, limbo campanulato 5-lobo inæquali. Stamina 4 didynama, filamentis baſi piloſis, antheris geminatìm cruciatis, filamento quinto brevi ſterili. Stigma 2-fidum. Nux ſuberoſa 4-gona, angulis 4 ſpinoſis, 2-locularis diſſepimento oppoſito, 2-ſperma ſeminibus arillatis. *Herba trichotoma; folia oppoſita (alterna ex Burm. Ind. cujus ſpecies fortè diverſa); flores axillares ſubſolitarii; fructus ferè Trapae; habitus Martyniae. Hujus congener aut genere proxima* Planta Euphraſiæ affinis *Pluk. t. 373. f. 2. à Linnaeo ad Toreniam malè relata, cui folia alterna, fructus 4-gonus non ſpinoſus, caetera ferè conformia.*

Obs. Ordinis locus in Monopetalarum ſerie non certò definitus. Hìnc ſtamine uno abortivo corollâque irregulari ad tetrandros ordines revocatus, diſſepimento fructûs nunc oppoſito nunc parallelo Acanthis modò convenit, modò Scrophulariis, ab his tamen diſcrepans diſſepimento valvis non adnato ſed tantumdem oppoſito, ab illis eodem nec adnato nec bipartibili. Indè rectiùs, prætermiſſo ſtaminis quinti abortu, ad Polemonia, Gentianas, Apocineas cæteroſque pentandros ordines compellitur, habitu & fructu ſiliquæformi quaſi folliculati & alatis ſeminibus ſimilis Plumeriæ & Camerariæ aliiſque Apocineis. Hæc de Bignoniis veris quarum generica diſtributio viſa fuit opportuna ac utilis, ut diverſus in diverſis pateret diſſepimenti ſitus. Genera quædam anteriùs ac poſteriùs iiſdem adjuncta in geminâ ſectione, utpotè pentandra aut abortu tetrandra, nonnullis differunt ſignis iterùm perpendendis & diſtinctos in poſterum conſtituent ordines Bignoniis conterminos.

ORDO XIII.

GENTIANÆ, *LES GENTIANES*,

ENZIANARTIGE GEWÄCHSE.

CALIX monophyllus diviſus perſiſtens. Corolla regularis, ſæpè marceſcens, limbo partito æquali, lobis numero laciniarum calicis, ſæpiùs quinque, interdùm obliquis. Stamina totidem, mediæ aut ſummæ corollæ inſerta, antheræ incumbentes. Stylus unicus, aut raro ſciſſione duplex; ſtigma ſimplex aut lobatum. Capſula, ſimplex aut didyma, polyſperma, bivalvis, uni aut bilocularis, valvis margine introflexis, in fructu uniloculari involutis, in biloculari planis & diſſepimentum conſtituentibus; ſemina minuta, receptaculo in valvis marginali inſerta. Caulis herbaceus aut rariùs ſuffruteſcens. Folia oppoſita, ſæpiùs integra & ſeſſilia; floralia nonnunquàm minora bracteiformia, floribus ideò tunc quaſi bibracteatis.

I. Capſula ſimplex unilocularis.

GENTIANA, T. L. * CENTAURIUM MINUS, T. * *Gentiane, Cintaurelle, petite Centaurée.* Calix ferè 5-partitus. Corolla baſi tubuloſa, campanulata *in Gentianâ T.*, aut infundibuliformis *in Centaurio T.*, limbo 5-fido, rariùs 4-fido, formâ vario; laciniæ obtuſæ aut acutæ, ciliatæ aut integræ, patentes aut erectæ, interdùm lacinulis interjectis diſtinctæ. Stamina 5, rariùs 4. Stylus 2-partitus; ſtigmata 2. *Flores axillares aut terminales, ſolitarii aut faſciculati aut verticillati. An genus dividendum? An corculum periſpermo involutum?*

VOHIRIA, Aubl. * Calix brevis 5-fidus, baſi 2-3-ſquamoſus. Corolla multò longior, tubuloſa, baſi & fauce dilatata, limbo patente 5-lobo. Antheræ 5 ſubſeſſiles, ſub fauce inſertæ. Stylus 1; ſtigma capitatum. *Herbae ſemiſubterraneae, folia inferiora ſubterranea carnoſa, ſuperiora emerſa minùs craſſa; flores 1-2 terminales, interdùm 6-fidi 6-andri. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 83. Hujus congener* Gentiana aphylla *Jacq. Amer. t. 60. f. 3., verè 1-ſtyla & oppoſitifolia, non ſubterranea ſed in obſcuris arborum cryptis vegeta.*

COUTOUBEA, Aubl. * Calix 4-fidus 3-bracteatus. Corolla longior, tubo brevi, limbo 4-fido. Stamina 4 filamentis baſi dilatatis; antheræ ſagittatæ. Stylus 1; ſtigma 2-lamellatum. *Flores ſpicati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 27-28. Hujus fortè congener* Gentiana ſpicata L. *habitu ſimilis & certè 1-ſtyla, ſed 5-fida 5-andra.*

SWERTIA, L. * GENTIANA, T. * Calix ferè 5-partitus. Corolla rotata, tubo breviſſimo, limbo plano 5-partito, laciniis lanceolatis, ſingulis baſi intùs gemino puncto ciliato inſtructis. Stamina 5 corollâ breviora. Germen deſinens in ſtylum brevem ſtigmate duplici terminatum. *Flores axillares & terminales, pedunculis ſaepè multifloris. Ex Linnaeo corolla* S. dichotomæ *4-fida,* S. corniculatæ *4-fida inferiùs 4-calcarata.*

CHLORA, Renealm. Adanſ. L. * CENTAURIUM MINUS, T. * Calix 8-partitus. Corolla hypocrateriformis, tubo brevi, limbo 8-partito. Stamina 8 breviſſima, fauci inſerta. Stylus 1; ſtigma 4-fidum. *Flores terminales. Species una 12-fida 12-andra; altera foliis 4 verticillatis.*

II. Capſula ſimplex bilocularis.

EXACUM, L. * *Gentianelle.* Calix 4-partitus. Corolla tubo globoſo, 4-lobo. Stamina 4. Stylus 1; ſtigma 2-fidum. *Flores axillares aut dichotomè corymboſi terminales, in dichotomiis 1-flori.* E. cordati LS. *corolla 5-fida 5-andra.*

LISIANTHUS, Brown. L. * Calix 5-partitus laciniis carinatis margine membranaceis. Corolla multò longior infundibuliformis, tubo intrà calicem coarctato, fauce ampliatâ, limbo 5-fido. Stamina 5. Stylus 1; ſtigma capitatum 2-lobum. *Flores 1-2 terminales aut axillares. Caracter ex Brown. & Linn.*

TACHIA. Aubl. * Calix tubuloſus 5-dentatus. Corolla tubuloſa, fauce parùm dilatatâ, limbo 5 fido. Stamina 4. Germen diſco 5-glanduloſo impoſitum; ſtylus 1 longus; ſtigma 2-lamellatum. *Frutex luteſcens ramis oppoſitis 4-gonis ſarmentoſis; folia oppoſita; flores axillares ſolitarii. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 29. An Apocineis affinior?*

CHIRONIA, L. * Calix 5-fidus aut ferè 5-partitus. Corollæ tubus calici æqualis, limbus major 5-partitus. Stamina 5, antheris poſt deflorationem ſpiraliter contortis. Stylus 1 declinatus; ſtigma capitatum. *Flores axillares aut terminales. Species quædam ſuffruteſcentes. Capſula interdùm ſubbaccata.*

NIGRINA, L. * MELASMA, Berg. * Calix ventricoſus 5-fidus. Corolla calice paulò longior, infundibuliformis, tubo brevi, limbo 5-lobo. Stamina 5 (*4 ex Berg.*), antheris baſi 2-partitis. Stylus 1; ſtigma 1. Herba ſiccatione nigreſcens. *Flores ſolitarii axillares longè pedunculati, pedunculo infrà calicem 2-bracteato. Caracter ex Linn. & Berg. & Burm. prod. Cap. Congener Gerardiae ex Linn. Suppl.* . .

III. Capſula didyma bilocularis.

SPIGELIA, L. * ARAPABACA, Pl. * Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis, limbo patens 5-fida æqualis. Stamina 5. Germen didymum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula didyma 2-locularis quaſi 2-cocca, 4-valvis polyſperma ſeminibus angulo loculorum interiori affixis. *Herbæ; folia oppoſita (floralia in* S. Anthelmiâ *4 verticillata); flores terminales bracteolati ſpicati aut cymoſi, in ſpicis ſecundi.*

OPHIORRHIZA, L. * Calix 5-dentatus. Corolla infundibuliformis, limbo patente 5-fido. Stamina 5. Germen 2-fidum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Capſula mitræformis 2-loba lobis apice divaricatis, 2-locularis intùs dehiſcens, polyſperma. *Herbae; folia oppoſita; flores bracteolati, dichotomè cymoſi terminales aut axillares, in ſpiculis ſecundi.*

IV. Genus affine Gentianis.

POTALIA, Aubl. * Calix 4-partitus erectus turbinatus, laciniis 2 interioribus, 2 extimis, 2-ſquamoſus. Corolla tubo breviſſimo, limbo 10-partito, laciniis longis erectis obliquis, latere

imbricatis. Stamina 10, antheris longis, filamentis brevibus baſi coalitis. Stylus 1, ſtigma peltatum ſtriatum. Capſula ſubcarnoſa ceraſiformis 3-locularis polyſperma. *Herba amara ſublignoſa nodoſa reſinoſa; folia ad nodos ſuperiores oppoſita longiſſima, petiolis ſubvaginantibus; flores trichotomè corymboſi terminales, diviſuris membranulâ vaginantibus. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 151. An capſula verè 3-locularis? An Convolvulis aut Apocineis affinior? Hujus omninò congener planta Madagaſcarienſis innominata Commerſ. herb.*

Obs. Ordo inter pentandros annumerandus, licèt ſtaminum numero interdùm varius, Apocineis apprimè conveniens, ab iiſdem diſtinctus valvis in unicam capſulam approximatis, non divaricatione geminum conſtituentibus folliculum. Hujus ergo præcipuus caracter in valvarum introflexione repoſitus, quâ fructus indiſcriminatim uni aut bilocularis evadit. An hùc revocandæ Houſtonia, Monniera & Raputia.

ORDO XIV.

APOCINEÆ, *LES APOCINÉES.*

APOCYNA-GEWÄCHSE MIT GEDREHTEN BLUMEN. CONTORTÆ.

CALIX quinquediviſus. Corolla regularis quinqueloba lobis ſæpiùs obliquis, nunc nuda, nunc intùs aucta appendicibus quinque formâ variis. Stamina quinque, imæ corollæ inſerta, cum ejuſdem lobis alternantia, filamentis ſæpè brevibus, nunc diſtinctis nunc rariùs in tubum germini arctè circumpoſitum coadunatis; antheræ biloculares apice in membranam aut filum productæ. Germen ſimplex aut geminum, receptaculo ſæpè glanduloſo impoſitum; ſtylus unicus, interdùm breviſſimus aut ſubnullus, germini duplicato ut & ſimplici

ſimplici infixus & quaſi articulatus; ſtigma capitatum obſoletum. Fructus in monogynis baccatus aut raró unicapſularis, plerumque bilocularis polyſpermus; in digynis bifollicularis, folliculis conjugatis, membranaceo-capſularibus oblongis aut rariùs ſubbaccatis brevioribus, intùs longitudinaliter dehiſcentibus uniloculiaribus polyſpermis quorum ſemina mutica aut papposa, imbricatìm multiplici ſerie affixa receptaculo laterali libero hìnc ſeminifero, indè ad parietem folliculi internam, quâ parte dehiſcit, applicito. Corculum planum, in periſpermo tenui carnoſo. Herbæ aut frutices arboreſve, plerumque lacteſcentes. Folia oppoſita aut alterna; glandulæ axillares ſubciliares, interdùm vix conſpicuæ.

I. Germen duplex. Fructus bifollicularis. Semina non papposa.

VINCA, L. * PERVINCA, T. * *Pervenche.* Sinngrün. Calix 5-partitus perſiſtens. Corolla hypocrateriformis tubo longo, fauce 5-gonâ, limbo plano obtusè 5-lobo. Antheræ membranaceæ. Stylus 1; ſtigma urceolatum & ſubtùs peltato-orbiculatum. Folliculi erecti conniventes oblongi anguſti; ſemina oblonga nuda. *Suffrutices, quidam non lacteſcentes, quidam caulibus diffuſis; folia oppoſita; flores axillares.*

MATELEA, Aubl. * Calix 5-partitus. Corolla tubo brevi, limbo 5-partito patente. Antheræ ſubſeſſiles, in capitulum 5-gonum connatæ. Styli 2; ſtigmata 2 latiora incurva. Folliculus 1, altero ſæpiùs abortivo, longus verrucoſus 5-gonus acutus; ſemina plana, margine crenata. *Herba multicaulis nodoſa; folia ad nodos villoſos oppoſita, infrà deſuper 2-glanduloſa, petiolo pariter ad baſim 2-glanduloſo; flores axillares, alternatim & laxè ſpicato-corymboſi, ſinguli bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 109.*

OCHROSIA. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla tubuloſa infundibuliformis, limbo 5-partito patente. Stylus 1; ſtigma incraſſatum. Folliculi divaricati drupacei ovati, ſinguli nuce fœti 2-loculari (receptaculo ſeminifero in diſſepimentum immutato?) in ſingulo loculo 2-3-ſpermâ; ſemina inæqualia plana, apice vix membranacea. *Arbuſcula Borbonica* Bois jaune *dicta; folia 3-4 verticillata; flores dichotomè corymboſi*

axillares aut terminales. Caracter ex Commerſ. & ex ſpecimine ſicco. Affinis Tabernæmontanæ & Rauvolfiæ. Ωχρος *luteus.*

TABERNÆMONTANA, Pl. L. * Calix 5-fidus aut 5-partitus deciduus. Corolla longa infundibuliformis limbo plano 5-lobo. Antheræ acuminatæ conniventes. Germen baſi 5-glanduloſum glandulis 2-fidis. Stylus 1; ſtigma capitatum (ſubtùs orbiculatum in *T. Amſoniâ L.*). Folliculi divaricati horiſontales ventricoſi acuminati, intùs pulpoſi; ſemina rugoſa pulpæ immerſa. *Arbuſculæ aut ſuffrutices; folia oppoſita aut rariùs alterna; pedunculi multiflori axillares aut terminales. Calix* T. grandifloræ *magnus, laciniis 2 exterioribus majoribus cordatis. Hujus congener* Pandacaqui *Sonner. Guin. 49. t. 19. ad Chiococcam à Linnæo fil. Suppl. malè relata.*

CAMERARIA, Pl. L. * Calix 5-fidus minimus. Corolla infundibuliformis cilindracea, baſi & apice ventricoſa, limbo plano 5-partito. Staminum filamenta baſi appendiculata; antheræ conniventes apice 2-ſetoſæ. Stylus brevis (o *ex Linn.*); ſtigma capitatum 2-fidum. Folliculi divaricati horiſontales compreſſi, obtusè 3-lobi, quaſi haſtati, lobis 2 brevibus, intermedio multò longiore; ſemina compreſſa, apice membranacea. *Arbores aut frutices ramis dichotomis*; *folia oppoſita* (*in* C. latifoliâ *transverſim pulchrè ſtriata, ut in Calophyllo*); *flores axillares aut terminales. Caracter ex Jacq. Americ.*

PLUMERIA, T. L. * *Frangipanier.* Calix parvus obtusè 5-fidus. Corolla infundibuliformis, tubo longo ſensìm ampliato, limbo obtusè 5-partito patente (erecto in *P. pudicâ L.*). Antheræ conniventes exſertæ. Stylus vix ullus; ſtigma bifidum. Folliculi deorsùm flexi, longi ventricoſi; ſemina margine membranaceo alata. *Arbores aut arbuſculæ; folia alterna integra magna; flores ſubcorymboſi terminales, plures abortivi.*

II. Germen duplex. Fructus bifollicularis. Semina papposa.

NERIUM, T. L. * *Laurelle, Lauroſe, Laurier-roſe.* Oleander. Calix 5-partitus parvus perſiſtens. Corolla infundibuliformis oblonga, limbo obtusè 5-partito, laciniis baſi intùs appendiculatis; appendices ſæpè latæ 2-fidæ, faucem coronantes. Antheræ conniventes ſagittatæ, apice in filum deſinentes. Stylus 1; ſtigma truncatum orbiculo inſidens. Folliculi erecti conniventes longi acuminati; ſemina oblonga pappoſa. *Arbuſculæ aut frutices; folia oppoſita aut 3 verticillata; flores ſubcorymboſi terminales.* N. oleander *non lacteſcit.*

ECHITES; Jacq. L. * APOCINUM, Pl. * Calix 5-partitus parvus. Corolla infundibuliformis limbo plano 5-fido. Antheræ

rigidæ acuminatæ convergentes. Germinis receptaculum 5-glandulofum. Stylus 1; ſtigma capitatum 2-lobum. Folliculi longiſſimi; ſemina pappo longo. *Frutices, plurimi volubiles, quidam non lacteſcentes; folia oppoſita; pedunculi axillares aut terminales uni aut multiflori, floribus umbellatis aut corymboſis aut ſpicatis. Caracter ex Jacq. Amer. Corollæ forma varia & tubus interdùm ventricoſus; ejuſdem laciniæ in* E. caudatâ *longæ ligulatæ.*

CEROPEGIA, L. * APOCINUM, T. * Calix minimus 5-dentatus perſiſtens. Corolla baſi ventricoſa, ſuprà tubuloſa, limbo 5-dentata aut 5-fida non patens. Antheræ parvæ. Stylus vix ullus; ſtigmata 2. Folliculi recti cylindracei longiſſimi; ſemina papposa. *Plantæ volubiles; folia oppoſita; pedunculi axillares & terminales, nunc 2-3-flori, nunc umbellatim multiflori.*

PERGULARIA, L. * Calix 5-fidus perſiſtens. Corolla hypocrateriformis tubo cilindrico, limbo obtusè 5-partito plano; ſquamulæ 5 ſemiſagittatæ, apice mucronatæ, baſi dentatæ. Antheræ ſeſſiles ſtigmati immerſæ. Stylus 0; ſtigma truncatum magnum. Folliculi... *Frutices volubiles; folia oppoſita; flores ſubcorymboſi axillares. Caracter ex Linnæo. Genus denuò examinandum. An verè congener* Aſclepias cordata *Burm. Ind. t. 27. f. 2.*

STAPELIA, L. * ASCLEPIAS, T. * Stapelie. Calix 5-fidus parvus perſiſtens. Corolla rotata magna plana, laciniis baſi latis, acuminatis; ſtellula duplex, utraque 5-fida, ambiens organa genitalia. Staminum filamenta plana; antheræ filamentis adnatæ. Styli 0; ſtigmata 2 obſoleta. Folliculi oblongi ſubulati; ſemina pappoſa. *Plantæ ſucculentæ ſeu pingues, caule angulato aphyllo tuberculis acuminatis obſito; pedunculi 1-2 tuberculo axillares 1-flori. Interdùm orbiculus planus ſtellulis ſubjectus. Caracter ex Linnæo.*

PERIPLOCA, T. L. * APOCINUM, T. * Schlinge. Calix minimus 5-fidus perſiſtens. Corolla rotata plana 5-partita, coronâ urceolatâ 5-fidâ faucem ambiente, 5 ſetas ſeu ariſtas exſerente. Staminum filamenta conniventia. Stylus 1; ſtigma capitatum 5-gonum, glandulis 5 ſtipitatis inſtructum. Folliculi oblongi ventricoſi; ſemina pappoſa. *Frutices, plurimi ſcandentes; folia oppoſita; flores ſubcorymboſi, axillares aut terminales.*

APOCINUM, T. L. * *Apocin.* Apocynum. Calix 5-fidus minimus perſiſtens. Corolla campanulata ſemi5-fida lobis revolutis; corpuſcula 5 glanduloſa germen ambientia. Antheræ conniventes, baſi 2-fidæ. Stylus vix ullus; ſtigma 1 latum. Folliculi longi acuminati; ſemina pappo longo. *Frutices, plerique erecti; folia oppoſita; flores corymboſi aut paniculati, axillares aut terminales. Species una muſcicapa, muſcarum proboſcide inter antheras immiſsâ glutinoſo nectare detentâ.*

CYNANCHUM, L. * APOCINUM, T. * PERIPLOCA, T. * Hundswürger. Calix 5-dentatus minimus perſiſtens. Corolla tubo breviſſimo, laciniis limbi longis linearibus, coronâ cylindraceâ oblongâ erectâ dentatâ faucem ambiente. Stamina ut in Aſclepiade. Stylus vix ullus; ſtigmata 2. Folliculi oblongi acuminati; ſemina pappoſa. *Frutices aut ſuffrutices, plerique volubiles; folia oppoſita; flores axillares aut terminales, in ſpicas aut corymbos aut umbellulas diſpoſiti.* C. viminale *aphyllum.*

ASCLEPIAS, T. L * APOCINUM, T. * Calix 5-fidus, parvus perſiſtens. Corolla obtusè 5-partita, plana aut reflexa; ſquamæ 5 ejuſdem laciniis alternæ, ſtaminum tubo extùs inſertæ, genitalibus appreſſæ, in cucullum convolutæ, & è medio cucullo corniculum exſerentes. Staminum filamenta coadunata in tubum craſſum 5-gonum, germina arctè involvens, ex imâ corollâ enatum, ſuprà clauſum ſtigmate truncato & ipſi quaſi continuum, in angulis 5-ſulcatum, in faciebus 5-antheriferum; antheræ ſubſeſſiles medio tubo extùs inſertæ erectæ 2-loculares, polline vacuæ, apice membranaceæ, corollæ laciniis alternæ. Stylus o; ſtigma peltatum 5-gonum, tubo ſupradicto impoſitum, ex foveolis 5 angularibus emittens corpuſcula 5 ovata minima, antheris alterna, & ideò corollæ laciniis oppoſita, 2-valvia, valvis latere productis infrà 2-cornia; cornua hæc exilia propendentia baſi ſubulata, medio geniculata, ultrà ſpatulata & granulata (ex concreto polline facta?); horum ſingulum in proximo vicinioris antheræ loculum immerſum, undè 1 corpuſculum antheris 2 commune & 1 anthera corpuſculorum 2 particeps. Folliculi oblongi acuminati, ſæpè ventricoſi; ſemina pappoſa. *Frutices aut herbæ erectae; folia oppoſita aut alterna; pedunculi ſolitarii axillares, umbellatìm multiflori, umbellis involucro polyphyllo cinctis. Organa generis ſexualia deſcripſit D. Kolreuter; deſcripsêre etiam in diſſertationibus nondùm editis jamdudùm Tournefortius & poſthàc DD. Desfontaines, Deſcemet, Richard, de naturâ, uſu & nomine partium inter ſe diſſentientes. An corpuſcula 2-cornia verè maſcula; an à ſtigmate, an ab antheris, an ab utriſque orta; an horum cornua verè è polline ut in Orchidibus concreto; an ideò ſeminalis aura ex cornibus in corpuſcula fluens, indè valvis diſtractis depluens in ſubteriores tubi rimas, ancipite ductu ad germina incarcerata defertur? An potiùs circumſcripto ſexu, non pro polline tantùm, ſed pro antheris etiam habenda corpuſcula quorum valvulas contrahunt diſtrahuntve cornua, vectium elaſticorum more ſaepè muſcicapa, non aliis nata laboribus? An tubus ſtaminibus omninò proprius & à ſtigmate verè diſtinguendus? An demùm rectè aſſignata partium nomina? Autoribus qui de Aſclepiadum genitalibus diſſeruêre adjiciendus D. Jacquin de iis fuſiùs*

differens in Miſcell. Auſtr. I. p. 1-31. t. 1-4. & ſtructuram docens ſimilem in Stapelia cujus ideò character reformandus. Aſclepias ſyriaca. v. Batſch. Anal. Florum. P. I. n. 14. S. 67-75. *)

III. Germen ſimplex. Fructus baccatus aut rariùs capſularis.

AMBELANIA, Aubl. * Calix 5-partitus brevis. Corolla tubuloſa cilindrica, fauce anguſtior, limbo 5-partito obliquo undulato. Stamina brevia, antheris ſagittatis. Stylus 1; ſtigma ovatum, orbiculo plano inſidens, apice 2-cuſpidatum. Capſula ovata carnoſa magna 2-locularis polyſperma, ſeminibus diſſepimento gracili affixis, lato-compreſſis aſperis. *Arbuſcula lacteſcens; folia oppoſita; pedunculi axillares aut terminales, 3-4-flori 1-bracteati. Character ex Aubl. Guyan. t. 104.*

PACOURIA, Aubl. * Calix ſub5-partitus perſiſtens. Corolla tubo brevi, limbo 5-partito undulato, obliquatìm contorto. Stamina brevia, antheris cuſpidatis. Stylus 1; ſtigma Ambelaniæ. Bacca pyriformis magna intùs pulpoſa & polyſperma, ſeminibus magnis duris angulatis, in pulpâ nidulantibus. *Frutex lacteſcens ramis ſarmentoſis nodoſis; folia ad nodos oppoſita; flores racemoſi axillares, racemi pedunculo longo, cirrhi inſtar volubili. Character ex Aubl. Guyan. t. 105. An Ambelaniae congener?*

ALLAMANDA, L. * ORELIA, Aubl. * Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis magna tubo longo, fauce ampliatâ, limbo patente amplo 5-fido. Stamina fauci inſerta, antheris ſubſeſſilibus ſagittatis. Diſcus ſub germine annularis; ſtylus 1 longus; ſtigma erectum, orbiculo duplici bis peltatum, medio coarctatum. Capſula coriacea ovata compreſſa magna, undique aculeis longis echinata, 1-locularis 2-valvis polyſperma, ſeminibus orbiculatis margine membranaceis, duplici ordine incumbentibus, valvarum margini affixis. *Frutex lacteſcens ſarmentoſus nodoſus; folia ad nodos 3-4 verticillata; flores dichotomè corymboſi axillares, in dichotomiis bracteati. Character ex Linn & Aubl. Guyan. t. 106.*

MELODINUS, Forſt. LS. * Calix 5-partitus perſiſtens. Corolla tubuloſa limbo 5-partito obliquo, coronâ ad faucem 5-fidâ lacerâ (cum limbi laciniis alternante *ex Forſt.*). Stamina brevia. Stylus 1 (2-partibilis *ex Forſt.*); ſtigmata 2. Bacca globoſa 2-locularis, intùs pulpoſa & polyſperma, diſſepimento carnoſo, ſeminibus compreſſis. *Frutex ſcandens; folia*

(* De familia Aſclepiadum confr. Additam. Noſtr. IX ubi etiam reformati Generum hùc ſpectantium caracteres accedunt. (U.)

oppoſita integra; *flores... Rauvolfiae affinis. Caracter ex Forſt. & L. Suppl.*

GYNOPOGON, Forſt. * Calix 5-fidus minimus perſiſtens. Corolla tubuloſa, intùs villoſa, ad faucem coarctata, ſubtùs dilatata, limbo obliquo 5-partito. Antheræ ſubſeſſiles ſagittatæ. Stylus 1; ſtigma didymum villoſum. Bacca pedicellata piſiformis coriacea, fœta nuce cartilagineâ ſub2-loculari ſub2-ſpermâ. *Folia verticillata aut oppoſita. Caracter ex Forſt.*

RAUVOLFIA, Pl. L. * Calix 5-dentatus minimus perſiſtens. Corolla tubuloſa, baſi globoſa, limbo 5-partito. Stamina brevia. Stylus 1 brevis; ſtigma capitatum. Drupa ſubgloboſa hinc ſulcata, fœta nuce (geminâ 1-loculari *in R. caneſcente ex Jacq.*) 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutices erecti*; *folia verticillata quaterna*; *flores ſaepè terminales corymboſi.*

OPHIOXYLON, L. * Calix 5-dentatus minimus. Corolla tubuloſa filiformis, medio incraſſata, limbo 5-partito. Stamina brevia. Stylus 1; ſtigma capitatum. Bacca didyma 2-locularis 2-ſperma. *Frutex*; *folia 3-4 verticillata*; *flores glomerati terminales; maſculi hermaphroditis mixti, tantùm 2-andri, coronâ ad tubi faucem cylindricâ integrâ, germine nullo.*

CERBERA, L. * Ahouaï T. * *Ahouaï.* Calix 5-partitus patens. Corolla infundibuliformis, tubo clavato, fauce 5-angulari 5-dentatâ, limbo magno 5-partito obliquo. Antheræ conniventes. Stylus 1; ſtigma 2-lobum. Drupa magna, latere ſulcata ac 2-punctata, fœta nuce oſſeâ 4-valvi 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbores; folia alterna*; *flores ſaepè terminales*, *ſubcorymboſi.*

CARISSA, L. * Arduina, L. * *Calac.* Calix 5-fidus aut 5-partitus parvus. Corolla multò longior tubuloſa, ſub fauce paululùm ventricoſa, limbo 5-fido. Stamina non exſerta. Stylus 1; ſtigma ſimplex aut ſub2-fidum. Bacca parva ſphæricea 2-locularis loculis 1-2-ſpermis aut polyſpermis, ſeminibus compreſſis diſſepimento affixis. *Frutices ramis dichotomis*; *ſpinae in dichotomiâ & in ramulis oppoſitae*, *interdùm floriferae pedunculorum inſtar; folia oppoſita integra cum ſpinis decuſſata*; *pedunculi 1-2-flori aut multiflori*, *axillares aut terminales; bacca* Cariſſæ L. *geminata ex Linn. ſed certiùs ſimplex ex Rumph. 7. t. 25. Hujus ergò congeneres* Arduina L. *diſtincta loculis 1-ſpermis &* Antura *Forsk. cujus loculi 2-ſpermi.*

IV. Genera Apocineis affinia, non lacteſcentia.

STRYCHNOS, L. * Ignatia, LS. * Rouhamon, Aubl. * *Vomique*, *Noix vomique.* Brechnuſs. Calix 5-partitus aut 5-fidus deciduus. Corolla tubuloſa, limbo patente 5-fido aut 5-partito. Stamina 5. Stylus 1; ſtigma craſſiuſculum. Bacca globoſa

parva aut magna, cortice ſæpiùs cruſtaceo fragili, 1-locularis intùs pulpoſa, polyſperma (1-ſperma in *S. Potatoriâ LS.*) ſeminibus orbiculatis, aut in *Ignatiâ LS.* variè angulatis, receptaculo centrali impoſitis; corculum ſeminis tenue planum in apice periſpermi cornei magni. *Arbores aut arbuſculae, non lacteſcentes, valdè amarae; quaedam cirrho (Rheed. Mal. 8. t. 24.) inſtructae; rami oppoſiti teretes, apice acuminati; folia integra 3-5-nervia oppoſita, petiolis lineolâ junctis; flores corymboſi axillares & terminales, interdùm 4-andri in* Caniram *Rheed. Mal. 1. t. 37. Fructus in* Ignatiâ *pyriformis extùs drupaceus & intùs ſuboſſeus polyſpermus, 2-ſpermus capſularis parvus in* Rouhamon *Aubl. Guyan. t. 36. cujus inſuper ex Autore calix 4-fidus baſi 2-ſquamoſus, corolla 4-fida 4-andra intùs villoſa, foliorum axillae ſaepè cirrhoſae. Genus Cariſſae paululùm affine.*

THEOPHRASTA, L. * ERESIA, Pl. * *Coquemollier.* Calix 5-lobus perſiſtens. Corolla campanulata brevis, 5-loba æqualis. Stamina 5 brevia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula pomiformis magna tenuis & fragilis, 1-locularis intùs ſubpulpoſa polyſperma, ſeminibus ſubrotundis, receptaculo centrali libero cilindrico affixis; corculum in periſpermo albido corneo. *Arbuſcula caule ſimplici; folia confertìm ſubverticillata, maxima longa coriacea dentato-ſpinoſa; (ſpinulae axillares minimae verticillatae cauli appreſſae mox caducae, ex D. Lahaye apud Domingenſes Parocho); flores inter folia conferto-corymboſi terminales; fructus & ſemina ferè Strychni.*

ANASSER. * Calix parvus 5-fidus. Corolla longior urceolata 5-loba intùs villoſa. Stamina 5, laciniis corollæ alterna. Stylus 1; ſtigma didymum. Capſula oblonga 2-valvis, polyſperma, valvis introflexis & receptaculis 2 oblongis centralibus ſeminiferis approximatis diſſepimentum ſimul conſtituentibus, indè 2-locularis. *Frutex Borbonicus (an lacteſcens?); folia oppoſita, inferiora caduca quibus axillares flores corymboſi. Caracter ex Commerſ. ſpecim. ſicco innominato. Genus fructu 2-placentari & quaſi 2-folliculari folliculis connexis ſubſimile plantae Rumphianae 7. t. 7. fortè congeneri &* Anaſſer *dictae.*

FAGRÆA, Thunb. * Calix campanulatus 5-partitus, laciniis apice membranaceis. Corolla infundibuliformis tubo palmari ſensìm dilatato, limbo contorto 5-partito. Stamina 5, tubo inſerta. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma peltatum. Bacca ovata carnoſa epidermide tecta, 2-locularis polyſperma ſeminibus globoſis. *Frutex ſub4-gonus; folia oppoſita; pedunculi terminales umbellatìm 3-flori, pedicellis 2-bracteatis. Caracter ex D. Thunb. Act. Holm., cujus icon ſtipulas exhibet foliis intermedias: an indè ſuſpicio germinis inferi, & ideò cum Gardeniâ & Rubiaceis affinitas?*

GELSEMINUM. * Calix 5-dentatus parvus. Corolla multò longior, infundibuliformis, limbo patente 5-lobo ſubæquali. Stamina... (4 *ex Linn.*). Stylus 1; ſtigma... Capſula parva ovata, compreſſo-plana, 2-locularis, quaſi 2 follicularis, medio ſulcata, 2-valvis; valvæ carinatæ margine inflexo conſtituentes diſſepimentum & ideò ſingulæ 1-loculares polyſpermæ, tardiùs ab invicem ſolubiles; ſemina plana, apice membranacea, valvularum marginibus annexa. *Frutex* (*an lacteſcens?*); *folia oppoſita*; *glandulae minimae ciliatae axillares, obſervante D. de Ramatuelle*; *flores axillares & terminales, lutei*; *fructus Coutareae ſed ſuperus. Hùc* Bignonia ſempervirens L. *quae* Gelſeminum... *&c. Catesb. 1 t. 53. Genus affine quidem Bignoniis, ſed affinius Apocineis, diſtinctum tamen capſulâ ſimplici: an verè 4-andrum?*

Obs. Ordo naturalis facilè definiendus, tùm in caractere generali, tùm in generum ſignis. Pluribus Monopetalis conveniens corollâ pentandrâ quinquefidâ regulari, diſcrepat ab iiſdem ſucco lacteo & periſpermo & limbo corollæ ſæpè obliquo, & præcipuè fructu bifolliculari. Peculiaris ſtaminum caracter in Aſclepiade & Cynancho, iterùm inquirendus in aliis ut ex partium collatione vera omnium pateſcat natura. Genera baccata bilocularia à follicularibus non diſcedunt, cæterùm ſimilia & nullatenùs aliis ordinibus pentandris addenda. Strychnos & congeneres non Apocineis omninò conſociandæ, licèt quibuſdam ſignis analogæ, ſed in poſterum numero adauctæ novum conſtituent ordinem inter Apocineas & Sapotas medium.

ORDO XV.

SAPOTÆ, *LES SAPOTILLIERS.*

CALIX diviſus perſiſtens. Corolla regularis, cujus laciniæ nunc diviſuris calicinis numero æquales & ſimul appendicibus totidem interioribus alternæ, nunc duplæ appendicibus nullis. Stamina corollæ laciniis oppoſita & numero æqualia, aut dupla appendicibus tunc antheriferis. Germen unicum; ſtylus unicus; ſtigma plerumque ſimplex. Fructus baccatus aut drupaceus,

uni aut multilocularis, loculis monoſpermis. Semina oſſea nitida, hylo laterali notata. Corculum ſeminis planum, carnoſo periſpermo obvolutum. Caulis fruteſcens aut arboreſcens. Folia alterna, ſæpiùs integra. Flores plurimi axillares, pedunculis unifloris. Plantæ lacteſcentes.

JACQUINIA, L. * Calix 5-partitus. Corolla campanulato-ventricoſa, limbo 10-fido, cujus laciniæ 5 alternæ & internæ breviores. Stamina 5. Bacca 1-ſperma; ſemen ſubrotundum cartilagineum. *Arbuſculæ aut frutices (lacteſcentes?); folia ſub-oppoſita aut verticillata.*

MANGLILLA. * *Manglille du Pérou.* Calix minimus 5-partitus. Corolla rotata 5-partita. Stamina 5, antheris ſeſſilibus. Stylus 0; ſtigma craſſiuſculum. Drupa globoſa 1-locularis 1-ſperma. *Frutex Peruvianus; folia alterna; flores plurimi axillares. Caracter ex D. Dombey cui* Duhamelia *dicitur.*

SIDEROXYLUM, L. * *Argan.* Calix 5-fidus. Corolla rotata 5-fida; appendices 5. Stamina 5 (interdùm 10, appendicibus tunc antheriferis). Drupa fœta nuce 1-ſpermâ (aut 5-ſpermâ?). *Corolla appendicibus variè conſtructis nunc 10-fida 5-andra, nunc 5-fida 10-andra. Species quædam ſpineſcentes, quædam ſempervirentes. Congener Auzuba Plum. Mſſ. 5. t. 125.*

BASSIA, L. * *Illipé.* Calix 4-partitus coriaceus. Corolla campanulata limbo 8-partito. Stamina 16, gemino ordine. Drupa carnoſa lacteſcens, 5-ſperma, ſeminibus ſub3-gonis oblongis.

MIMUSOPS. L. * Calix 8-partitus, gemino laciniarum ordine. Corolla 8-partita laciniis integris aut 3-partitis; appendices 8, ſquamiformes parvæ. Stamina 8. Drupa 1-2-ſperma. *Hujus congener* Binectaria *Forsk. ex D. Vahl.*

IMBRICARIA, Commerſ. * *Natte, Bois de Natte, Bardottier.* Calix 8-partitus coriaceus, gemino laciniarum ordine. Corolla rotata, 8-partita, laciniis multifidis; appendices 8 filiformes inflexæ. Stamina 8. Pomum 8-loculare 8-ſpermum, loculis & ſeminibus 4 aut pluribus ſæpè abortivis; ſemina cicatriculo notata irregularia. *Caracter ex Commerſ. mſſ. & ſpeciminibus ſiccis Borbonicis. Hùc ſpeciem retulit 1-ſpermam quae Mimuſopi affinior. Imbricaria ſeu imbricibus conficiendis utilis.*

CHRYSOPHYLLUM, L. * CAINITO, Pl. * *Caïmitier.* Calix 5-partitus. Corolla campanulata 5-partita (aut 5-loba) patens. Stamina 5. Stigma ſub5-fidum. Bacca magna globoſa 10-locularis 10-ſperma; ſemina compreſſa, cicatriculâ notata.

LUCUMA. * Calix 5-partitus. Corolla ovata, medio ventricoſa 5-fida erecta, intùs aucta 5 ſquamis. Stamina 5, ſquamis

alterna. Pomum mammoſum 10-loculare carnoſum, loculis 1-ſpermis, quibuſdam abortivis, ſeminibus 1-4 perſiſtentibus, rotundis aut angulatis. *Caracter ex J. Juſſaeo & D. Dombey Peruv.* Lucuma *nomen vernaculum. Hùc* Achras mammoſa L.

ACHRAS, L. * SAPOTA, Pl. * *Sapotillier.* Calix 6-partitus gemino laciniarum ordine. Corolla campanulata, limbo 6-fido, ad faucem aucta ſquamulis 6 emarginatis. Stamina 6. Pomum globoſum carnoſum 12-loculare 12-ſpermum; ſemina compreſſa, hylo longitudinali notata.

Genera Sapotis affinia.

MYRSINE, L. * Calix 5-partitus parvus perſiſtens. Corolla 5-fida connivens. Stamina 5 brevia, epipetala, corollæ laciniis oppoſita. Stylus 1; ſtigma magnum lanigerum exſertum. Bacca fœta nuce 5-loculari 5-ſpermâ. *Suffrutex lacteſcens*; *folia alterna ſubſerrata*; *flores plurimi axillares. Caracter ex Linnaeo.*

INOCARPUS, Forſt. LS. * Calix 2-fidus. Corolla tubuloſa 5-fida, laciniis longis linearibus. Stamina 10, duplici ſerie tubo inſerta; antheræ ſubſeſſiles, non exſertæ. Stylus 0; ſtigma concavum. Drupa magna ſubcompreſſa ovata, apice incurva, fœta nuce fibroſâ reticulatâ 1-ſpermâ. *Arbor*; *folia alterna integerrima venoſa*; *flores ſpicati axillares, in ſpicis alterni bracteati. Caracter ex Forſt. & L. Suppl. & ex Thunb. diſſ. qui* Gajanum *Rumph. 1. t. 65. tanquàm ſynonymum adjicit.*

OLAX, L. * Calix crateriformis integer. Corolla tubuloſa, fauce 4-appendiculata appendicibus unguiculatis, limbo 3-lobo ſubæquali. Stamina 3, tubo inſerta & appendicibus alterna. Stylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Arbor Zeylanica glandifera, ramis alternis*; *folia alterna integerrima*; *pedunculi axillares breviſſimi ſubramoſi. Caracter ex Linnaeo.*

LEEA, Royen. L. * Monoïca. Calix campanulatus 5-fidus. Corolla tubuloſa brevis, limbo 5-fido æquali; ſquamulæ interiores alternæ, apice 2-fidæ. MASC. ſtamina 5, imæ corollæ inſerta, ſquamulis interjecta. Stylus 1; ſtigma 1. Germen abortivum. FŒM. Squamulæ eædem duplicatæ, interiores (ſtaminum rudimenta?) minores. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma lacerum. Fructus...globoſus 6-locularis 6-ſpermus. *Suffrutices*; *folia alterna pinnata*; *ſtipula ſub foliis ſimplex ſemilunaris*; *flores corymboſi terminales. Caracter ex Linnaeo. Quaedam generis ſigna Sapotis communia, quaedam diverſa.* L. æquata *Aquiliciae congener ex Thunbergio.*

Obs. Ordo monopetalus regularis, ſæpè pentander, baccatus, periſpermo inſtructus & lacteſcens, indè cognatus Apocineis baccatis quæ diſcrepant

utpotè non multiloculares, ſæpè polyſpermæ & oppoſitifoliæ. Guaïacanis in nonâ claſſe ſubſequentibus ut & Sapotis bacca datur multilocularis loculis monoſpermis & periſpermum idem & corolla regularis monopetala ſtaminifera & folia alterna floreſque axillares, ſed diverſa in his & illis corollæ inſertio Sapotis habitu ſimiles. Ilex & congeneres pariter alternifoliæ & axilliforæ & baccatæ, in ſingulo loculo monoſpermæ & ferè monopetalæ. ſed Rhamnis affiniores corollâ profundè partitâ veriùs polypetalâ, ſtaminibus & petalis invicem alternantibus, pedunculis multifloris & foliis ſtipulaceis: indè quædam Sapotarum cum Rhamnis analogia habitu ſat ſimili confirmata.

CLASSIS IX.

PLANTÆ DICOTYLEDONES MONOPETALÆ.

COROLLA PERIGYNA.

Calix monophyllus, interdùm profundè partitus. Corolla perigyna ſeu inſerta calici, monopetala aut interdùm profundè partita & quaſi polypetala, regularis aut rariùs irregularis. Stamina corollæ aut calici inſerta, definita aut rariùs indefinita. Germen ſimplex, ſuperum aut inferum; ſtylus ſæpè unicus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus ſuperus aut inferus, baccatus aut capſularis, uni aut multilocularis.

Obs. Corolla utpotè monopetala & perigyna, bis determinat calicem monophyllum; ut perigyna tantùm, admittit germen cum calice ſupero inferum ſimplex, cum infero ſuperum ſimplex aut multiplex, propriæque variat inſertionis gradum ab imâ calicis parte ad ſummam, indè modò germini ſupera, modò infera; ut monopetala duntaxàt, germen indicat unicum; ſtylum frequentiùs ſimplicem, ſtamina ſæpiùs definita & ſæpiùs epipetala.

Præmiſsâ in Monopetalis corollarum hypogynarum ſerie, nunc dicendum de perigynis quæ inverſo præcedentium more indiſcriminatìm ſuperæ ſunt aut inferæ, ſtaminiferæ aut non ſtaminiferæ. Diverſus primò corollæ perigynæ ſitus: ea quippè nunc imo inſerta calici propè germinis baſim, infera habetur ac ferè hypogyna ut in Dioſpyro, Kalmiâ, Ericâ &c.; nunc ſupera ac quaſi epigyna ſummo infigitur calici cujus pars inferior germini adnata cum ipſo concreſcit, ut in Campanulâ, Vaccinio, Haleſiâ &c. Corolla hæc omninò infera in Rhododendris, ſemper ſupera in Campanulaceis, partìm infera & partìm ſupera in Guaïacanis & Ericis. Facilior igitur, eâ mediante, progreſſio à corollis hypogynis ideò inferis ad epigynas certò ſuperas. Hæc de corollæ ſitu: diſpar etiam ſitus ſtaminum quæ aut corollæ monopetalæ inſeruntur ſervatâ lege communi, aut eâdem infirmatâ quandoque innaſcuntur calici ſub corollâ versùs punctum quo calix à germine diſcedit. Ambigua indè nonnunquàm inſertio partium ac difficilè ſtatuenda, ad hypogynam aut perigynam vergens, quæ tunc analogiâ auxiliante conjectatur deducta ex notiore in plantis confinibus eâdem inſertione. Cur autem generalis ſubvertitur in perigynis inſertionum modus; cur prætereà more appendicis calicinæ marceſcens perſiſtit corolla monopetala non ſtaminifera, ut in Ericis & Campanulaceis? An inſertio ambigua marceſcentiam determinat aut ab eâ deducitur; an in iiſdem ordinibus verè immutatur corollæ indoles & ideò faciliùs deviantur in exortu ſtamina, ſalvâ tunc lege quæ corollas monopetalas ſtaminibus plerumque ſubjicit? Altera in perigynis lex infringitur quæ corollis monopetalis ſtamina ſæpiùs conſociat definita: dantur enim indefinita in Hopeâ, Symploco & aliis inter Guaïacanas recenſitis; ſed corolla in iis profundè partita, ideò quaſi polypetala ut in Malvaceis, legem penès reſtituit. Quædam aliæ plantæ pſeudo-polypetalæ in Rhododendris, Ericis & Campanulaceis extant, iis ordinibus cæterùm affines nec propterea diſtrahendæ, quæ tantummodò quamdam Polypetalarum cum Monopetalis analogiam indicant.

Quadruplex in claſſe dinumeratur ordo ſufficientibus ſignis deſignatus. Fructus in Guaïacanis ſuperus aut inferus, ſæpè baccatus loculis monoſpermis; in Rhododendris capſularis ſuperus loculis polyſpermis, valvis margine introflexis; in

Ericis capſularis aut baccatus, ſuperus aut inferus, loculis polyſpermis, valvis medio ſeptiferis; in Campanulaceis capſularis inferus lateribus dehiſcens loculis polyſpermis. Hinc omninò eliminandæ Cucurbitaceæ anteà claſſi adjectæ, ſed verè apetalæ & diclines, ideò ad decimam quintam depellendæ.

ORDO I.

GUAIACANÆ, *LES PLAQUEMINIERS.*

CALIX monophyllus, apice diviſus. Corolla imo aut ſummo calici inſerta, monopetala lobata aut profundè partita. Stamina corollæ inſerta, nunc definita & ejuſdem diviſuris numero æqualia aut dupla, nunc indefinita filamentis ſæpè baſi monadelphis aut polyadelphis. Germen in plurimis ſuperum, in paucis inferum aut ſemiinferum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus ſuperus aut quandoque inferus, capſularis aut ſæpiùs baccatus, multilocularis loculis monoſpermis. Corculum ſeminis planum in periſpermo carnoſo. Caulis fruteſcens aut arboreſcens; folia alterna; flores axillares.

I. Stamina definita.

DIOSPYROS, L. * GUAÏACANA, T. * EBENUS, Commerſ. * *Plaqueminier*, *Ebénier.* Calix 4-6-fidus ſæpè urceolatus. Corolla imo calici inſerta, urceolata 4-6-fida. Stamina 8-16 brevia, antheris interdùm effœtis, imæ corollæ inſerta. Germen ſuperum; ſtylus brevis, 4-fidus; ſtigmata 4, quandoque 2-fida. Bacca ſupera, calici patenti inſidens aut eodem cupulæformi infrà cincta, ſæpè magna, 8-12-locularis 8-12-ſperma; ſemina compreſſa amygdaliformia. *Arbores aut frutices; flores axillares ſubſeſſiles, in diſtinctâ arbore alii maſculi germine abortivo & filamentis 8 diantheris, alii fœminei germine fertili & filamentis 8*

monantheris effœtis, loculis in fructu quibuſdam interdùm abortivis. An ſpecies quædam verè polyandræ?

ROYENA, L. * Calix urceolatus 5-fidus. Corolla imo calici inſerta, urceolata brevis 5-loba. Stamina 10, filamentis brevibus corollæ inſertis. Germen ſuperum deſinens in ſtylos 2; ſtigmata 2. Capſula ſupera 4-ſulca 1-locularis 4-valvis; nuces 4 trigonæ arillo obvolutæ. *Arbuſculæ; flores axillares ſæpè pedunculati, interdùm fœminei antheris effœtis.*

POUTERIA, Aubl. * Calix 4-partitus perſiſtens. Corolla imo calici inſerta, tubuloſo-ventricoſa, 4-fida ſinubus 1-ſetoſis. Stamina 4, imæ corollæ inſerta. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 4-fidum. Capſula ovata hiſpida, 4-valvis, ſingulis valvis intùs ſemine 1 amygdaliformi arillato inſtructis. *Arbor ramis apice folioſis; pedunculi 2-3, ſæpè axillares 1-flori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 33. An corculum periſpermo inſtructum?*

STYRAX, T. L. * *Aliboufier.* Storaxbaum. Calix urceolatus integer aut 5-dentatus. Corolla imo calici inſerta, tubo brevi, limbo 3-7-partito. Stamina 6-16, filamentis baſi coalitis & corollæ tubo inſertis; antheræ oblongæ erectæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa ſupera, exſucca coriacea, fovens nucem 1 oſſeam 1-ſpermam ſphæriceam aut nuces 2 hinc convexas indè planas. *Arbores aut frutices; flores axillares aut & terminales ſolitarii aut faſciculati. An genus potiùs polypetalum indèque Meliis affine?*

HALESIA, Ell. L. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla magna, campanulato-ventricoſa, ore ſub4-lobo. Stamina 12-16, filamentis baſi in tubum connatis & corollæ adnatis; antheræ oblongæ erectæ. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Nux corticata oblonga 4-gona angulis alatis, ſtylo perſiſtente acuminata, 4-locularis (2-locularis *ex Linn.*) 4-ſperma, loculis 2-3 ſæpè abortivis. *Caracter ex Elliſio. Frutices; pedunculi plures axillares 1-flori. Fructûs alae in* H. tetrapterâ *aequales; in* H. dipterâ *2 oppoſitae caeteris minores.*

II. Stamina indefinita.

ALSTONIA, Mut. LS. Calix imbricatus ſquamis 4-5 interioribus & majoribus. Corolla tubo brevi, limbo 8-10-partito æquali, laciniis alternis interioribus. Stamina numeroſa, imbricatìm tubo inſerta, exteriora longiora. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Fructus.... *Frutex habitu Theae; flores plurimi axillares. Caracter ex L. Suppl. An corculum periſpermo incluſum?*

SYMPLOCOS, Jacq. L. * Calix 5-fidus parvus. Petala 5, baſi in tubum coalita, apice patentia. Stamina numeroſa ſub-3-4-plici ſerie tubo corollæ in orbem accreta, inferiora

breviora; antheræ ſubrotundæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma ſub3-fidum. Fructus.... *Arbuſcula. Caracter ex Jacq & Linn. An hùc rectè retulit Linnaeus* Cofer *Loefl. it. 309, cui calix tubuloſus 2-dentatus, petala 4, ſtamina 20 in 4 faſciculos digeſta? An Ciponimae congener? An corculum periſpermo incluſum?*

CIPONIMA, Aubl. * Calix 5-fidus villoſus. Corolla tubuloſa longior, limbo 5-partito patente. Stamina plurima, duplici ordine inſerta fauci corollæ, inæqualia, filamentis baſi coalitis, antheris ſubrotundis. Germen ſuperum aut ſemiſuperum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Bacca infera piſiformis, intrà coronantes calicis lacinias prominula, fœta nuce 5-loculari 5-ſpermâ. *Arbuſcula ramulis villoſis; folia juniora villoſa; flores axillares bracteati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 226 & ex ſicco. Confer cum Symploco & Hopeâ. An corculum periſpermo incluſum?*

PARALEA, Aubl. * Calix 4-fidus. Corolla craſſa tubo brevi, limbo 4-fido. Stamina 18, imæ corollæ inſerta; antheræ ſubrotundæ non exſertæ. Germen... Fructus... *Arbor; flores glomerati axillares ſubſeſſiles, fortè maſculi, bracteis diſtincti. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 231. Confer cum Ciponimâ.*

HOPEA, Gard. L. * Calix campanulatus 5-fidus. Petala 5, ſtaminum faſciculis connexa. Stamina plurima, filamentis in 5 corpora connatis. Germen inferum, ſtylus 1 ſensìm incraſſatus perſiſtens; ſtigma 1. Drupa ſicca oblonga calice coronata; nux glabra 3-locularis, loculis 2 ſæpè abortivis. *Arbor tinctoria; flores axillares, foliis praecociores, in ſpicam breviſſimam diſpoſiti. Caracter ex Linn. An praemiſſa quaedam genera hùc referenda? An corculum periſpermo incluſum?*

Obs. Sapotis proxima Dioſpyros utpotè fruteſcens alternifolia axilliflora, monopetala definitè ſtaminifera, monoſtyla, baccata germine ſuperò & loculis monoſpermis ſeminibuſque periſpermo inſtructis; ſed diſcrepat inſertione corollæ perigynâ. Plurima igitur, ipsâ mediante, inter Sapotas & Guaïacanas ineſt affinitas & naturali conjugantur nexu duæ claſſes. Guaïacanis adjuncta Styrax Haleſiam & Hopeam cæteraſque polyandras ſecum trahit, quas tamen ſigna quædam ad Polypetalas repellunt non procul à Meliis: hæc igitur ſcrutanda iterùm genera, definienduſque in iis corollæ modus, habitâ ratione numeri ſtaminum & eorumdem monadelphiæ aut polyadelphiæ.

ORDO II.

RHODODENDRA, *LES ROSAGES.*

CALIX diviſus perſiſtens. Corolla imo calici inſerta, nunc monopetala lobata, nunc quaſi polypetala limbo profundè partito. Stamina definita diſtincta, in monopetalis corollæ inſerta, in polypetalis immediatè imo calici infixa. Germen ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex, ſæpè capitatum. Capſula ſupera multilocularis multivalvis, valvis utroque margine introflexo ſingulis loculum conſtituentibus polyſpermum, & axi centrali annexis; ſemina minuta. Caulis fruticoſus aut ſuffruteſcens. Folia alterna, aut rariùs oppoſita; juniora in plurimis margine revoluta.

I. Corolla monopetala.

KALMIA, L. * Calix 5-partitus. Corolla campanulata patens, limbi margine erecto ſub5-fido, intrà marginem intùs 10-foveata, extùs 10-papillaris. Stamina 10, imæ corollæ inſerta, filamentis recurvis, antheris in foveas immerſis. Capſula 5-locularis. *Flores ſpicati aut ſubcorymboſi, axillares aut terminales, pedicellis longis 1-floris baſi 3-bracteolatis. Folia* K. anguſtifoliæ *ſubverticillata, juniora margine revoluta.*

RHODODENDRUM, L. * CHAMÆRHODODENDROS, T. * *Roſage.* Alpenbalſam. Calix 5-partitus. Corolla ſubinfundibuliformis, limbo patente 5-lobo. Stamina 10 declinata. Capſula 5-locularis. *Flores axillares aut terminales, ſpicati aut ſubcorymboſi, pedicellis longis 1-floris baſi bracteolatis. Gemmae in plurimis terminales imbricatae.*

AZALEA, L. * CHAMÆRHODODENDROS, T. * *Azalée.* Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis aut campanulata, 5-fida inæqualis. Stamina 5, ſub piſtillo inſerta. Capſula 5-locularis. *Flores axillares aut terminales, ſubſolitarii aut racemoſi, bracteolati. Folia* A. procumbentis *oppoſita, margine revoluta.*

II. Corolla

II. Corolla ſubpolypetala.

RHODORA, L. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla 2-petala oblonga connivens; petalum ſuperius profundè partitum lobis anguſtis, quaſi 2-petalum; inferius latius, apice 3-lobum. Stamina 10, diſco hypogyno aut calicino inſerta; filamenta inæqualia declinata; antheræ didymæ poro gemino ſuprà dehiſcentes. Capſula 5-locularis *ex Duham. Habitus Azaleæ; folia juniora revoluta; flores faſciculati terminales. Caracter ex vivo. Genus priſcum Linnæi, ab eodem recentiùs omiſſum, idem cum* Chamærhododendro *Duham. Sem. app. 10. t. 27. f. 2.*

LEDUM, L. * Poſt. Calix minimus 5-dentatus. Petala 5. Stamina 10, antheris oblongis erectis. Capſula ſtylo acuminata 5-locularis. *Folia margine revoluta & ſubtùs luteo-tomentoſa; flores ſpicato-corymboſi terminales, pedicellis longis 1-floris baſi bracteatis.*

BEFARIA, Mut. L. * Calix ſubventricoſus 7-fidus. Petala 7 (hypogyna *ex Linn.*). Stamina 14, alterna minora; antheræ incumbentes. Stigma craſſiuſculum 7-ſtriatum. Bacca exſucca, ſtylo acuminata, calice cincta, 7-gona, 7-locularis. *Flores terminales congeſti aut racemoſi. Caracter ex Linn. & LS. An affinior Ericis?*

ITEA, L. * Calix minimus 5-fidus. Petala 5. Stamina 5; antheræ incumbentes. Capſula ſtylo mucronata, 2-locularis 2-valvis. *Flores ſpicati terminales.*

Obs. Fructus capſularis, ſemper ſuperus, valvis dehiſcens, in loculis polyſpermus, à Guaïacanis abundè diſcernit Rhododendra. Hæc aliundè plurimùm Ericis affinia, diſcrepant antheris non bicornibus & præcipuè valvis fructûs introflexis. Genera polypetala ab ordine non dimovenda, Monopetalarum & Polypetalarum cognationem confirmant.

ORDO III.

ERICÆ, *LES BRUYERES.*

Calix monophyllus perſiſtens, nunc ſuperus, nunc ſæpiùs inferus profundè partitus. Corolla monopetala, interdùm profundè partita, ſummo aut ſæpiùs imo calici aut glandulæ calicinæ inſerta, ſæpè marceſcens ac perſiſtens. Stamina definita diſtincta, ibidem inſerta, aut rariùs ex imâ corollâ enata; antheræ ſæpè baſi bicornes. Germen ſuperum aut rariùs inferum; ſtylus unicus; ſtigma ſæpiùs ſimplex. Fructus ſuperus aut inferus, multilocularis polyſpermus, baccatus aut ſæpiùs capſularis multivalvis, valvis medio ſeptiferis & axi centrali infrà affixis; ſemina plerumque minuta. Caulis fruticoſus aut ſuffruteſcens aut herbaceus. Folia alterna, aut oppoſita, aut verticillata.

I. Germen ſuperum.

CYRILLA, Gard. L. * Calix minimus 5-partitus. Corolla parva 5-partita marceſcens. Stamina 5 non exſerta; antheræ cordatæ. Stigma 2-fidum. Capſula ſtylo mucronata 2-locularis 2-valvis. *Frutex ramis faſciculatis aut ſubverticillatis, verticillis diſtantibus; folia alterna; ſpicæ florum ſummis ramulis intermixtæ. An valvæ fructûs medio ſeptiferæ ?*

BLÆRIA, L. * Calix 4-partitus laciniis linearibus. Corolla campanulata tubo cylindraceo, limbo 4-lobo. Stamina 4; antheræ oblongæ emarginatæ non 2-cornes, ſæpè exſertæ. Capſula 4-angularis 4-locularis angulis dehiſcens; ſemina pauca. *Suffrutices Ericæ facie; folia 4 verticillata minuta; flores capitati terminales aut ſparſi.*

ERICA, T. L. * *Bruyère.* Heide. Calix 4-partitus, interdùm duplicatus. Corolla campanulata, ſæpè ventricoſa, 4-fida. Stamina 8; antheræ 2-cornes aut emarginatæ, exſertæ aut

latentes. Stigma ſub4-lobum. Capſula 4-locularis 4-valvis, calice cincta. *Suffrutices; folia minuta, oppoſita aut verticillata aut ſparſa; flores axillares aut terminales, variè diſpoſiti.*

ANDROMEDA, L * ERICA, T. * *Andromède.* Calix minimus 5-partitus. Corolla campanulata aut globoſa, 5-fida laciniis reflexis. Stamina 10 non exſerta. Capſula 5-locularis 5-valvis. *Suffrutices; folia alterna aut rariùs oppoſita, in* A marianâ *margine revoluta; flores axillares aut terminales.*

ARBUTUS, T. L. * UVA URSI. T. * *Arbouſier, Buſſerole.* Sandbeere. Calix minimus 5-partitus Corolla ovata, limbo parvo 5-fido revoluto. Stamina 10 non exſerta. Bacca 5-locularis loculis *in Arbuto T.* polyſpermis, *in Uva urſi T.* 1-ſpermis. *Frutices aut ſuffrutices; folia alterna; flores axillares aut terminales, ſubracemoſi. Receptaculum germinis 10-punctatum. Bacca* A. Unedonis *granulata Fragarioïdes.*

CLETHRA, Gron. L. * Calix 5-partitus. Corolla 5-partita, quaſi 5-petala petalis baſi latis. Stamina 10 non exſerta. Stigma ſub3-lobum. Capſula ſubrotunda calice cincta 3-locularis apice 3-valvis. *Frutices; folia alterna; flores ſpicati axillares & terminales, ſinguli 1-bracteolati.*

PYROLA, T. L. * *Pyrole.* Wintergrün. Calix minimus 5-partitus. Corolla 5-partita, quaſi 5-petala connivens petalis baſi latis. Stamina 10 non exſerta. Stigma 5-crenulatum. Capſula 5-locularis 5-valvis. *Suffrutices aut herbæ; folia alterna aut ſubverticillata, pleraque radicalia; flores 1-bracteolati terminales, ſpicati aut rariùs umbellati vel ſolitarii.*

EPIGÆA, L. * Calix 5-partitus, caliculo 3-phyllo cinctus ſeu 3-bracteatus. Corolla hypocrateriformis, baſi tubuloſa, limbo patente 5-partito. Stamina 10 non exſerta, imæ corollæ inſerta; antheræ oblongæ. Stigma ſub5-fidum. Capſula 5-locularis 5-valvis, receptaculo 5-partito. *Suffrutex repens ſempervirens; folia alterna; flores bracteolati, densè racemoſi, axillares & terminales.*

EPACRIS, Forſt. LS. * Calix 5-partitus. Corolla infundibuliformis, tubo in limbum 5-fidum ampliato. Stamina 5 brevia, tubo inſerta; antheræ non 2-cornes. Germen ſquamulis 5 minimis infrà cinctum. Capſula 5-locularis 5-valvis. *Frutices aut herbæ; folia imbricata aut ſparſa; flores ſubſolitarii aut racemoſi. Character ex Forſt. & L. Suppl.*

GAULTHERIA, Kalm. L. * VITIS IDEA, T. * Calix campanulatus 5-fidus, extùs 2-ſquamoſus. Corolla ovata, limbo ſub-5-fido revoluto. Stamina 10, imæ corollæ inſerta, filamentis hirſutis, antheris apice 2-cornibus; ſquamulæ 10, filamentis interjectæ minimæ, germen cingentes. Capſula 5-locularis 5-valvis, tecta calice baccato, ſuprà pervio. *Suffrutex humillimus; folia alterna aut faſciculata; flores axillares ſubſolitarii.*

BROSSÆA, Pl. L. * Calix 5-fidus laciniis oblongis. Corolla conoïdea, calici æqualis, apice anguſtata & truncata, limbo integro aut crenulato. Stamina 5. Capſula 5-ſulca 5-locularis tecta calice perſiſtente ampliato carnoſo connivente, 5 fiſſuris pervio. *Frutex multicaulis; folia alterna; flores ſolitarii axillares aut 2-3 terminales, pedicellis 2-bracteatis. Caracter ex Plum. & Linn. An ſtamina perigyna & 2-cornia; an germen ſemiinferum; an valvæ fructûs medio ſeptiferæ?*

II. Germen inferum aut ſemiinferum.

ARGOPHYLLUM, Forſt. LS. * Calix ſemiſuperus 5-fidus. Petala 5 aut corolla 5-partita; tubus interior (nectarium *Forſt.*) 5-gonus pyramidatus apice auguſtior truncatus & limbo fimbriatus. Stamina 5 intrà tubum, calici inſerta brevia, non 2-cornia. Germen ſemiinferum. Capſula calici accreta, 3-locularis trifariàm dehiſcens. *Frutex ſericeus nitidus; folia alterna; flores paniculati axillares. Caracter ex Forſt. & L. Suppl. Genus recognoſcendum.*

MÆSA, Forsk. * Calix ſemiſuperus 5-dentatus, ſquamulâ duplici infrà perſiſtente cinctus. Corolla campanulata 5-fida. Stamina 5 (corollæ inſerta?) brevia; antheræ ovatæ. Germen ſemiinferum. Bacca ſemiinfera globoſa, ſtylo acuminata, laciniis calicinis conniventibus ſuprà tecta, 1-locularis polyſperma, ſeminibus receptaculo centrali affixis. *Arbuſcula; folia alterna; flores bracteolati, alternè paniculati, axillares & terminales. Caracter ex Forsk. Hùc referenda* Bæobotrys *Forſt., ipſo ſuadente Forſtero. An fructus utriuſque verè 1-locularis? Confer etiam* Aucubam *Thunb. habitu non prorsùs abſimilem, ſed quibuſdam ſignis diverſam.*

VACCINIUM, L. * VITIS IDÆA, T. * OXYCOCCUS, T. * *Airelle, Myrtille, Canneberge.* Heidelbeere. Calix ſuperus 4-dentatus aut integer. Corolla campanulata 4-fida laciniis reflexis (4-partita omninò reflexa *in Oxycocco T.*). Stamina 8, non epipetala, quandoque exſerta; antheræ 2-cornes & dorſo 2-ariſtatæ. Germen inferum. Bacca parva infera globoſa umbilicata, 4-locularis oligoſperma. *Frutices aut ſuffrutices gemmacei, ſquamis gemmarum ſæpè perſiſtentibus in ramulorum baſi; folia alterna, in quibuſdam ſempervirentia; flores pedicellati, ſolitarii axillares aut plurimi terminales bracteati, interdùm 5-fidi 10-andri. Corculum ſeminis* Oxycocci *tenue, in periſpermo carnoſo centrale: an idem in cæteris? Vaccinium oxycoccos v. Batſch Analys. Florum. P. I. n. 13. p. 63-67.*

III. Genera Ericis affinia.

EMPETRUM, T. L. * *Camarine.* Dioïcum. Calix 3-partitus perſiſtens. MASC. Petala 3 marceſcentia. Stamina 3, filamentis longis, antheris brevibus 2-partitis. FŒM. Germen ſuperum depreſſum; ſtylus o aut breviſſimus; ſtigmata 9, reflexo-patentia. Bacca orbiculata depreſſa, 9-ſperma ſeminibus in orbem diſpoſitis. *Character ex Linnæo. Suffrutices; folia conferta, alterna aut ſubverticillata, minima, margine integro revoluto ſubtùs concava; flores ſubſeſſiles, axillares aut terminales. Vidi in* E. nigro *flores nunquàm maſculos, interdùm fœmineos filamentis 3 ſterilibus, ſæpè hermaphroditos filamento unico fertili.* E. album *verè dioicum ex D. Correa, & fructu 3-ſpermo inſtructum ex Cluſio. Hinc eliminandum* E. pinnatum *Lamark Dict. Anciſtro & Cliffortiæ affine. An contrà hùc revocanda* Grubbia *Berg. Cap. frutex ramis oppoſitis, foliis oppoſitis linearibus margine revolutis, floribus ſeſſilibus axillaribus, cui ex Bergio calix 2-phyllus 2-3-florus, petala 4, ſtamina 8, germen 1, ſtylus 1, ſtigma 1, receptaculum proprium hirſutum? In ſpecimine ejuſdem fructifero vidi duntaxat nucem ſubbaccatam compreſſam, calice 2-phyllo infrà cinctam, ſuprà villoſam, ſtylis 2-3 diſtantibus totidemque loculis 1-ſpermis uno ordine diſpoſitis inſtructam: an flores verè diſtincti & fructus coadunati?*

HUDSONIA, L. * Calix 3-partitus connivens tubuloſus oblongus. Corolla o (Petala 5 minima *ex Berg.*). Stamina 15 non exſerta; antheræ ſubrotundæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula cylindrica, calice brevior 1-locularis 3-valvis 3-ſperma. *Suffrutex Ericæ facie, ramoſiſſimus; folia ſubulato-aceroſa, ſubimbricata, in ramulis hirſuta & confertiora, undè quaſi gemmæ terminales; pedunculi è gemmis axillares filiformes 1-flori, baſi multibracteolati. Character ex Linnæo & Berg. act. Holm 1778.*

OBS. Ericarum ſectio duplex, altera germine ſupero Rhododendris affinis, ſed diſpar antheris & ſepto valvarum medio, altera germine infero ſimilior Campanulaceis, ab iis tamen diſcedens habitu & defectu ſucci lactei & antheris & fructu non lateribus dehiſcente. In pleriſque generibus licèt monopetalis ſtamina non corollæ ſed calici innaſcuntur, irrito inſertionum ſtaminearum regimine generali; ſed tunc corolla non ſtaminifera plerumque marceſcit, tardiuſque decidua appendicem calicis internam quadamtenùs mentitur, ſtaminei oneris faciliùs immunem. Numerum partium corollæ quandoque minoris eſſe momenti in ordine definiendo comprobant genera quædam polypetala, verè Ericoïdea & hìnc dimoveri neſcia. Empetro & Hudſoniæ habitus pariter Ericoïdeus, ſed nondùm certus caracter. Semina in integro ordine enucleanda, ut de periſpermi præſentiâ aut defectu conſtet.

ORDO IV.

CAMPANULACEÆ, *LES CAMPANULACÉES.*

GLOCKENBLUMEN.

CALIX ſuperus limbo diviſo, raro ſemiinferus. Corolla ſummo calici inſerta, ſæpiùs regularis limbo diviſo, plerumque marceſcens. Stamina ibidem inſerta ſub corollâ, hujus laciniis plerumque alterna & numero æqualia, ſæpiùs quinque, antheris diſtinctis aut interdùm coalitis. Germen inferum, aut raro ſemiinferum, ſuprà glanduloſum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Capſula infera aut rarò ſemiinfera, plerumque trilocularis, interdùm bi quinque aut ſexlocularis, ſæpiùs polyſperma & lateribus dehiſcens; ſemina angulo loculorum interiori affixa. Herbæ aut rariùs frutices, lacteſcentes. Folia ſæpiùs alterna. Flores diſtincti aut rariùs in calice communi aggregati.

I. Antheræ diſtinctæ.

CERATOSTEMA. * Calix turbinatus 5-fidus, laciniis magnis. Corolla coriacea, tubuloſo-cylindrica, limbo 5-fido erecto. Stamina 10 perigyna, filamentis brevibus, medias intercidentibus antheras longiſſimas erectas, apice attenuato 2-furcas. Stigma 1. Capſula?... calicinis laciniis coronata, ſubtomentoſa, 5-toroſa, 5-locularis polyſperma. *Frutex (an lacteſcens?); folia coriacea ſeſſilia; flores coriacei magni, laxè ſpicati terminales pedicellis bracteatis. Caracter ex ſicco Joſ. Juſſæi ſpecimine Peruviano quoad fructum immaturo. Genus hinc Vaccinio & Ericis, indè Campanulis affine. Στεμα Κερατος ſtamen cornutum. Hujus fortè congener* Chupalon *planta Peruviana à D. la Condamine delineata, memorata ab Adanſonio, & picturâ ad Ant.*

Juſſæum miſsâ tantummodò innoteſcens Europæis, cui ex icone calix ſuperus 5-dentatus, corolla ſupera tuboloſa ſubcylindrica limbo coarctata 5-dentata, ſtamina 10 epipetala filamentis brevibus, antheræ longæ erectæ à baſi 2-partitæ, alternæ infrà longiores, germen ſemiinferum, ſtylus 1 longus, ſtigma ſub5-fidum, bacca infera pomiformis 5-locularis polyſperma, caulis ſubfruteſcens, folia alterna, flores plurimi axillares & terminales lætè rubentes, bracteis magnis concoloribus cincti; diſcrepat præcipuè dentibus calicis, ſtaminum formâ & ſitu, & fructu baccato: an affinior Vaccinio & Ericis?

FORGESIA, Commerſ. * Calix turbinatus 5-fidus. Corolla 5-partita, quaſi 5-petala petalis baſi latâ junctis, acutis, intùs furfuraceis. Stamina 5; antheræ oblongæ filamentis adnatæ. Stigma 2-lobum. Capſula ſemiinfera 2-locularis polyſperma, apice 2-valvis & ſtylo 2-partito perſiſtente acuminata. *Arbor (non lacteſcens?); folia coriacea; flores laxè racemoſi terminales & axillares, pedunculis & pedicellis bracteatis; fructus rariſſimè 3-ſtyli & 3-loculares. Caracter ex Commerſ. mſſ. & herb. Borb. Affinis Campanulaceis utpotè 1-petala, Onagris aut & Heucheræ inter Saxifragas utpotè polypetala & 2-ſtyla. Nomen à D. Desforges inſulæ Borbonicæ gubernatore, Commerſoniani laboris fautore.*

MINDIUM. * Calix 8-fidus. Corolla campanulata 8-fida. Stamina 8. Stigma 8-radiatum. Capſula 8-locularis polyſperma, calicinis laciniis coronata. *Flores laxè ſpicati terminales. Habitus Campanulæ, ſed diverſus partium numerus. In Dalech. Hiſt. app. p. 33 delineatur dictum à Rauvolſio* Mindium Rhazis.

CANARINA, L. * CAMPANULA, T. * Calix 6-fidus. Corolla campanulata 6-fida. Stamina 6 filamentis baſi latioribus. Stigma 6-partitum. Capſula 6-locularis. *Folia oppoſita; flores in ramulorum dichotomiâ terminales ſolitarii.*

CAMPANULA, T. L. * *Campanule.* Glocke. Calix nunc 5-fidus, nunc 10-fidus laciniis 5 reflexis. Corolla campanulata 5-fida. Stamina 5, filamentis baſi latioribus; antheræ longiores erectæ. Stigma 3-partitum. Capſula 3-locularis, rariùs 5-locularis, formâ varians. *Herbæ aut rariùs ſuffrutices; flores bracteati, nunc axillares ſolitarii aut faſciculati, nunc terminales ſpicati aut paniculati aut rariùs ſolitarii. Corolla* C. pentagoniæ *rotata. Huic ut & C. ſpeculo, C. hybridae aliiſque ſimiliter corollatis capſula oblonga priſmatica 2-3-locularis apice dehiſcens, has D. Durande deſignat nomine generico Legouziae D. L'Heritier in ſerto anglico nomine Priſmatocarpi. Idem C. tenellam LS. calice 5-partito, corolla ſub5-petala, germine vix infero, capſula 3-5valvi, diſtinctam ſecernit nomine Ligthfortiae. Eadem irregularis in C.* Erino *cui inſuper ſtigma 1 & capſula apice dehiſcens, & folia floralia oppoſita. An genus dividendum ratione laciniarum calicis*

& loculorum capſulae? Campanula ſpeculum. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 26. p. 32-38.

TRACHELIUM, T. L. * Calix 5-fidus. Corolla infundibuliformis, tubò longo, limbo 5-lobo. Stamina 5, filamentis non baſi dilatatis. Stigma globoſum. Capſula 3-locularis. *Flores corymboſi terminales bracteolati.*

ROELLA, L. * Calix turbinatus 5-fidus laciniis magnis dentatis. Corolla infundibuliformis limbo 5-partito. Stamina 5, filamentis baſi latioribus. Stigma 2-fidum. Capſula cylindrica 2-locularis, calicinis laciniis coronata. *Folia ciliata, circà florem conferta bractearum inſtar; flores terminales aut axillares, ſolitarii.*

GESNERIA, Pl. L. * Calix 5-fidus. Corolla tubo craſſiuſculo incurvo & ſuprà coarctato, fauce infundibuliformi, limbo 5-lobo, laciniis 2 ſuperioribus concavis, 3 inferioribus planis patentibus. Stamina 4 didynama. Stigma capitatum. Capſula ſubrotunda 2-locularis, calice coronata. *Herbae aut frutices; pedunculi axillares multiflori, floribus bracteatis. Hujus congener* Craniolaria fruticoſa L. *& fortè* Martynia perennis L. *licèt oppoſitifolia.*

CYPHIA, Berg. * LOBELIA, L. * Calix turbinatus limbo 5-partito. Corolla 5-partita, quaſi 5-petala petalis baſi latis conniventibus, apice patentibus. Stamina 5, filamentis piloſis baſi coalitis, antheris oblongis. Stigma truncatum pubeſcens, hinc cernuum. Fructus... *Radix tuberoſa; caulis herbaceus ſimplex; folia digitata aut lobata; flores ſpicati terminales 1-bracteati, bracteâ lobatâ. Caracter ex Bergio. Hùc* Lobelia bulboſa L.

SCÆVOLA, L. * LOBELIA, Pl. * Calix 5-fidus. Corolla irregularis tubuloſa, ſuprà longitudinaliter fiſſa, limbo 5-fido inæquali, laciniis infrà ſecundis. Stamina 5. Stylus per corollæ fiſſuram erumpens; ſtigma villoſum complanatum. Drupa ſubrotunda nuda aut calicinis laciniis coronata, fœta nuce rugoſâ 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutices (non lacteſcentes?); folia craſſiuſcula, petiolo villis axillaribus inſtructo, inferiora decidua veſtigiis perſiſtentibus; flores 2-bracteati dichotomè corymboſi axillares, dichotomiis 2-bracteatis. Hujus congener* Bela-modagan *Rheed. Mal. 4. t. 59.*

PHYTEUMA, L. * RAPUNCULUS, T. * Rapunzel. Calix 5-fidus. Corolla rotata, tubo breviſſimo, laciniis 5 longis linearibus. Stamina 5. Stigma 3-partitum. Capſula 3-locularis. *Flores nunc ſparſi, nunc ſæpiùs in caule ſimplici densè capitati aut ſpicati terminales, ſinguli bracteolati ut in Plantagine.* P. ſpicatæ *ſtigma 2-partitum & capſula 2-locularis.*

II. Antheræ connatæ.

LOBELIA, L. * RAPUNTIUM, T. * TRACHELIUM, T. * Lobelie. Calix 5-dentatus. Corolla irregularis, ſuprà longitudinaliter fiſſa, limbo 2-labiato 5-fido inæquali, ſuprà 2-partito, infrà 3-fido majore. Stamina 5, antheris in tubum connatis. Stigma ſimplex hiſpidum. Capſula 2-3-locularis, apice dehiſcens. *Caulis proſtratus aut erectus, interdùm ſuffruteſcens; flores 2-bracteolati ſolitarii axillares, aut 3-bracteolati laxè ſpicati terminales.* L. longifloræ *corolla longiſſima tubuloſa, ſtigma 2-fidum.*

JASIONE, L. * RAPUNCULUS, T. * Jaſione. Calix 5-fidus. Corolla rotata, tubo breviſſimo, laciniis 5 longis linearibus. Stamina 5, antheris in tubum coalitis. Stigma 2-fidum. Capſula 5-gona 2-locularis, calice coronata. Flores aggregati in calice communi polyphyllo ſuprà receptaculum nudum. *Caules ſaepè ſimplices. Capitula terminalia ſolitaria; flores centrales ſaepè abortivi ſtigmate indiviſo. Habitus Scabioſae.*

Obs. Genuinus ordo affinis hìnc Ericis mediante Ceratoſtemate, indè Onagris juvante Cyphiâ aut Saxifragis favente Forgeſiâ. A prioribus diſcrepat præcipuè fructûs dehiſcentiâ laterali & antherarum formâ, à cæteris corollâ monopetalâ, ab omnibus ſucco lacteo. Petala Forgeſiæ & Cyphiæ baſi latâ juncta, non ut in Saxifragis & Onagris unguiculata, corollam veriùs monopetalam indicant. Campanulaceæ Cichoraceis ſubſequentibus ſimiles utpotè alternifoliæ, lacteſcentes, monopetalæ germine infero, quædam floribus aggregatis & antheris connatis, diſſident ab iiſdem corollæ formâ & inſertione perigynâ, ſtaminibus non epipetalis, fructu capſulari polyſpermo.

CLASSIS X.

PLANTÆ DICOTYLEDONES MONOPETALÆ.

COROLLA EPIGYNA. ANTHERÆ CONNATÆ.

Flores tubuloſi, aggregati ſæpiùs plures in calice communi (indè *compoſiti* dicti), ſuprà receptaculum commune, nudum aut paleis piliſve tectum. Calix proprius nullus (niſi talis rectiùs habeatur cuticula ſeminis & pappus ipſi ſæpè continuus). Corolla monopetala, tubuloſa, epigyna ſeu piſtillo impoſita, in aliis floſculoſa ſeu limbo regulari ſæpiùs quinquefido, in aliis ligulata ſeu limbo producto in ligulam lateralem, apice integram aut dentatam. Stamina definita, ſæpiùs quinque, filamentis diſtinctis & corollæ inſertis, antheris in tubum coalitis (in ultimâ Corymbiferarum ſerie tantummodò approximatis). Germen inferum ſimplex, impoſitum receptaculo communi; ſtylus unicus, trajiciens antherarum tubum; ſtigma ſæpè bipartitum, raro ſimplex. Semen unicum, nudum, aut coronatum pappo. Corculi periſpermo deſtituti radicula inferior. Flores in eodem calice nunc floſculoſi omnes, nunc omnes ligulati, nunc radiati ſeu centrales floſculoſi, marginales ligulati.

Obs. Corolla monopetala indicat ſtylum unicum, ſtamina epipetala & definita; eadem epigyna determinat germen inferum,

calicem proprium (dum adeſt) germini accretum ideoque monophyllum ſuperum. Calix germini infero non ſtaminifero deficiens exigit corollam adſtantem, monopetalam, epigynam & ſtaminiferam.

Antherarum coalitio præcipuum dat in claſſe caracterem, non tamen in omnibus eumdem abſolutè. Non coaleſcunt enim, ſed approximantur tantùm in quibuſdam generibus inter Compoſitas & Dipſaceas mediis, ad Corymbiferarum calcem repoſitis uſquedùm novum fortè conſtituant ordinem. Diviſionum caracteres in Compoſitis Tournefortius à corollæ formâ, Linnæus à ſexuum præſentiâ aut defectu deprompſerat, uterque deflectens à naturâ quæ ſæpè radiatis floſculoſos aſſimilat flores, nec ſeparat genera ob merum ſtaminum aut piſtilli abortum. Naturæ accommodatior Vaillantii diſtinctio in Cichoraceas, Cinarocephalas & Corymbiferas, cæteris præponenda, uſquedùm ſincerior altera innotuerit. Cichoraceæ omninò ligulatæ, ab aliis indè diſtinctiſſimæ. Cinarocephalæ omninò floſculoſæ (capitatæ *ex Linn.*) calice communi imbricato, receptaculo tecto, ſtigmate articulato & ſemine pappoſo. Corymbiferæ nunc omninò floſculoſæ (diſcoïdeæ *ex Linn.*), nunc floſculoſæ ſimul & ligulatæ, calice vario, receptaculo tecto aut nudo, ſtigmate non articulato, ſemine nudo aut pappoſo. Admiſſi tamen caracteres non ſatìs interdùm Cinarocephalas à Corymbiferis ſecernunt, ſed his addendus habitus in Cinarocephalis uniformis, in Corymbiferis varius. An Corymbiferarum ordo poſthàc in plures dividendus?

Flores omnes hermaphroditi Polygamiam æqualem Linnæi conſtituunt, hermaphroditi fœmineis mixti Polygamiam ſuperfluam, iidem mixti neutris Polygamiam fruſtraneam, maſculi fœmineis mixti Polygamiam neceſſariam, calices juncti uni aut multiflori Polygamiam ſegregatam, iidem diſtincti uniflori Monogamiam. Antheræ in omnibus connatæ Syngeneſiam produnt diverſas connectentem in eâdem claſſe Linnæanâ Polygamias.

ORDO I.

CICHORACEÆ, *LES CHICORACÉES.*

SALATPFLANTZEN.

FLORES ligulati omnes & hermaphroditi. Calix communis varius. Ligulæ apice integræ aut dentatæ. Singulis ſtigma duplex. Semen nudum aut pappoſum. Receptaculum nudum aut tectum pilis vel paleis. Plantæ lacteſcentes, herbaceæ, ſæpè cauleſcentes. Folia alterna. Flores plerumque lutei.

I. Receptaculum florum nudum. Semen non pappoſum.

LAMPSANA, T. V. * LAPSANA, L. * *Lampſane.* Milchen. Calix 8-phyllus connivens erectus, caliculatus caliculo brevi, multiflorus. Semina non involuta.

RHAGADIOLUS, T. V. * LAPSANA, L. * *Ragadiole.* Calix caliculatus caliculo brevi, 5-8-phyllus oblongus, 8-12-florus, foliolis ſemina marginalia complectentibus & tunc ſimul in ſtellam divaricatis. Semina centralia 3--4, interdùm abortiva.

II. Receptaculum nudum. Semen pappoſum, pappo piloſo.

PRENANTHES, V. L. * CHONDRILLA, T. * LACTUCA, T. * Haſenſtrauch. Calix 4-5-phyllus connivens cylindricus ſub-5-florus, caliculatus caliculo brevi. Pappus plerumque ſeſſilis. *Flores quarumdam non lutei. Genus vix à Chondrillâ diſtinctum.*

CHONDRILLA, T. V. L. * *Chondrille.* Calix ſub8-phyllus con-

nivens cylindricus 10-12 florus, caliculatus caliculo brevi. Pappus ſtipitatus. *Seminis apex denticulatus.*

LACTUCA, T. V. L. * *Laitue.* Lattich-Salat. Calix polyphyllus imbricatus inæqualis ſubcylindricus aut interdùm baſi ſubventricoſus, margine ſquamarum ſcarioſo. Pappus ſtipitatus. *Flores quarumdam non lutei.*

SONCHUS, T. V. L. * LACTUCA, T. * *Laitron.* Saudiſtel. Calix polyphyllus imbricatus, inæqualis, baſi ventricoſus. Pappus plerumque ſeſſilis. *Flores quorumdam non lutei.*

HIERACIUM, T. V. L. * DENS LEONIS, T. * Habichtkraut. *Epervière.* Calix polyphyllus imbricatus inæqualis ovatus. Pappus ſeſſilis. *Species quaedam* (Dens leonis, T.) *foliis radicalibus & ſcapis uni aut multifloris; quaedam caliculatae caliculo longo, Crepidi fortè aſſiniores.*

CREPIS, L. * HIERACIOÏDES, V. * HIERACIUM, T. * CHONDRILLA, T. * *Crépide.* Calix ſimplici ſerie polyphyllus, caliculatus caliculo breviore, ſæpè patente & interdùm deciduo. Pappus (ſtipitatus *ex Linn.*) plerumque ſeſſilis. *Flores quarumdam non lutei. Pappus interdùm plumoſus, interdùm quaſi ſtipitatus ſemine ſuperiùs attenuato, ut in* C. alpinâ, C. fœtidâ *&c. Species iterùm examinandae omnes, & quaedam aliò depellendae.*

DREPANIA. * CREPIS, L. * HIERACIUM, T. V. * Calix multiplici ſerie polyphyllus, ſquamoſus, ſquamis ſetaceis ſparſis, exterioribus longioribus & maturitate falcato-incurvis. Semina apice breviſſimè ciliata & 2-4-ariſtata (ariſtis ſubplumoſis?). *Flores ſulphurei aut in diſco nigreſcentes. Hùc referenda* Crepis barbata L. *quae* Hieracium proliferum falcatum CB. T. Δρεπανη *falx, à ſquamis falcatis.*

HEDYPNOIS, T. * HYOSERIS, L. * RHAGADIOLOÏDES, V. * ZACINTHA, T. V. * Calix ſimplici ſerie polyphyllus, caliculatus caliculo brevi, maturitate toroſus, ſquamis ſemina marginalia amplexantibus & extùs gibbis, nunc in ſphæram conniventibus, nunc patulis. Semina marginalia apice ciliata aut ſubnuda, centralia coronata pappo ſetaceo aut piloſo, interdum deciduo. *Hujus congeneres Hyoſerides cauleſcentes L. &* Crepis Rhagadioloïdes L. *&* Lapſana Zacintha L. *cui pappus breviſſimus deciduus.*

HYOSERIS, L. * DENS LEONIS, T. * TARAXACONASTRUM, V. * Calix ſimplici ſerie polyphyllus, caliculatus caliculo brevi. Pappus ſeſſilis ariſtatus, pilis baſi cinctus, in ſeminibus marginalibus vix involutis tantùm 3-ſetoſus. *Folia radicalia; ſcapi 1-flori* H. fœtidæ *ſemina nuda, pappo forſan deciduo.*

TARAXACUM, Hall. * DENS LEONIS, T. V. * LEONTODON, L. * *Piſſenlit.* Calix ſimplici ſerie polyphyllus, caliculatus caliculo ſæpè ſquamoſo. Pappus ſtipitatus. *Folia radicalia; ſcapi 1-flori.*

III. Receptaculum nudum. Semen pappoſum, pappo plumoſo.

LEONTODON, L. * DENS LEONIS, T. * TARAXACONOÏDES, V. * Löwenzahn. Calix polyphyllus ſubimbricatus, aut ſimplici duplicive ſerie ſubæqualis & caliculatus. Pappus ſeſſilis. *Folia radicalia & ſcapi 1-flori. Receptaculum* L. aurei *villoſum*, L. hiſpidi *quaſi alveolatum. Semina quorumdam marginalia non pappo ſed membranulâ coronata.* L. autumnale *cauleſcit, Scorzonerae affinius.*

PICRIS, L. * HIERACIUM, T. * HELMINTHOTHECA, V. * Calix ſimplici ſerie polyphyllus, caliculatus caliculo brevi polyphyllo. Semina tranſversìm ſtriata. Pappus ſeſſilis. *Herbae aſperae.*

HELMINTIA. * HELMINTHOTHECA, V. * HIERACIUM, T. * PICRIS, L. * Calix ſimplici ſerie 8-phyllus, caliculatus caliculo amplo 5-phyllo. Semina tranſversìm ſtriata. Pappus ſtipitatus. *Herba aſperrima quae* Picris echioïdes L.

SCORZONERA, T. V. L. * SCORZONEROÏDES, V. * CREPIS, V. * SONCHUS, T. * *Scorzonère.* Scorzonere. Calix polyphyllus imbricatus, inæqualis, ſquamis margine membranaceis. Pappus ſeſſilis. *Folia plurimarum integra, quarumdam* (Scorzoneroïdes V.) *laciniata; quarumdam flores non lutei. An* Leontodon autumnale L. *congener aut affine? An genere diſtinguendae* S. tingitana & S. picroïdes *habitu diverſae* (Crepis V.), *quibus pedunculus ſub calice turbinatus cavus & ſemina tranſversìm ſtriata & praecipuè pappus piloſus.*

TRAGOPOGON, T. V. L. * *Cercifis, Salſifis.* Haferwurz. Calix ſimplex 8-partitus æqualis. Pappus ſeſſilis. *Habitus Scorzonerae; flores quorumdam non lutei; quorumdam folia radicalia & ſcapi 1-flori.*

UROSPERMUM, Scop. * TRAGOPOGONOÏDES, V. * HIERACIUM, T. * TRAGOPOGON, L. * *Barbouquine.* Calix 1-phyllus urceolatus 8-fidus. Semina tranſversìm ſulcata; pappus ſtipitatus ſtipite corniformi fiſtuloſo infrà ventricoſo non deciduo. *Hùc referantur* Tragopogon Picroïdes L. & T. Dalechampii L. *Huic ligulae ſulphureae 5-denticulatae dentibus fuſcis, exteriores extùs purpuraſcentes.*

IV. Receptaculum paleaceum aut piloſum. Pappus plumoſus aut piloſus.

GEROPOGON, L. * TRAGOPOGON, T. V. * Calix ſimplex polyphyllus æqualis. Pappus radii 5-ariſtatus, diſci plumoſus.

Receptaculum paleaceum. *Habitus Tragopoginis; flores plerumque non lutei.*

HYPOCHÆRIS, V. L. * HIERACIUM, T. *Ferckelkraut. Calix polyphyllus imbricatus inæqualis. Pappus ſtipitatus plumoſus. *Folia pleraque radicalia & caules ſubnudi.*

SERIOLA, L. * ACHYROPHORUS, V. * HIERACIUM, T. * Calix ſimplex polyphyllus ſubæqualis. Pappus plumoſus, ſtipitatus aut ſemini ſuprà attenuato inſidens. Receptaculum paleaceum.

ANDRYALA, L. * ERIOPHORUS, V. * HIERACIUM, T. * *Andriale.* Calix ſimplex multipartitus ſubæqualis, rotundatus, interdùm ſquamulis paucis cinctus. Pappus piloſus ſeſſilis. Receptaculum piloſum. *Herbae tomentoſae.*

V. Receptaculum paleaceum. Pappus ariſtatus aut dentatus aut nullus.

CATANANCHE, T. V. L. * *Cupidone.* Calix polyphyllus imbricatus ſcarioſus. Pappus ſeſſilis 5-ariſtatus. *Folia plerumque radicalia & nervoſa graminea; caules ſubnudi.* C. cæruleæ *flores caerulei.* C. græca L. *quae* Scorzonera T., *Scorzonerae verè congener.*

CICHORIUM, T. V. L. * *Chicorée* Wegwart. Calix duplex, interior 8-partitus erectus, exterior 5-partitus brevior apice patens. Semina coronata margine ſub5-dentato. *Flores caerulei aut albi, foliolo axillares, 1-6 glomerati ſeſſiles, uno interdùm longè pedunculato.*

SCOLYMUS, T. V. L. * Calix polyphyllus imbricatus ovatus, ſquamis acutis conniventibus. Pappus nullus. Paleæ receptaculi 3-dentatæ. *Flores bracteati, bracteis pinnatifido-ſpinoſis; habitus Cardui.*

Obs. Ordo Cichoracearum apprimè naturalis à Vaillantio in Actis Acad. Pariſ. 1721 elaboratus, idem cum Semifloſculoſis Tournefortii & cum Polygamiâ æquali ſemifloſculosâ Linnæi. Sectiones Vaillantii à receptaculo & pappo fortè minùs naturales, utiles tamen & propterea ſervandæ. Generum diſtinctio à calicis ſtructurâ & pappi fulcro præcipuè eruitur. Campanulaceis affinis ordo ex ſuprà memoratis p. 166, & ideò corollæ epigynæ perigynas ſuperas rectè ſubſequuntur.

ORDO II.

CINAROCEPHALÆ, *LES CINAROCEPHALES.*

DISTELPFLANTZEN.

FLORES floſculoſi omnes, nunc omnes hermaphroditi, nunc neutri aut rariùs fœminei hermaphroditis mixti. Calix communis multiplici ſerie polyphyllus imbricatus ſquamis ſpinoſis aut inermibus. Receptaculum commune tectum pilis aut ſæpiùs paleis. Floſculi neutri ſæpè irregulares, hermaphroditi quinquefidi regulares pentandri. His ſtigma ſimplex aut bifidum, ſæpè ſtylo inarticulatum. Semen pappoſum, pappo ſeſſili piloſo aut plumoſo. Caulis herbaceus, aut raró fruteſcens. Folia alterna, ſpinoſa aut inermia. Flores colore varii, terminales aut rariùs axillares.

I. Cinarocephalæ veræ. Squamæ calicis ſpinoſæ.

ATRACTYLIS, L. * CARLINA, T. * CNICUS, T. * Flores hermaphroditi. Calix ovatus connivens ſquamis integris acuminatis, caliculatus caliculo diſtincto longiore polyphyllo, foliolis pinnatifido-ſpinoſis. *Ex Linnaeo in pluribus corollae marginales ligulaeformes & hermaphroditae, antheris tamen quandoque effœtis nullo tunc comitante ſtylo nec ſtigmate; pappus omnium plumoſus & receptaculum villoſum. Species una oppoſitifolia ex eodem: an rectè? Genus recognoſcendum.*

CNICUS, T. L. * CARDUUS, T. * CIRSIUM, T. * Kratzkraut. Flores hermaphroditi. Calix ſquamis indiviſis acuminato-ſpinoſis, cinctus ſquamis pluribus à baſi diſtinctis, foliaceis ſubſpinoſis. *Herbae inermes aut ſpinoſae.* C. acarna *Carthamo congener.*

congener. Species quaedam Carduo, quaedam Serratulae affines. Genus deletum à D. Lamark.

CARTHAMUS, T. L. * CNICUS, T. * *Carthame.* Saflor. Flores hermaphroditi. Calix ſquamis interioribus ſimplicibus acuminatis aut ſpinoſis, exterioribus baſi arctis, apice foliaceo divaricatis & margine dentato aut ſinuato ſpinoſis. *Herbae ſpinoſae aut mites, quaedam calice ſubinermi minùs congeneres. Semen* C. tinctorii *nudum pappo mox deciduo. Floſculi radiales ex Hallero neutri aut abortientes in* C. lanato *&* C. cretico *indè ad Calcitrapam depellendis & Calcitrapae benedictae affinioribus.* C. lævis *Hill. Kew. t. 5 nunc eſt* Stokeſia *L'Herit. Sert. Angl., genus diſtinctum cui calix foliaceus ſubimbricatus, flores floſculoſi, hermaphroditi, centrales regulares, marginales irregulares radium conſtituentes, pappus filamentoſus, regularium quaternus ſemine 4-gono, irregularium ternus ſemine 3-gono, receptaculum nudum.*

CARLINA, T. L. * *Carline.* Eberwurtz. Flores hermaphroditi. Calix ſquamis exterioribus ſinuato-ſpinoſis baſi conniventibus & apice divaricatis, interioribus ſæpè ſimplicibus acutis, intimis multò longioribus ſcarioſis ligulæformibus coloratis & radium mentientibus. *Herbae humiles, quaedam acaules & grandiflorae; folia ſaepè pinnatifido-ſpinoſa.*

ARCTIUM, Dalech. Lamark. * BERARDIA, Vill. * Klette. Calix magnus, duplici aut triplici ſerie polyphyllus æqualis, ſquamis acuminatis ſubinermibus, interioribus glabris, exterioribus lanuginoſis. Semina priſmatica; pappus denſus plumoſus, baſi intortus. Receptaculum foveolis minimis alveolatum & denticulis intermixtis exaſperatum. *Herba humillima tomentoſa caule 1-floro; folia pleraque radicalia; flos magnus Cinarae; ſemen Carlinae; receptaculum ferè Onopordi.*

CINARA, T. L. * *Artichaut, Cardon.* Artiſchoke. Flores hermaphroditi. Calix maximus ventricoſus, ſquamis numeroſis, apice 1-ſpinoſis baſi carnoſis. Receptaculum magnum carnoſum ſetoſum. *Folia maxima Acanthi pinnatifido-ſpinoſa. Genere omninò diſtinguenda* C. humilis *cui flos radicalis & ſquamæ calicinae inermes apice ciliato-palmatae ut in Jaceâ.*

ONOPORDUM, V. L. * CARDUUS, T. * *Onoporde.* Zellblume. Flores hermaphroditi. Calix magnus ventricoſus, ſquamis numeroſis undique prominentibus, apice 1-ſpinoſis. Receptaculum favoſum ſeu foveolis ſeminum numeroſis alveolatum, nudum pilis forſan preſſione abortivis. *Caulis altiſſimus; folia maxima Acanthi, ſpinoſa ſaepè tomentoſa.*

CARDUUS, T. L. * CIRSIUM, T. * *Chardon.* Diſtel. Flores hermaphroditi. Calix ſquamis apice 1-ſpinoſis. *Folia ſpinoſa aut ſubinermia, decurrentia aut ſeſſilia. An dividendum genus in* Carduum *pappo piloſo, &* Cirſium *pappo plumoſo?* C.

marianus *ſquamis margine ſpinoſis*, *indè Carthamo congener ex D. Lamark.*

LAPPA, T. * ARCTIUM, L. * *Bardane*, *Glouteron.* Flores hermaphroditi. Calix ſphæriceus ſquamis ſubulato-ſpinoſis, apice in hamum inflexis. *Folia magna inermia*; *flores ſubcorymboſi.* Arctium perſonata L. *ad Carduum depellenda ex Jacq.*

CROCODILIUM, V. * CENTAUREA, L. * CARDUUS, T. * JACEA, T. * Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri. Calix ſquamis ſimplicibus apice 1-ſpinoſis. *Folia ſimplicia aut pinnatifida. Hùc referendae Centaureae 56-66 Linnæi ſyſt. ed. 14.*

CALCITRAPA, V. * CENTAUREA, L. * CARDUUS, T. * CNICUS, T. V. * *Chauſſetrape.* Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri. Calix ſquamis apice ſpinoſo-pinnatis, ſeu deſinentibus in ſpinam lateribus dentato-ſpinoſam aut ciliatam. *Folia ſimplicia aut pinnatifida*, *interdùm decurrentia. Hùc referendae Centaureae 45-55 Linn. ſyſt. An tamen genere diſtinguenda* C. benedicta L. *ſeu* Cnicus V. *cui calix lanatus involucro polyphyllo arctè cinctus?*

SERIDIA. * CENTAUREA, L. * CARDUUS, T. * Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri. Calix ſquamis apice ſpinoſo-palmatis. *Folia ſimplicia aut rariùs pinnatifida*, *interdùm decurrentia. Hùc referendae Centaureae 38-44 Linn. ſyſt.*

II. Cinarocephalæ veræ. Squamæ calicis inermes. *Plantæ plerumque etiam inermes.*

JACEA, T. * CENTAUREA, L. * *Jacée.* Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri diſco ſubæquales. Calix ſquamis apice ciliatis. *Species quaedam ſuffruticoſae; folia ſimplicia aut pinnatifida. Hùc referendae Centaureae 7-26 Linn.*, *exceptis Cyanis ſequentibus.*

CYANUS, T. * CENTAUREA, L. * *Bluet*, *Barbeau*, *Aubifoin.* Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri diſco multò majores, difformes, & in infundibulum limbo multifidum deſinentes. Calix ſquamis apice ciliatis. *Folia ſimplicia. Hujus congeneres Centaureae 9. 13. 14. 15. Linn. ſyſt.*

ZOEGEA, L. * Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri, difformes, in ligulam producti. Calix ſquamis exterioribus ciliatis, interioribus longioribus ſcarioſis integris. Pappus ſetaceus. Receptaculum ſetoſum. *Flores lutei.*

RHAPONTICUM, V. * CENTAUREA, L. * CENTAURIUM, T. * JACEA, T. * Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri. Calicis ſquamæ apice aridæ ſcarioſæ. *Folia ſimplicia*

aut pinnatifida, interdùm decurrentia. Hujus congeneres Centaureae 27-37. Linn. ſyſt.

CENTAUREA, L. * CENTAURIUM MAJUS, T. * CYANUS, T. * *Centaurée, Ambrette.* Flockblume. Flores centrales hermaphroditi, marginales neutri. Calicis ſquamæ ſimplices. *Folia ſimplicia aut pinnata. Hic ſiſtendae Centaureae 1-6 Linn.*

·PACOURINA, Aubl. * Flores hermaphroditi. Calix ſphæriceus magnus, multiplici ſerie imbricatus inæqualis, ſquamis rotundatis. Floſculorum tubus baſi anguſtior. Pappus piloſus. Receptaculum carnoſum paleaceum, paleis ſemina ſuperantibus. *Caulis ramoſus erectus; foliorum petiolus marginatus amplexicaulis; flores ſolitarii ſeſſiles oppoſitifolii. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 316.*

SERRATULA, L. * JACEA. T. * *Sarréte.* Scharte. Flores hermaphroditi. Calix oblongus cylindricus, ſquamis muticis. Floſculorum tubus apice ventricoſus. Stigmata 2. Pappus piloſus aut plumoſus. Receptaculum paleaceum. *Genus certè recudendum. Floſculi* S. coronatæ *fœminei ex Linn. Species quaedam receptaculo nudo, nempè* S. noveboracenſis, S. præalta, S. glauca, S. ſquarroſa *&c., ideò ex ordine depellendae & Eupatorio aut Cacaliae affiniores.* S. arvenſem *ſpinoſam Carduo rectè adjicit D. Lamark. &* Cnicum Centauroïdem, Cn. cernuum *conſociat Serratulae utpotè inermes. A Serratulâ tamen fortè ſecernendi calices ampli ſphaericei & interdùm ſcarioſi, quales in ſupràdictis aliiſque hermaphroditis, praetereà Rhapontico aut Centaureae ſimilibus.*

PTERONIA, L. * PTEROPHORUS, V. * Flores hermaphroditi. Calix oblongus, ſæpè cylindricus, ſquamis inæqualibus. Pappus ſubplumoſus aut rarò ſetaceus. Receptaculum ſetoſum ſetis multipartitis, aut paleaceum. *Suffrutices; folia minuta, quorumdam oppoſita; flores terminales. Caracter ex Linnaeo. Species quaedam (an omnes, an oppoſitifoliae tantùm?) receptaculo certè nudo, ſed ſemine pappoſo ſimul & villis veſtito numeroſis ſetas receptaculi mentientibus, indè affiniores Eupatorio cui praetereà habitu & foliorum oppoſitione & calice conveniunt, ſemine villoſo diſcrepantes. An caeterae in receptaculo ſetoſae ad Serratulam aut Staehelinam compellendae?*

STÆHELINA, L. * Flores hermaphroditi. Calix oblongus cylindricus, ſquamarum inæqualium apice colorato. Antheræ caudatæ. Stigmata 2. Pappus ramoſus. Receptaculum breviſſimè paleaceum. *Caracter ex Linnaeo. Frutices aut herbae. Genus ulteriori examine Serratulae partìm adjiciendum.*

III. Cinarocephalæ anomalæ. Calices uni aut pauciflori aggregati.

JUNGIA, LS. * Calices partiales multiflori, floribus floſculoſis hermaphroditis, polyphylli, 3 4 in calice communi polyphyllo. Floſculus ſingulus limbo 2-labiatus, ſuprà dentatus, infrà 2-fidus. Stigmata 2. Semen papposum, pappo ſeſſili plumoſo longo. Receptaculum paleaceum, paleis calici æqualibus. *Caulis lignoſus; folia alterna; flores congeſti paniculati terminales. Caracter ex Linn. Suppl.*

NASSAUVIA, Commerſ. * Calices 4-5-flori floribus floſculoſis hermaphroditis, duplicati, intùs 5-phylli, extùs 3-phylli minores. Singulus floſculus ſub2-labiatus, hinc 3-dentatus, indè 2-fidus. Stigmata 2. Pappus ſeminum 4-5-ſetoſus ſetis albidis, caducus. Receptaculum nudum. *Herba Magellanica exquiſitè odora, foliis alternis ſubimbricatis criſtatis obtecta; ſpica ſimplex denſiſſima capitata terminalis, multibracteata bracteis ſeu paleis ſingulis calices plurimos obtegentibus, exterioribus calicem communem mentientibus. Caracter ex Commerſ. qui Naſſauviam dixit ab ill. Principe de Naſſau itineris & excurſionum in Magellaniâ Botanicarum comite.*

GUNDELIA, T. L. * Calices ſuprà receptaculum commune ſphæriceum paleaceum aggregati, capitati, bracteis obvallati, ſinguli 1-phylli dentati 4-angulares ſubcarnoſi 5-flori floribus floſculoſis, 5 foveolis apice dentatis excavati pro floſculorum inſertione. Floſculus 1 centralis hermaphroditus, 4 marginales maſculi. Semen non pappoſum, calice perſiſtente tectum. *Herba lacteſcens; folia alterna ſpinoſa, floralia decurrentia; flores terminales; habitus Cardui.*

ECHINOPS, L. * Echinops, T. * *Echinope.* Biſenknopf. Calices 1-flori flore floſculoſo hermaphrodito, angulati oblongi, ſquamis numeroſis inæqualibus infrà ciliatis imbricati, & extùs baſi multiſetoſi, aggregati in capitulum globoſum ſuprà receptaculum commune globoſum ſubnudum, cinctum quandoque ſquamulis reflexis minimis calicem communem mentientibus Stigma duplex. Semen villoſum, apice ciliatum, calice perſiſtente cinctum. *Herbae, quaedam altiſſimae; folia alterna ſpinoſa pinnatifida; capitula ſaepè ſolitaria terminalia. An congener* Echinopus... *Plum. ſp. 11. ic. 123. f. 1. ſeu* E. fruticoſus *Linn. ſpec. ab eodem omiſſus in ed. poſt., frutex à Rottbollio* Rolandra *dictus, cui folia alterna integra ſubtùs argentea, flores conglobati axillares, ſinguli calice glumaceo & ex Rottb corollâ 4-fidâ 4-andrâ inſtructi?*

CORYMBIUM, L. * Calix 1-florus flore floſculoſo, 2-phyllus glumaceus longus connivens cylindricus, caliculatus caliculo breviſſimo 4-5-phyllo. Stigma 2-fidum. Semen oblongum villoſiſſimum coronatum caliculo urceolato paleaceo. Receptaculum nudum. *Caulis pedalis ſublignoſus; folia radicalia graminea longa multinervia coriacea; caulina ſquamiformia rariora; flores*

diſtincti corymboſi axillares & terminales. Genus nulli verè affine, niſi fortè Echinopi pariter 1-ſpermo, ſed habitu diverſiſſimum: an Seriphio ſimilius?

SPHÆRANTHUS, V. L. * Calices multiflori floribus floſculoſis 5-phylli aggregati in capitulum ſphæriceum, ſuprà receptaculum commune globoſum ſquamoſum ſeu paleaceum, cinctum calice polyphyllo brevi. Floſculi centrales 2-3 hermaphrodito-maſculi 5-fidi ſtigmate ſimplici, marginales 5-10 fœminei 3-dentati ſtigmate duplici. His ſemen oblongum nudum. Receptaculum partiale nudum. *Herbae; folia ſaepiùs decurrentia; capitula terminalia aut axillaria. Congener* Polycephalos *Forsk. An S.* africanus *Burm. Ind. ex genere & ordine depellendus?*

Obs. Ordo certè naturalis, ſed in ſpeciebus diligenter elaborandus ab Autore monographo ut ſtabilior ſeries certioraque eruantur genera. Hæc à Tournefortio in Inſt. Bot. facta, à Vaillantio in Act. Pariſ. 1718 aucta ac diviſa pluribus adhibitis ſignis, à Linnæo deìn contracta neglectis plerumque ſignis Vaillantianis, ab Hallero, Scopolio, Lamark aliiſque recentioribus iterùm mutata, univerſam ordinis exigunt inveſtigationem antequàm nova proferantur. Hìc ergò pleraque Linnæi genera manent intacta, tempore partìm convellenda. Opportuna tamen ac facilis viſa fuit generica partitio Centaureæ numeroſas in definitis ſectionibus ſpecies complectentis, quâ peractâ ſpinoſæ Cinarocephalæ ab inermibus ſecernuntur diviſione naturali & quædam ſeries inſtituitur à recto minùs aliena. An potiùs deducenda ex receptaculo ſetoſo aut paleaceo, ex pappo plumoſo aut piloſo, ex ſtigmate ſimplici aut gemino? An receptacula quælibet nuda ex ordine eliminanda; an contrà quædam admittenda cæteris faventibus ſignis, ut in Eupatorio, Xeranthemo, Chuquiragâ &c.? An idem de generibus margine ligulatis præthereà ſimilibus, quorum ligulæ hermaphroditæ, ut Barnadeſia & fortè Mutiſia? An Atractylis & Zoëgea, utraque ligulata ſed prætereà Cinarocephalis omninò conformis, ab his tamen removenda? An hùc revocandum Xeranthemum T. à congeneribus Linnæanis pleriſque diſtinctum receptaculo paleaceo? Genera anomala ordini adjecta nec huic nec ſequenti omninò conveniunt, inter utrumque media.

ORDO III.

CORYMBIFERÆ, *LES CORYMBIFÈRES.*

Flores vel floſculoſi omnes, vel radiati, id eſt floſculoſi in diſco & ligulati in radio. Floſculoſi plerumque hermaphroditi omnes; interdùm centrales hermaphroditi, marginales fœminei aut neutri; rariùs centrales maſculi, marginales fœminei. Radiati nunquàm hermaphroditi omnes, ſed nunc ſæpè floſculis hermaphroditis & ligulis fœmineis aut rariùs neutris, nunc interdùm floſculis maſculis & ligulis fœmineis inſtructi. Calix communis monophyllus aut polyphyllus, ſimplex aut caliculatus ſeu cinctus caliculo exteriore aut imbricatus, multiflorus aut rarò pauciflorus vel uniflorus, receptaculo communi nudo aut pilis vel paleis flores diſtinguentibus tecto. Floſculi ſæpiùs quinquefidi, rariùs tri aut quadrifidi. Ligulæ apice integræ aut dentatæ. Stamina in fœmineis & neutris nulla, in hermaphroditis & maſculis quinque, rariùs quatuor, antheris in tubum coalitis (rariſſimè diſtinctis & approximatis, ut in Kuhniâ, Artemiſiâ & Corymbiferis anomalis.). Stigma ſtylo continuum, hermaphroditis & fœmineis floribus duplex, maſculis ſimplex, neutris ſimplex aut nullum. Semen nudum aut coronatum pappo. Herbæ aut quandoque frutices ſuffruticeſve. Folia in plurimis alterna, in paucis oppoſita. Florum diſcus plerumque luteus; radius ſæpè concolor, nonnunquàm diſcolor.

I. Receptaculum nudum. Semen papposum. Flores floſculoſi. (*In Mutiſiâ*, *Barnadeſiâ*, *Leyſerâ flores radiati*).

KUHNIA, L. * Flores floſculoſi. Calix imbricatus oblongus cylindricus, circiter 10-15-florus. Antheræ diſtinctæ cylindricæ. Stigmata longa. Pappus plumoſus. *Caracter ex Linnæo Flores ſubcorymboſi terminales. Habitus Eupatorii, ſed folia alterna & antheræ diſtinctae inſigni ordinis exceptione. Huic etiam extùs ſimiles Serratulae receptaculo nudo inſtructae.*

CACALIA, T. L. * KLEINIA, L. * *Cacalie.* Flores floſculoſi. Calix ſimplex oblongus, baſi caliculatus. Pappus piloſus. *Flores interdùm purpuraſcentes aut albidi. Calix* Kleiniæ *cylindricus & folia ſucculenta teretia & caulis fruteſcens.* Cacalia *herbacea foliis planis non ſucculentis & calice campanulato: huic habitu ſimilis* Serratula noveboracenſis L. *An genus dividendum; an Senecioni affine?*

EUPATORIUM, T. L. * *Eupatoire.* Eupatorie. Flores floſculoſi. Calix imbricatus inæqualis oblongus cylindricus pauciflorus. Pappus plumoſus. *Caulis fruteſcens aut herbaceus, interdùm ſcandens; folia in plurimis oppoſita, in paucis verticillata aut alterna; flores ſæpè corymboſi terminales aut axillares, purpuraſcentes. Species quædam Linnæanæ calice polyphyllo ſimplici non imbricato, Cacaliæ affiniores ex D. Lamark; quædam pappo piloſo. An congener* Critonia *Brown. Jam. t. 34. f. 1., cui ex Autore calix 4-florus, pappus ramoſus, cætera ſimilia?*

AGERATUM, L. * Flores floſculoſi, floſculis 4-fidis. Calix duplici ſerie polyphyllus oblongus ſubæqualis.. Pappus 5-ariſtatus. *Folia inferiora oppoſita; flores corymboſi terminales non lutei.*

ELEPHANTOPUS, V. L. * Flores floſculoſi, laciniis floſculorum oblongis. Calix imbricatus oblongus cylindricus, circiter 4-florus. Pappus ſetaceus. *Caulis ſublignoſus; involucra 3-phylla 3 calices colligentia, nunc magna cymbiformia, laxiſſimè corymboſa & longè pedicellata, nunc minora bracteiformia axillaria, ſeſſilia & ſpicata. Flores ligulati ex Linnæo.*

CHUQUIRAGA. * Flores floſculoſi, floſculis numeroſis longiſſimis, limbo ſubintegris. Calix magnus turbinatus, imbricatus ſquamis numeroſiſſimis, exterioribus ſensìm minoribus. Antheræ longæ baſi 2-ſetæ. Stigma 1? Pappus plumoſus longus. Receptaculum villoſum. *Frutex ramoſus, foliis Ruſci rigidis acuminatis alternis densè imbricatis; flores in ramulis ſolitarii terminales. Mutiſiæ affinis ſed non radiata: an Cinarocephalis affinior? Caracter ex ſicco Joſ. Juſſæi ſpecimine Peruviano* Chuquiraga *vernaculè dicto.*

MUTISIA, LS. * Flores radiati; floſculi longi 2-3-fidi laciniis dentatis; ligulæ longæ, filamentis 2-3 ſterilibus inſtructæ. Calix longus cylindricus, imbricatus ſquamis inæqualibus. Pappus plumoſus longus. *Frutices ſcandentes, glabri aut tomentoſi; folia alterna, nunc ſimplicia apice cirrhoſo, nunc ſæpiùs pin-*

nata Viciæ inſtar, rachi in cirrhum deſinente, foliolis inferioribus ſtipulæformibus; pedunculi 1-flori axillares aut terminales; calix Scorzonerae; ſemoto flore habitus Viciae. Peruvianis Guariruma *vernaculè dicitur ex Joſ. Juſſaeo. Affinis hinc Chuquiragae, indè Barnadeſiae.*

BARNADESIA, LS. * Flores radiati; floſculi 3-4, limbo 5-partito erecto; ligulæ plures hirſutæ, fiſſæ, hermaphroditæ. Calix imbricatus ſquamis pungentibus, multiplici ſerie inæqualibus. Pappus diſci ſetoſus ſpiralis, radii plumoſus. Receptaculum villoſum. *Frutex ramis & foliis alternis ſimplicibus baſi 2-ſpinoſis; flores terminales paniculati. Caracter ex Linn. Suppl. Ligulae hermaphroditae in ordine inſignes, fortè potiùs floſculi fiſſi: an indè genus Atractylidi & Zoegeae inter Cinarocephalas affine & iis approximandum unà cum Chuquiragâ & Mutiſiâ, receptaculo nudo incaſsùm reluctante?*

XERANTHEMUM, T. L. * ELYCHRYSUM, T. * Flores floſculoſi, marginales pauciores fœminei. Calix imbricatus inæqualis, ſquamis ſcarioſis, interioribus diſco longioribus membranaceis nitidis, radium coloratum conſtituentibus. Pappus plumoſus aut piloſus, rariùs ſetaceus. *Suffrutices aut herbae; folia alterna, ſaepè tomentoſa; flores terminales; calix perſiſtens; ſquamae radiales colore variae; habitus Gnaphalii. Pappus 5-ſetaceus & receptaculum paleaceum in* X. annuo L. (*an & in aliis?*) *ſeu* Xeranthemo T. *indè affiniori Cinarocephalis & Staehelinae. An indè dividendum genus collato in omnibus caractere, reſtituendumque Elychriſi nomen ſpeciebus Gnaphaloïdeis in receptaculo nudis huic à Linnaeo malè conſociatis?*

GNAPHALIUM, L. * ELYCHRYSUM, T. * *Gnaphale.* Ruhrkraut. Flores floſculoſi, fœminei hermaphroditis mixti & corollulis integris vix manifeſtis inſtructi. Calix imbricatus inæqualis, ſquamis rotundis ſcarioſis coloratis. Pappus plerumque plumoſus, interdùm capillaris. *Suffrutices aut herbae; folia alternà ſaepè caneſcentia; flores ſaepè terminales, glomerati aut corymboſi; calix perſiſtens ſquamis luteis aut albis.* G. arborei *receptaculum lanatum. Species una dioïca inſigni exceptione.*

FILAGO, T. L. * Flores floſculoſi, ſæpiùs hermaphroditi 4-fidi 4-andri (centrales maſculi & marginales fœminei *ex Linn.*). Calix 5-gonus imbricatus. Semen plerumque pappoſum pappo plumoſo brevi. Semina marginalia paleis calicinis diſtincta. *Herbae caneſcentes, vix à Gnaphalio diſtinctae & eidem conſociatae à DD. Scopoli, Lamark &c.; flores ſaepè glomerati terminales, interdùm orbe foliaceo cincti. Stella foliacea terminalis* F. Leontopodii *ex Scopolio continet in capitulo centrali floſculos hermaphroditos 5-fidos, in ambientibus floſculos alios fœmineos 4-fidos, alios neutros paleis diſtinctos.*

LEYSERA, L. * Flores radiati. Calix imbricatus ſcarioſus inæqualis. Pappus floſculorum ſetoſus breviſſimus, ariſtis 5 plumoſis cinctus, ligularum ſetoſus ſimplex. Receptaculum in diſco nudum, in radio paleaceum, paleis brevibus ſemina marginalia involucrantibus. *Suffrutices habitu Gnaphalii; folia linearia; flores terminales. Ex Linnaeo congener* Callicornia *Burm. Ind. cujus ligulae 3 fidae & pappus plumoſus non paleaceus, indè ſimilior Pardiſio? An congener etiam* L. paleacea *cujus receptaculum omninò paleaceum & pappus membranaceus non plumoſus?*

SHAWIA, Forſt. * Flos floſculoſus 5-fidus. Calix imbricatus cylindricus, 5-6 ſquamoſus ſquamis interioribus longioribus, (1-florus?), receptaculo nudo. Stigma 2-fidum. Semen 1 oblongum pappo piloſo infrà pubeſcente. *Flores paniculati. Caracter ex Forſt. Auſtr.*

SERIPHIUM, L. * *Armoſelle.* Flos floſculoſus 5-dentatus. Calix 1-florus, duplicatus, uterque 5-phyllus, exterior tomentoſus, interior glaber ſcarioſus. Pappus plumoſus aut nullus, fortè mox deciduus. *Caracter ex Linnaeo. Suffrutices Ericaeformes, foliis minimis; flores axillares aut terminales ſaepè glomerati.*

STOEBE, L. * CONYZA, T. * Flores floſculoſi. Calices 1-flori, 5-phylli foliolis æqualibus erectis, aggregati in calice communi ſubrotundo imbricato ſuprà receptaculum commune paleaceum. Stigma 2-fidum. Pappus plumoſus. *Plantae Ericaeformes foliis minimis; capitula Conyzae terminalia. An paleae receptaculi pro ſquamis calicum partialium extimis habendae? An verè congener* S. Gnaphalodes *diſſimilis habitu & calice communi 5-phyllo?*

CONYZA, T. L. * ELYCHRYSUM, T. * *Conyze.* Flores floſculoſi, marginales 3-fidi fœminei. Calix imbricatus, ſubrotundus aut cylindricus. Pappus piloſus. *Frutices aut herbae; folia in paucis decurrentia; flores ſaepè corymboſi aut paniculati terminales. An verè congener* C. Anthelminthica *cujus flores ſubſolitarii, floſculi fortè omnes hermaphroditi obſervante D. Desfontaines, & calicis foliola longitudine aequalia, interiora latiora, exteriora linearia caliculiformia?*

BACCHARIS, L. * CONYZA, T. * *Baccante.* Flores floſculoſi, fœminei hermaphroditis mixti & corollulis integris vix conſpicuis inſtructi. Calix imbricatus cylindricus. Pappus piloſus. *Frutices aut rariùs herbae; flores ſaepè corymboſi. Genus vix à Conyzâ diſtinctum.*

CHRYSOCOMA, L. * CONYZA, T. * *Chryſocome.* Flores floſculoſi. Calix imbricatus hemiſphæricus. Stylus brevis. Pappus piloſus. *Suffrutices aut herbae; flores plerumque corymboſi terminales. An* C. oppoſitifolia *verè congener?* C. graminifolia *radiata ligulis breviſſimis: an ideò Solidagini aut Erigero affinior?*

II. Receptaculum nudum. Semen pappoſum. Flores floſculoſi. *In Tuſſilagine & Senecione flores partim radiati.*

ERIGERON, L. * VIRGA AUREA, T. * ASTER, T. * Flöhkraut Flores radiati ligulis linearibus numeroſis. Calix oblongus imbricatus inæqualis. Pappus piloſus. *Ligulae in aliis albidae aut purpuraſcentes, luteae in aliis quarum inſuper antherae nonnunquàm baſi 2-ſetoſae Inulas indicant.*

ASTER, T. L. * VIRGA AUREA, T. * *Aſter.* Flores radiati, ligulis pluribus quàm 10, lanceolatis. Calix imbricatus ſquamis inferioribus patulis. Pappus piloſus. *Flores paniculati aut corymboſi; ligulae violaceae aut purpuraſcentes aut albidae. Species pauciſſimae fruticuloſae.* A. alpini *caulis ſimplex 1-florus.*

SOLIDAGO, L. * VIRGA AUREA, T. * *Verge d'or.* Goldruthe. Flores radiati, ligulis circiter 5. Calix imbricatus inæqualis connivens rectus. Pappus piloſus. *Herbae ſaepè elatae; flores paniculati; ligulae luteae, in* S. bicolore *tantùm albidae.*

INULA, L. * ASTER, T. * *Aulnée.* Aland. Flores radiati ligulis numeroſis. Calix imbricatus, ſquamis patulis, exterioribus majoribus. Antheræ baſi 2-ſetæ. Pappus piloſus. *Flores lutei axillares aut terminales, ſaepè corymboſi. Caulis* I. pinifoliæ *fruteſcens.*

PERDICIUM, L. * Flores radiati; floſculi 2-labiati labio interiore 2-fido, exteriore 3-dentato; ligulæ apice 3-dentatæ, baſi intùs 2-dentatæ. Calix oblongus imbricatus inæqualis. Pappus piloſus. *Suffrutices aut herbae. Genus recognoſcendum.*

TUSSILAGO, T. L. * PETASITES, T. * *Tuſſilage, Pétaſite.* Huflattig Flores radiati *in Tuſſilagine T.*, aut floſculoſi *in Petaſitide T.*, floſculis marginalibus fœmineis limbo integris & ſtylo appreſſis. Calix ſimplex polyphyllus æqualis. Pappus piloſus ſtipitatus. *Folia plerumque radicalia; ſcapi 1-flori, aut caules ſimplices folioſi foliis ſaepè ſquamiformibus, uni aut multiflori. Flores foliis ſaepè praecociores; quorumdam floſculi fœminei in ligulas quandoque producti.*

BRACHYGLOTTIS, Forſt. * Flores radiati, ligulis paucis brevibus recurvis 3-dentatis. Calix polyphyllus connivens cylindricus æqualis. Pappus plumoſus. *Caracter ex Forſt. Auſtr.*

SENECIO, T. L. * JACOBÆA, T. * *Seneçon, Jacobée.* Brandſpitze. Flores floſculoſi *in Senecione T.*, aut radiati *in Jacobaeâ, T.*, ligulis aut floſculis marginalibus fœmineis. Calix ſimplex, quaſi monophyllus, erectus conicus, baſi caliculatus ſeu cinctus ſquamulis apice ſphacelatis aut nigreſcentibus, maturatione reflexus. Pappus piloſus. *Suffrutices aut*

ſaepiùs herbae ; folia integra aut pinnatifida ; ligulae quorumdam rubentes, quorumdam breviſſimae ferè floſculoſae, undè Jacobaea Senecionis congener.

CINERARIA, L. * JACOBÆA, T. * Flores radiati, ligulis numero foliolorum calicis. Calix ſimplex polyphyllus æqualis. Pappus piloſus. *Folia integra aut rariùs pinnatifida ; ſpecies plures tomentoſae ; quaedam in calicis baſi 2-3-ſquamuloſae, ut in Senecione. Ligulae caeruleae in* C. Ameloïde *praetereà oppoſitifoliâ & fortè non congeneri.*

OTHONNA, L. * JACOBÆA, T. * Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis fœmineis. Calix 1-phyllus ſubcylindricus aut patens, apice 8-14-dentatus aut 8-14-fidus. Pappus piloſus aut ſubnullus. Receptaculum quandoque villoſum. *Species quaedam ſuffruticoſae ; folia ſimplicia aut pinnata.*

DIDELTA, L'Herit. * Flores radiati ; floſculi centrales maſculi, ambientes hermaphroditi ; ligulæ circiter 12 fœmineæ. Calix duplex, exterior 3-partitus magnus laciniis cordatis, interior 12-fidus laciniis longis lanceolatis ſerratis, alternis duplò minoribus. Receptaculum in centro 3-gonum ſubnudum ſeu rudimentis ſeminum breviter pappoſis tectum, ad margines ſolubile in 3 pericarpia ſuboſſea 3-gona, ſingula imo foliolo calicino exteriori impoſita triplicique hìnc cincta interioris calicis laciniâ, plurimis excavata loculis clauſis, totidemque referta ſeminibus oblongis pappo ciliari rigido extrà prominulo coronatis. *Herba ramoſa, apice pubeſcens ; folia alterna, ferè ſucculenta ; flores ſolitarii terminales lutei. Receptaculum pappo ſeminum prominulo quaſi ſetaceum.*

TAGETES, T. L. * *Œillet d'Inde.* Sammtblume. Flores radiati, ligulis paucis brevibus latis. Calix 1-phyllus tubuloſus, limbo dentatus. Pappus 5-ariſtatus. *Herbæ plerumque graveolentes ; folia ſaepiùs oppoſita, pinnata pellucido-punctata ; flores terminales, facilè pleni.*

PECTIS, L. * Flores radiati, ligulis 5 brevibus. Calix 5-phyllus connivens cylindricus. Pappus ariſtatus. *Folia oppoſita integra, ſaepè linearia & punctata ; flores axillares aut terminales.*

BELLIUM, L. * BELLIS, T. * Flores radiati, floſculis 4-fidis, ligulis 10-12. Calix ſimplex polyphyllus æqualis patens. Semina coronata limbo 8-phyllo & pappo interiore 8-ariſtato. *Folia radicalia ; ſcapi 1-flori ; ligulae albidae. Habitus Bellidis.*

DORONICUM, T. L. * *Doronic.* Flores radiati. Calix polyphyllus, foliolis duplici ordine æqualibus. Semina floſculorum pappoſa pappo piloſo, ligularum nuda. *Species aliae cauleſcentes floribus terminalibus aut axillaribus, aliae pauciores ſcapoſae ſcapis 1-floris & ligulis albidis.*

ARNICA, L. * DORONICUM, T. * Wolverley. Flores radiati ; floſculi ſæpè 3-fidi, ligulæ filamentis 5 ſterilibus (in *A. montanâ*

nullis) inſtructæ. Calix Doronici. Semina omnia pappoſa, pappo piloſo. *Species aliæ cauleſcentes, aliae plures ſcapoſae, ſcapis 1-floris interdùm oppoſitè 2-phyllis; flores lutei. An* A. Gerbera *verè congener?*

GORTERIA, L. * Flores radiati ligulis neutris. Calix imbricatus inæqualis ſquamis ſetaceis rigidis. Pappus lanatus aut piloſus. *Caracter ex Linnaeo. Frutices aut herbae; flores terminales. Genus recognoſcendum, ſpecies diſſonas fortè complectens. An Arnicae affinior* G. rigens *cui folia radicalia & ſcapi 1-flori.* G. fruticoſa *Linn. ſpec., ab eodem deìn Atractylidi conſociata, pappo & receptaculo utroque paleaceo infrà diſtinguitur nomine Agriphylli. Caules* G. ciliaris *quaſi cancellati foliis ciliato-ſpinoſis appreſſis imbricatis.*

III. Receptaculum nudum. Semen nudum ſeu non pappoſum. Flores radiati.

OSTEOSPERMUM, L. * MONILIFERA, V. * *Portecollier.* Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis fœmineis. Calix ſimplex polyphyllus æqualis. Semina globoſa oſſea colorata. *Caulis ſaepè fruteſcens; flores ſæpè terminales ſubſolitarii aut corymboſi. Receptaculum ſeminibus globoſis marginatum, indè quaſi moniliferum.*

CALENDULA, L. * CALTHA, T. * *Souci.* Ringelblume. Flores radiati; floſculi centrales maſculi, ambientes hermaphroditi; ligulæ fœmineæ. Calix ſimplex polyphyllus æqualis. Semina ſæpè membranacea; marginalia diverſa ab interioribus, incurva ſub ligulis luteis *in C. Europæis*, aut *in C. Africanis* cordato-plana ſub ligulis albo-violaceis. *Flores ſæpè ſolitarii terminales. Species una fruticuloſa.*

MADIA, Mol. * *Madi du Chili.* Flores radiati, floſculis hermaphroditis, ligulis fœmineis longiſſimis 3-dentatis. Calix ſimplex 8-phyllus pubeſcens foliolis linearibus. Semina hinc plana, indè convexa. *Herbæ erectæ; folia alterna; flores terminales & axillares lutei. Oleum è ſemine* M. ſativæ *expreſſum, in Chiloë uſitatiſſimum. Caracter ex Molinâ Chil. & ex Fevill. Chil. 3 t. 26.*

CHRYSANTHEMUM, T. L. * LEUCANTHEMUM, T. * *Chryſène, Marguerite.* Wucherblume. Flores radiati. Calix hemiſphæricus imbricatus, ſquamis interioribus membranaceis. *Caulis ſimplex aut ramoſus; folia ſimplicia aut pinnata; flores terminales, ſolitarii aut corymboſi; ſquamæ calicinæ oblongæ in* Leucanthemo T., *ovatæ ſcarioſæ in* Chryſanthemo T.; *hujus ligulæ luteæ aut luteſcentes, illius albæ aut purpuraſcentes: an indè genera cum Tournefortio diſtinguenda? Species una ſuffruteſcens. Ligulæ nullae &*

floſculi omnes hermaphroditi 5-fidi 5-andri in C. floſculoſo *fortè non congeneri. Calicem* C. Balſamitæ *confer cum Matricariâ.*

MATRICARIA, T. L. * CHAMÆMELUM. T. * *Matricaire.* Mutterkraut. Flores radiati. Calix hemiſphæricus imbricatus ſquamis acutis. *Folia pinnata aut rariùs ſimplicia; flores terminales, corymboſi aut ſubſolitarii; ligulæ ſæpiùs albæ, raro abortivæ, numeroſæ lineares in* M. Aſteroïde *cui ſemen apice 5-dentatum ex Linnæo. Ex D. L'Heritier Sert. angl. pappus obſolete dentatus 2-cornis & receptaculum favoſum in M. Aſteroïde L. & M. glaſti folia Hill. Kew. t. 3. quas ideò diſtinguit nomine Boltoniæ.*

BELLIS, T. L. * *Pâquerete.* Maslieben. Flores radiati. Calix hemiſphæricus ſimplex polyphyllus æqualis. *Folia radicalia; ſcapi 1-flori; ligulæ albae aut purpuraſcentes.*

CENIA, Commerſ. * COTULA, T. L. * Flores radiati, floſculis 4-fidis, ligulis circiter 20 breviſſimis. Calix turbinatus, ſub receptaculo vacuus, limbo brevi 8-fido. Semina compreſſa. Receptaculum convexum. *Plantula* (Cotula turbinata L.) *foliis bipinnatifidis; pedunculi terminales longi 1-flori.* Κενὸς *vacuus, à calice vacuo.*

LIDBECKIA, Berg. * COTULA, L. * Flores radiati, floſculis 4-fidis 4-andris, ligulis longis emarginatis. Calix multipartitus hemiſphæricus æqualis. Semina angulata. *Folia pinnatifida; flores ſolitarii terminales; habitus Othonnae pectinatae. Caracter ex Bergio. Hùc* Cotula ſtricta L.

IV. Receptaculum nudum. Semen nudum ſeu non pappoſum. Flores floſculoſi.

COTULA, V. L. * Flores floſculoſi; centrales 4-fidi 4-andri; marginales fœminei, plerumque vix manifeſti. Calix polyphyllus hemiſphæricus. Semen apice marginatum. *Folia ſaepè pinnato-multifida; flores terminales. Hinc eliminandae Cotulae radiatae Linnaei.*

ADENOSTEMMA, Forſt. * Flores floſculoſi. Calix polyphyllus æqualis hemiſphæricus. Corollulæ minimæ, intùs villoſæ. Stigmata longa. Semen apice 3-glanduloſum aut 3-appendiculatum. *Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 45.*

STRUCHIUM, Brown. * Flores floſculoſi. Calix imbricatus patens. Floſculi centrales 4-fidi, marginales 3-fidi. Semen coronatum tubulo 4-crenato. *Flores glomerati axillares. Caracter ex Brown. Jam. t. 34. f. 2. Confer cum Grangeâ. An* Ethulia ſparganophora L. *hujus congener?*

GRANGEA, Adanſ. * Flores floſculoſi, marginales fœminei 3-dentati. Calix imbricatus patens. Semen apice marginato-dentatum. Receptaculum hemiſphæricum. *Flores ſolitarii*

terminales aut axillares. Hujus congeneres Artemiſia Maderaſpatana *&* A. minima L.: *an etiam* Ethulia divaricata L. *&* Sphæranthus Africanus *Burm. Ind. t. 60. f. 2?*

ETHULIA, L. * Flores floſculoſi. Calix polyphyllus ſimplex æqualis. Semen apice marginatum. *Flores corymboſi terminales, purpurei. Caracter* E. Conyzoïdis *quae eadem cum* Kahiriâ *Forsk. ex D. Vahl. An affinior Grangeae* E. divaricata, *Struchio* E. ſparganophora *cui flores glomerati axillares & calix imbricatus & ſemen apice quaſi vittatum?*

CARPESIUM, L. * CONYCOÏDES, T. * Flores floſculoſi, marginales fœminei. Calix imbricatus hemiſphæricus ſquamis exterioribus longioribus bracteiformibus patulis. *Flores ſolitarii terminales. Habitus Conyzæ.*

HIPPIA, L. * Flores floſculoſi, centrales maſculi, marginales fœminei. Calix imbricatus hemiſphæricus. Semen compreſſum marginatum. *Frutices aut herbae; folia pinnatifida aut ſimplicia; flores corymboſi aut ſolitarii.*

TANACETUM, T. L. * *Tanaiſie.* Rainfarn. Flores floſculoſi; marginales ſæpè 3-fidi fœminei, rariùs 5-fidi hermaphroditi. Calix imbricatus hemiſphæricus. Semen apice ſubmarginatum. *Folia ſimplicia aut pinnata; flores ſaepè corymboſi terminales. An* Chryſanthemum floſculoſum L. *hujus congener?*

ARTEMISIA, T. L. * ABROTANUM, T. * ABSINTHIUM, T. * *Armoiſe, Aurone, Abſinthe.* Wermuth. Flores floſculoſi, fœminei hermaphroditis mixti & corollulis integris vix conſpicuis inſtructi. Calix ſubrotundus imbricatus, ſquamis rotundatis conniventibus coloratis (viridibus *in Abrotano T.*). Antheræ vix coalitæ. Semina nuda. Receptaculum nudum, aut *in Abſinthio T.* villoſum. *Suffrutices aut herbae. Folia ſaepè multifida, in* Abſinthio *incana; flores ſaepè paniculati.*

V. Receptaculum paleaceum. Semen nudum ſeu non pappoſum. Flores plerumque radiati, raro floſculoſi. *Tarchonantho, Caleæ & Athanaſiæ pappus brevis.*

TARCHONANTHUS, V. L. * CONYZA, T. * *Tarconante.* Flores floſculoſi. Calix monophyllus turbinatus, circiter 7-fidus. Floſculi extùs piloſi, à baſi ſtaminiferi Germen minimum inferum. Semen nudum (an potiùs coronatum pilis corollam veſtientibus?). Receptaculum piloſum. *Frutex caneſcens; folia tomentoſa integerrima; flores paniculati terminales. Caracter ex ſicco, confirmandus in vivo. Germen ex Linnæo ſuperum.*

CALEA, L. * Flores floſculoſi. Calix imbricatus laxus. Pappus piloſus. *Caracter ex Linnæo. Folia alterna aut oppoſita; flores ſolitarii aut plures terminales.*

ATHANASIA, L. * SANTOLINA, T. * GNAPHALIUM, T. * *Athanaſie.* Flores floſculoſi. Calix imbricatus ovatus. Pappus piloſus pilis breviſſimis. *Suffrutices aut herbæ; folia indiviſa aut multifida; flores ſæpè corymboſi aut glomerati terminales, rariùs ſubſolitarii. Athanaſia habitu ſimilis Santolinæ & etiam Abſinthio; hic ergò reponenda, reluctante licèt pappo ſeminis piloſo. Idem de Tarchonantho & Caleâ. Pappus nullus in* A. maritimâ *quæ verum* Gnaphalium T. *forte addendum Santolinæ. Athanaſias plures cum duplici Oſmite & Leyſera paleacea L. & Zoegea capenſi L. S. connectit D. L'Heritier (Sert. Angl.) nomine generico Relhaniæ cui receptaculum paleaceum, pappus membranaceus multifidus vel lacerus, flores radiati, calix oblongus imbricatus ſquamatus ſcarioſus.*

MICROPUS, L. * GNAPHALODES, T. * Flores floſculoſi, centrales 10 maſculi, radiales 5 fœminei (corollulis deſtituti?). Calix duplex, uterque 5-phyllus. Receptaculum in diſco nudum, in radio paleaceum. Semina paleis aut ſquamis calicinis conduplicatis involuta. *Herbulæ lanatæ Filaginoïdeæ; flores axillares. An Gnaphalio approximandum genus?*

SANTOLINA, T. L. * *Santoline.* Flores floſculoſi. Calix imbricatus inæqualis hemiſphæricus. *Suffrutices aut herbæ; folia in aliis ſimplicia tuberculoſa minima, in aliis bipinnata; flores ſæpè in ramulis ſolitarii terminales. An hujus congener* Athanaſia maritima L. *habitu tamen & floribus corymboſis diſſimilis?*

ANACYCLUS, L. * COTULA, T. * Flores floſculoſi, marginales 5-10 fœminei limbo integro. Calix imbricatus inæqualis hemiſphæricus. Semina latere membranacea, apice emarginata. *Folia multifida; flores terminales. Habitus Anthemidis.*

ANTHEMIS, L. * CHAMÆMELUM, T. * BUPHTHALMUM, T. * COTULA, T. * *Camomille.* Chamille. Flores radiati, ligulis lanceolatis numeroſis. Calix imbricatus ſubæqualis hemiſphæricus. *Folia ſæpè multifida; flores ſæpè in ramulis terminales; ligulæ albæ aut luteæ, rarò nullæ. A Matricariâ diſcrepat receptaculo paleaceo. Calix* A. arabicæ *quaſi bracteis obvallatus.*

ACHILLEA, L. * MILLEFOLIUM, T. * PTARMICA, T. * *Millefeuille.* Garbe. Flores radiati, ligulis 5-10 obcordatis brevibus. Calix imbricatus inæqualis ovatus. *Suffrutices aut ſæpiùs herbæ; folia* Millefolii T. *multifida,* Ptarmicæ T. *lanceolata ſerrata; flores ſæpè corymboſi terminales; ligulae in aliis luteae; in aliis albae aut rariùs purpuraſcentes.*

ERIOCEPHALUS, L. * Flores radiati, floſculis paucis maſculis, ligulis circiter 5 fœmineis brevibus obovatis 3-fidis. Calix duplex, exterior 5-phyllus, interior 5-fidus; denſa inter utrumque lanugo. Semina lanata, non pappoſa. Paleæ receptaculi ciliato-lanuginoſæ. *Frutices; folia craſſiuſcula, linearia, integra aut diviſa; flores corymboſi aut paniculati terminales.*

BUPHTHALMUM, L. * ASTEROÏDES, T. * ASTERISCUS, T. * Rindsauge. Flores radiati. Calix duplici aut triplici ſerie imbri-

catus, ſquamis ſubæqualibus & radio brevioribus *in Aſteroïde T.*, aut extimis longioribus & radium ſuperantibus *in Aſteriſco T.*, Semina tùm floſculorum, tùm præcipuè ligularum lateribus ſubmembranacea, ſuprà marginato-dentata. *Frutices aut herbae; folia oppoſita aut alterna; flores ſaepè terminales. An ſpecies oppoſitifoliae fruteſcentes alternifoliis herbaceis verè congeneres?*

OSMITES, L. * Flores radiati, ligulis neutris. Calix imbricatus, interdùm ſcarioſus. Semina apicè marginata. *Suffrutices alternifolii; flores terminales.*

ENCELIA, Adanſ. * Flores radiati, ligulis ovatis neutris. Calix polyphyllus ſimplex æqualis. Semina ovata compreſſo-plana, margine eleganter villoſa, apice emarginata, ſingula paleâ membranaceâ conduplicatâ incluſa. *Caulis ſublignoſus; folia alterna 3-nervia; flores pedunculati axillares aut terminales ſubſolitarii.*

SCLEROCARPUS, Jacq. * Flores radiati, floſculis circiter 12, ligulis 3 breviſſimis ſubintegris neutris. Calix circiter 6-phyllus; folia 2-3 exteriora majora, caulinis conformia; 3 interiora parva ſquamiformia, ligulis appoſita. Semina ovata ſubcompreſſa; horum ſingulum paleâ involutum conduplicatâ induratâ ventricoſâ, intùs dehiſcente, ſuprà acuminatâ. *Herba ſublignoſa foliis alternis 3-nerviis; flores ſolitarii terminales.*

UNXIA, LS. * Flores radiati, floſculis 5 maſculis, ligulis 5 fœmineis. Calix 5-phyllus æqualis 10-florus. Semina ovata dura, ſquamis calicinis involuta. Paleæ receptaculi prætereà nullæ. *Herba dichotoma oppoſitifolia, foliis tomentoſis ſub5-nerviis; flores in dichotomiis ſolitarii. Caracter ex Linn. Suppl. & ex ſicco.*

FLAVERIA. * Flores floſculoſi. Calix 3-4-phyllus connivens æqualis pauciflorus. Semina oblonga ſtriata; ſquamis calicinis ſæpiùs involuta. Paleæ receptaculi prætereà nullæ. *Frutices foliis oppoſitis 3-nerviis; flores minimi glomerati terminales, glomerulis in ſpecie Chiloenſi* (Milleria Chiloenſis H. R. P.) *capitatis, in Peruvianâ à Dombeyo datâ ſpicatis. Caracter ex ſiccis Genus à Milleriâ diverſum ligulæ defectu, ab Eupatorio ſeminibus nudis; undè ſpecies Chiloenſis à Vaillantio dicta* Eupatorio-phalacron & Eupatorioïdes *à Fevilleo Chil.* 18. *t.* 14., *quo teſte apud Chiloenſes in tincturis flavis uſurpatur. Confer* Stæhelinoïdem *Loëfl. diſtinctam caule herbaceo, floribus* 1-2 *axillaribus & praecipuè receptaculo paleaceo.*

MILLERIA, L. * Flores radiati, floſculis 2-4 maſculis, ligulâ 1 fœmineâ brevi. Calix 3-5-florus 3-phyllus, foliolis 2 majoribus oppoſitis, tertio medio minore paleæformi. Semen 1 oblongum complanatum, calice connivente tectum. Paleæ receptaculi prætereà nullæ. *Herbae oppoſitifoliae, foliis 3-5-nerviis; flores terminales aut axillares, glomerati aut oppoſitè corymboſi.*

SIGES-

SIGESBECKIA, L. * Flores ſemiradiati, ligulis circiter 5 ſecundis. Calix duplicatus, exterior 5-phyllus patens, interior polyphyllus 5-angularis ſubæqualis. Semina anguloſa paleis involuta. *Herbae oppoſitifoliae foliis aſperis ſub3-nerviis*; *flores pedunculati terminales & axillares.* S. occidentalis 1-*ligulata*, *indè Milleriae affinis.*

POLYMNIA, L. * Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis 5-10 fœmineis 3-dentatis. Calix duplex, exterior 4-5-phyllus major patens, interior 10-phyllus foliolis (ligularum paleæ?) concavis. Semina obovata. *Herbae ſublignoſae aſperifoliae; folia oppoſita aut alterna*; *flores terminales. Hujus non congener* Wedelia *Jacq.*

BALTIMORA, L. * Flores radiati, floſculis 10-12 maſculis, ligulis 5 fœmineis. Calix ſimplex polyphyllus cylindricus. Semina 3-quétra. *Herba 4-gona oppoſitifolia*, *foliis aſperis 3-nerviis*; *flores ſubpaniculati terminales.*

ECLIPTA, L. * BIDENS, T. * Flores radiati, floſculis 4-fidis 4-andris, ligulis anguſtiſſimis numeroſis. Calix duplici ſerie polyphyllus ſubæqualis. Semina compreſſa. *Herbae oppoſitifoliae foliis aſperis ſub3-nerviis; flores pedunculati axillares & terminales. Hujus congener* Micrelium *Forsk. ex D. Vahl.*

VI. Receptaculum paleaceum. Semen apice dentatum aut paleaceum. Flores in plurimis radiati, in paucis floſculoſi. *Receptaculum Helenii ſubnudum.*

SPILANTHUS, L. * Spilanth. Flores floſculoſi, ſæpè 4-fidi 4-andri. Calix duplici ſerie polyphyllus ſubæqualis hemiſphæricus ſquamis non divaricatis. Semina apice 2-ſetoſa, ſetis minimis deciduis. *Herbæ oppoſitifoliæ; flores ſolitarii axillares aut ſæpiùs terminales*; *receptaculum ſæpè conicum. An* Bidens nivea L. *congener?*

BIDENS, T. L. * Zweyzahn. Flores floſculoſi 5-fidi, quidam interdùm in ligulam producti & ſæpè tamen ſtaminiferi. Calix duplici ſerie polyphyllus inæqualis, foliolis exterioribus ſæpè longioribus, difformibus & patulis. Semina apice 2-dentata, nonnunquàm 3-4-dentata, dentibus ſubulatis perſiſtentibus. *Herbae aut raró frutices; folia ſaepiùs oppoſita*, *interdùm pinnata*; *flores axillares aut terminales. An congener* Laxmannia *Forſt. aborea*, *foliolis calicis exterioribus brevioribus & floſculis 4-fidis 4-andris diſtincta?*

VERBESINA, L. * BIDENS, T. * Flores radiati, ligulis paucis. Calix duplici ſerie polyphyllus ſubæqualis, aut rariùs 1-phyllus multipartitus. Semina apice 2-3-dentata, dentibus ſubulatis per[illegible]tibus. *Herbæ aut frutices; folia aſpera, oppoſita aut*

rariùs alterna; flores axillares aut terminales. Bidenti affinis ſed radiata.

COREOPSIS, L. * BIDENS, T. * CORONA SOLIS, T. * Wanzenblume. Flores radiati, ligulis neutris. Calix ſimplici ſerie polyphyllus æqualis erectus, ſæpè caliculo patente polyphyllo breviore cinctus. Semina compreſſa, margine membranacea, apice 2-dentata, dentibus ſubulatis. *Herbæ erectæ; folia ſaepiùs oppoſita, in quibuſdam multifida; flores axillares & ſaepiùs terminales; ligulae quarumdam albidae. Coreopſis tripteris v. Batſch Anal. P. II. n. 33. p. 97.*

ZINNIA, L. * Zinnie. Flores radiati, ligulis paucis, integris perſiſtentibus emarcidis. Calix oblongus cylindricus imbricatus inæqualis, ſquamis rotundatis. Semina compreſſa, apice 2-dentata dentibus ſubulatis perſiſtentibus. *Herbae ſaepiùs oppoſitifoliae; flores ſolitarii terminales; ligulae coccineae aut luteae. Plantae interdùm luxuriantes calicibus 2-3 concretis & foliis ſubverticillatis.*

BALLIERIA, Aubl. * Flores floſculoſi, 7 centrales maſculi, 7 marginales fœminei. Calix 4-5-phyllus æqualis. Corollulæ maſculæ baſi anguſtiores. Semina (Silphii) ovata, compreſſo-plana, apice 2-cornia. *Herba multicaulis; folia ad caulium nodos oppoſita aſpera; flores oppoſitè paniculati terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 317. An affinior Ivae & Clibadio?*

SILPHIUM, L. * Silphie. Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis fœmineis. Calix imbricatus ſquarroſus ſquamis latis. Semina ovata magna compreſſo-plana, apice emarginata & 2-cornia. *Herbae ſaepiùs altiſſimae, caule cylindrico aut angulato; folia ſaepiùs oppoſita, rariùs alterna aut verticillata; flores axillares & terminales.*

MELAMPODIUM, L. * Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis 5-8 fœmineis. Calix 5-phyllus patens. Semina coronata ſquamulâ cordatâ involutâ & connivente. *Herbae oppoſitifoliae; flores terminales aut axillares. Genus recognoſcendum. In* M. auſtralis *ſemine Forskalius pilos hamatos, non ſquamulam deſcribit.*

CHRYSOGONUM, L. * Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis 5 fœmineis. Calix 5-phyllus patens. Semina coronata ſquamulâ 3-dentatâ, ſingula paleis 4 conniventibus cincta, nempè 3 anguſtiſſimis & 1 latiore. *Herba oppoſitifolia; flores ſaepè terminales.*

HELIANTHUS, L. * CORONA SOLIS, T. * *Soleil.* Sonnenblume. Flores radiati, floſculis medio ventricoſis, ligulis neutris. Calix magnus imbricatus ſquarroſus. Semina apice 2-paleacea paleis acuminatis deciduis. Receptaculum planum. *Herbae ſaepè altiſſimae; folia aſpera, oppoſita aut alterna; flores axillares aut terminales, interdùm maximi, diſco nonnunquàm ſubfuſco.*

HELENIUM, L. * CORONA SOLIS, T. * Helenie. Flores radiati. Calix ſimplex multipartitus ſubæqualis. Semina villoſa, caliculo 5-dentato ſubulato coronata. Receptaculum ſphæriceum, medio nudum, margine paleaceum. *Herba altiſſima Helianthi facie; folia alterna decurrentia; flores ſubcorymboſi terminales. An receptaculo ſubnudo affinior Doronico aut Inulae?*

RUDBECKIA, L. * CORONA SOLIS, T. * Rudbeckie. Flores radiati, ligulis neutris. Calix duplici ſerie polyphyllus ſubæqualis patens. Semina apice marginata, margine membranaceo 4-dentato. Receptaculum conicum. *Herbae alternifoliae, quaedam aſperae; flores ſaepè terminales; diſcus interdùm ſubfuſcus; ligulae quarumdam luteocroceae, in* R. purpureâ *purpuraſcentes.*

TITHONIA, Font. * Flores radiati, ligulis neutris. Calix gemino ordine polyphyllus ſubæqualis connivens cylindricus, ſquamis acutis. Floſculorum baſis ventricoſa. Semina apice 5-paleacea. *Herba alternifolia; flores ſolitarii terminales. Character ex D. Desfontaines Act. Pariſ. extr. Vol. XII.*

GALARDIA, Foug. * *Galardienne.* Flores radiati, ligulis neutris apice latioribus 3-fidis. Calix duplici ſerie polyphyllus ſubæqualis patens. Semina turbinata, apice 8-paleacea, paleis baſi latis ſcarioſis, apice ſubulatis. Receptaculum planum. *Herba alternifolia, baſi ramoſa; flores ſolitarii terminales longè pedunculati, diſco ſubfuſco, ligulis baſi rubris, apice luteis. Elegantem plantam deſcripsère DD. Fougeroux in Act. Pariſ. 1786. & Lamark. Dict. 2. p. 590.*

WEDELIA. Jacq. * POLYMNIA, L. * Flores radiati, ligulis 2-lobis. Calix ſimplex 4-phyllus magnus. Semina coronata pappo ſeu caliculo campanulato 10-dentato. *Frutex ſcandens; folia oppoſita ſcabra; pedunculi 1-flori terminales ſubſolitarii; paleae ligularum majores calicem interiorem mentientes. Character ex Jacq. Amer.*

OEDERA, L. * Flores radiati. Calix communis imbricatus ſquamis numeroſis ſubæqualibus patentibus & diſco longioribus, complectens ſuprà receptaculum commune paleaceum calices plures ipſo breviores, inæqualiter imbricatos ſubcylindricos paucifloros, intùs paleaceos, quaſi ſemiradiatos ligulis hìnc brevibus non exſertis, indè longioribus & calici communi æqualibus. Semina coronata caliculo brevi paleaceo. *Suffrutices; folia oppoſita, ſubimbricata, ſquamiformia; capitulum ſimplex terminale.*

AGRIPHYLLUM. * CROCODILODES, Adanſ. * Flores radiati; floſculi profundè 5-fidi; ligulæ neutræ antheris effœtis inſtructæ abſque ſtylo. Calix triplici ordine polyphyllus ſquarroſus, ſquamis dentato-ſpinoſis, exterioribus reflexis. Receptaculum paleis infrà coalitis alveolatum, alveolis 1-floris

1-ſpermis. Semina turbinata villoſa, coronata paleis plurimis brevibus. *Frutex caneſcens; folia Ilicis dentato-ſpinoſa, alterna; flores in ramulis terminales. Hùc referendus* Carthamus... *Walth. Hort. 13. t. 7. à Linnaeo nunc* Gorteria fruticoſa, *nunc* Atractylis oppoſitifolia *dictus.* Αγρια *Ilex*, Φυλλον *folium.*

VII. Receptaculum paleaceum. Semen pappoſum, pappo plumoſo aut piloſo aut ariſtato. Flores ſæpiùs radiati.

ARCTOTIS, L. * ARCTOTHECA, V. * Flores radiati, floſculis ſæpè maſculis, ligulis fœmineis aut rariùs neutris. Calix imbricatus inæqualis hemiſphæricus, ſquamis interioribus apice ſcarioſis. Semen villoſum coronatum pappo 5-phyllo. Receptaculum in aliis villoſum, in aliis paleaceum. *Herbae aut rariùs ſuffrutices; folia ſimplicia aut multifida; flores terminales. Species quaedam habitu ſimiles Calendulae, quaedam Anthemidi. Genus minùs naturale & plantas diſſimiles complectens, in vivis recognoſcendum.*

TRIDAX, L. * Flores radiati ligulis 3-partitis. Calix imbricatus cylindricus. Pappus ſetaceus multiradiatus ſimplex. *Herba repens oppoſitifolia; flores ſolitarii terminales, radio flavo. Caracter ex Linnaeo.*

AMELLUS, L. * Flores radiati, ligulis 2-3-dentatis. Calix imbricatus cylindricus. Pappus piloſus. *Folia oppoſita; flores terminales. An verè congener* A. umbellatus *habitu diverſus?*

PARDISIUM, Burm. * Flores radiati, ligulis 3-dentatis linearibus. Calix imbricatus foliolis lanceolatis. Stylus ſemibifidus. Pappus plumoſus. *Folia radicalia; ſcapi 1-flori. Caracter ex Burm. Ind. prod. p. 26.*

CERUANA, Forsk. * Flores radiati ligulis anguſtis 3-dentatis. Calix polyphyllus æqualis connivens cylindricus. Semina cuneiformia compreſſa, coronata denticulis ſetâ terminatis. *Herba diffuſa; flores alii ſeſſiles axillares, alii pedunculati terminales pedunculo 3-bracteato. Caracter ex Forskalio.*

VIII. Corymbiferæ anomalæ, antheris non coalitis ſed tantummodò approximatis. Calix monoïcus.

IVA, L. * CONYZA, T. * TARCHONANTHOS, V. * Flores floſculoſi, centrales maſculi, marginales 5 fœminei corollulis minimis vix conſpicuis. Calix 3-5-phyllus æqualis. Receptaculum paleaceum. Semina non pappoſa. *Frutices aut herbae; folia aſpera 3-nervia, oppoſita aut interdùm alterna; flores ſpicati*

aut paniculati, axillares aut terminales; fœminei ex Linnæo 2-ſtyli & apetali.

CLIBADIUM, Allam. L. * Flores floſculoſi, centrales maſculi pedicellati, marginales 3-4 fœminei ſeſſiles. Calix imbricatus. Receptaculum... Drupæ umbilicatæ 1-ſpermæ. *Folia oppoſita ſcabra; pedunculi oppoſiti; corollae albae; drupae virides. Caracter ex Allamando & Linnaeo.*

PARTHENIUM, L. * Parthenastrum, Niſſ. * Hysterophorus, V. * Flores radiati, floſculis maſculis, ligulis 5-brevibus fœmineis. Calix hemiſphæricus ſimplex 5-phyllus æqualis. Receptaculum paleaceum. Semina non pappoſa. *Herbae; folia alterna ſimplicia aut pinnatifida; flores corymboſi terminales.*

IX. Corymbiferæ anomalæ, antheris approximatis non coalitis. Calices dioïci.

AMBROSIA, T. L. * *Ambroſie.* Monoïca. Masc. Calix 1-phyllus hemiſphæricus receptaculo nudo, multiflorus. Floſculi tubuloſi 5-fidi 5-andri, ſtylo & ſtigmate unico. Fœm. Calix 1-phyllus integer, ventre extùs 5-dentato aut 5-tuberculoſo. Huic corolla o, germen ſuperum, ſtyli 2 baſi juncti, ſtigmata 2, ſemen 1 calice indurato perſiſtente nuciformi tectum. *Frutices aut herbæ aſſurgentes; folia aſpera, inferiora nonnunquàm oppoſita, ſuperiora ſaepiùs alterna; flores longè ſpicati terminales & axillares, ſuperiores in ſpicâ maſculi, inferiores pauciores fœminei glomerati glomerulis 2-5-floris 3-bracteatis. An floſculi maſculi pro calicibus apetalis in involucro communi aggregatis potiùs habendi? Indè genus Urticis & praecipuè Cannabi affine ut & ſequentia.*

XANTHIUM, T. L. * *Lampourde.* Spitzklette. Monoïcum. Masc. Calix polyphyllus patens ſubæqualis, multiflorus hemiſphæricus, receptaculo paleaceo minimo. Floſculi tubuloſi 5-fidi 5-andri. Fœm. Calix oblongus 1-phyllus, apice diviſus, extùs muricatus, intùs 2-locularis. Germen 1 in ſingulo loculo, tectum non inferum; ſtylus 1; ſtigmata 2 longa. Semen magnum oblongum. Drupa ex calice perſiſtente ſicca muricata apice ſæpiùs 2-roſtris, 2-locularis, 2-ſperma. *Herbae lappaceae aut frutices; folia alterna ſubaſpera, in* X. ſpinoſo *utrinque ſpinâ magnâ 3-partitâ quaſi ſtipulata; flores ſpicati axillares & terminales, ſpicâ brevi ſuprà maſculâ, infrà fœmineâ.* X. fruticoſo LS. *habitus & ſpica Ambroſiæ, ſed fructus muricatus 2-ſpermus.*

NEPHELIUM, L. * Monoïcum. Calix 1-phyllus campanulatus. Corolla o. Masc. Calix 5-dentatus. Stamina 5, antheris baſi 2-partitis. Fœm. Calix 4-dentatus. Germina 2; ſingulis ſtyli 2;

Stigmata 2. Drupæ 2 ſiccæ ovatæ muricatæ 1-ſpermæ. *Folia alterna impari-pinnata*; *flores racemoſi racemo monoïco. Caracter ex Linnæo. An genus affine Xanthio, licet calicibus maſculis 1-floris*; *an indè confirmanda floſculorum Ambroſiæ & Xanthii indoles calicina & triplicis generis affinitas cum Urticis?*

Obs. Hùc revocantur Radiatæ omnes & Floſculoſæ plures Tournefortii quæ ſeparari nequeunt, invicem valdè affines, ut Bidens & Verbeſina, Anacyclus & Anthemis &c., interdùm etiam congeneres ut in Tuſſilagine, Senecione &c. Diviſiones à receptaculo & pappo hìc admiſſæ eadem ac in Cichoraceis exhibent commoda & vitia, & etiam majora ob generum copiam. Non tamen præponenda ſeries Linnæana à ſexuum præſentiâ aut abortu deducta quæ plantas congeneres frequenter diſſociat. An altera inſtituenda diſtributio naturæ magìs conſentanea, in quâ Eupatoria, Aſteres, Matricariæ, Helianthi, generaque iſtis affinia certis diſtinguantur caracteribus indagandis? An aptior diviſio à corollularum formâ, numero & colore, ab inſertione foliorum, à conformi demùm habitu & plurimis ideò collectis ſignis? Omnes tamen recognoſcendæ priùs ſpecies ac mutuò conferendæ. Intereà in præſenti diſtributione præficiuntur genera Cinarocephalis affiniora utpotè floſculoſa ſemine papposo & calice imbricato, ſed diſcrepantia præcipuè receptaculo nudo. Ordinem abſolvunt plantæ antheris diſtinctis inſignitæ, indè Dipſaceis proximæ. Radiatæ nunc floſculoſis conſociantur in ſectione individuâ, nunc faciliùs ſeparantur cæteris minùs obſtantibus cauſis, & nonnullis exceptionibus admiſſis. Sectio ſexta quaſi ſuperflua, præcedenti fortè addenda niſi attentiori examine in diverſas jam exiſtentes diſpertiatur. Hæc de generum diſtributione: ſequentia inſuper ſedulò notanda. 1°. Floſculi ſæpiùs hermaphroditi, ligulæ ſæpiùs fœmineæ, tales habeantur dùm aliis non deſignantur ſignis à ſexu depromptis. 2°. Obſervante Bern. Juſſæo, floſculi quidam fœminei tubuloſi capillares, breves apice integro, ſtylum ultrà prominulum arctè complectuntur ità ut cum ipſo quaſi coaleſcant nec diſtinguantur niſi oculo armato & admotâ acu partes diſcernente; undè à Linnæo germina quædam dicuntur nuda & apetala in Gnaphalio, Artemiſiâ, Baccharide, Cotulâ &c. 3°. Exceptiones in ordine inſignes ſunt antheræ diſtinctæ in Kuhniâ & Artemiſiâ & Corymbiferis anomalis, ligulæ hermaphroditæ in Barnadeſiâ, corollæ defectus in fœmineis floribus Micropi, Ambroſiæ &c., germen ſuperum in quibuſdam anomalis & fortè in Tarchonantho, flores dioïci in Gnaphalio dioïco, monoïci in Ambroſiâ & confinibus. 4°. Signa ambigua ſunt receptaculum ſemipaleaceum, ſemina pappoſa nudis adjuncta, pappi plumoſi ſimul ac ſetoſi, fortuita ligularum in floſculos & frequentior Hortulaniſque notiſſima floſculorum in ligulas mutatio.

CLASSIS XI.

DICOTYLEDONES MONOPETALÆ.

COROLLA EPIGYNA. ANTHERÆ DISTINCTÆ.

CALIX proprius monophyllus ſuperus. Corolla monopetala, rariſſimè polypetala petalis baſi latâ junctis, epigyna ſeu piſtillo impoſita, ſæpè regularis. Stamina definita, filamentis corollæ inſertis, antheris diſtinctis. Germen ſimplex inferum; ſtylus ſæpè unicus, interdùm multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Semen inferum, vel ſæpiùs fructus inferus, capſularis aut baccatus uni aut multilocularis, mono aut polyſpermus.

Obs. Antherarum diſtinctio claſſem à præcedenti ſecernit, claſſium multiplicandarum causâ inſtitutam, aliundè ſimilem mutuo ſexuum ſitu quorum alter alteri mediatè ſubjicitur interpoſitâ corollâ. Iiſdem præthereà conſociatis generalibus ſignis, corolla monopetala & epigyna exigit pariter germen inferum ſimplex, & ſtylum ſæpè unicum, & ſtamina definita epipetala, & calicem proprium monophyllum cum germine concreſcentem ideòque ſuperum. Triplex hùc accerſitur ordo foliorum oppoſitione conformis : Dipſaceæ floribus ſæpè aggregatis monoſpermis, corculo aſſurgente, periſpermo nullo ; Rubiaceæ ſæpiùs diſpermæ aut biloculares multiloculareſve, capſulares aut baccatæ, periſpermo corneo magno corculum parvum complectente, ca-

lice ſæpiùs infrà nudo, foliis plerumque vaginâ aut ſtipulâ mediante junctis; Caprifolia demùm calice ſæpiùs bracteato aut caliculato, baccata mono aut polyſperma, corculo minimo in cavitate periſpermi carnei magni contento, foliis nec vaginantibus nec ſtipulatis. Dipſaceæ Corymbiferis anomalis accedunt; genera quædam in Caprifoliis pſeudopolypetala umbelliflora & alternifolia Umbelliferis indè aſſimilantur: ſic decima claſſis duodecimæ connectitur; ſic à Monopetalis ad Polypetalas facilis progreſſio.

ORDO I.

DIPSACEÆ, *LES DIPSACÉES.*

SCABIOSEN-FAMILIE.

CALIX ſimplex aut duplicatus. Corolla tubuloſa, limbo diviſo. Stamina definita. Stylus unicus; ſtigma ſimplex. Capſula plerumque monoſperma non dehiſcens habitu ſeminis nudi, rariſſimè bi aut trilocularis loculis monoſpermis. Corculi periſpermo deſtituti radicula ſuperior. Caulis plerumque herbaceus. Folia oppoſita aut rariùs verticillata. Flores in paucis diſtincti, in plurimis aggregati ſuprà receptaculum commune paleaceum, intrà calicem communem polyphyllum.

I. Flores aggregati.

MORINA, T. L. * *Morine.* Calix proprius duplex, exterior inferus tubuloſus dentato-ſpinoſus inæqualis, interior ſuperus bilobus perſiſtens. Corolla tubo longo, limbo 2-labiato, ſuprà 2-lobo, infrà 3-lobo. Stamina 2 exſerta. Stigma 1. Semen ovatum calice interiore coronatum. *Folia 4 verticillata ſinuato-*

ſpinoſa; *flores densè verticillati axillares*, *verticillis in ſpicam terminalem diſpoſitis.*

DIPSACUS, T. L. * *Cardiaire.* Karte. Calix proprius duplex, uterque ſuperus vix prominulus & ſubinteger. Corolla tubo brevi, limbo 4-lobo. Stamina 4 exſerta. Stigma 1. Semen oblongum anguloſum calice utroque coronatum Calix communis multiflorus polyphyllus foliolis diſco ſæpè longioribus. Receptaculum conicum paleaceum, paleis rigidis flores plerumque ſuperantibus. *Herbæ aculeatæ aut aſperæ*; *folia interdùm baſi connata*; *capitula terminalia.*

SCABIOSA, T. L. * *Scabieuſe.* Scabioſe. Calix proprius duplex, uterque ſuperus, variè diviſus & perſiſtens. Corolla tubo oblongo, limbo 4-5-lobo ſæpè inæquali. Stamina 4 exſerta. Stigma emarginatum. Semen utroque coronatum calice, interiore ariſtato aut rariùs plumoſo, exteriore ſæpè membranaceo ſcarioſo. Calix communis multiflorus, ſimplici aut multiplici ſerie polyphyllus, æqualis aut inæqualis, hemiſphæricus diſco ſæpè non longior. Receptaculum convexum ſæpiùs paleaceum. *Folia ſimplicia aut pinnatifida*; *flores ſæpè terminales. Species quædam ſuffruteſcentes. Calix proprius exterior, interdùm ut in Morinâ quaſi inferus ſemini circumpoſitus, non cum ipſo concreſcens.*

KNAUTIA, L. * SCABIOSA, V. * Calix proprius duplex, uterque ſuperus, exterior denticulatus aut ſubinteger, interior urceolatus minimus limbo ciliatus aut plumoſus. Corolla tubo oblongo, limbo 4-fido inæquali, laciniâ exteriore majore. Stamina 4. Stigma 2-fidum. Semen calice ciliato aut pappoſo coronatum. Calix communis pauciflorus, ſimplici ſerie polyphyllus connivens cylindricus, floſculis æqualis. Receptaculum minimum piloſum. *Flores terminales.*

ALLIONIA, L. * Calix proprius ſimplex ſuperus ſubinteger. Corolla infundibuliformis ſub5-loba. Stamina 4 exſerta. Stigma multifidum. Semen angulatum, vix coronatum. Calix communis 5-phyllus æqualis 3-florus. *Flores axillares aut terminales. Habitus Boerhaaviæ, & folia ſimiliter oppoſita altero minore.*

II. Flores diſtincti.

VALERIANA, T. L. * VALERIANELLA, T. * *Valériane*, *Mâche.* Baldrian. Calix ſimplex ſuperus 5-6-dentatus, aut marginatus ſubinteger maturatione in pappum plumoſum evolvendus. Corolla tubuloſa baſi calcarata aut gibba, limbo 5-fido æquali aut rariùs inæquali. Stamina ſæpè 3, rariùs 1-2 aut 4. Stigmata 1-3. Semen pappoſum, aut capſula 2-3-locularis 2-3-ſperma apice nuda aut calicinis dentibus coronata. *Flores*

plerumque corymboſi terminales, *in* V. dioïcâ *diclines*, *in* Valerianâ T. *longiores calcarati 1-ſpermi ſemine pappoſo*, *in* Valerianella T. *breviores vix calcarati 2-3-ſpermi capſulâ non papposâ. An genus dividendum?*

Obs. Ordo præcedenti conterminus floribus aggregatis monopetalis epigynis, diſcrepans antheris non coalitis & radiculâ corculi ſuperiore. Nyctaginibus componitur habitu & aliis nonnullis ſignis, cæterùm ex obſervatis pag. 91 diverſus, præcipuè ſtaminibus epipetalis & defectu typi in ſemine centralis. An membrana ſeminis interior craſſiuſcula pro periſpermo habenda, & ideò Dipſaceæ periſpermo inſtructæ? An, ut in Morinâ & Scabioſis quibuſdam, ſic & in cæteris Dipſaceis veris calix proprius exterior non ſuperus, ſed rectiùs inferus ſemini arctè circumpoſitus? Certior his ſolutis exſurget ordinis caracter & affinitas. An huic omninò coordinanda Valeriana cui flores diſtincti & calix proprius ſimplex & fructus interdùm di aut triſpermus? Quædam Valerianæ ſpecies habitu & fructu diſpermo Sherardiam & Aſperulam æmulantur, Dipſaceaſque Rubiaceis approximant.

ORDO II.

RUBIACEÆ, *LES RUBIACÉES.*

FAMILIE DER LABKRÄUTER.

CALIX monophyllus, ſuperus ſimplex, limbo diviſo, aut rariùs integro. Corolla regularis, plerumque tubuloſa, limbo diviſo. Stamina definita, quatuor aut quinque, rariùs plura, tubo corollæ inſerta, ejuſdem laciniis alterna & numero æqualia. Germen inferum; ſtylus unicus aut rariſſimè duplex; ſtigma plerumque duplex. Fructus nunc dicoccus coccis monoſpermis non

dehiſcentibus & ſemina nuda mentientibus, nunc monocarpus capſularis aut baccatus, ſæpè bilocularis loculis mono aut polyſpermis, interdùm uni aut multilocularis, limbo calicis perſiſtente coronatus, aut eodem caduco nudus. Corculum oblongum tenue periſpermo magno corneo laterali involutum. Caulis herbaceus aut fruteſcens aboreuſve. Folia in paucis verticillata, in plurimis oppoſita petiolis baſi junctis mediante ſæpiùs ſtipulâ ſimplici aut rariùs vaginâ ciliatâ.

I. Fructus dicoccus diſpermus. Stamina ſæpiùs quatuor. *Folia plerumque verticillata; caulis plerumque herbaceus.*

SHERARDIA, L. * APARINE, T. * Calix 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Semina 2 oblonga, coronata, hìnc plana, indè convexa. *Flores axillares aut terminales. Species una ſuffruteſcens.*

ASPERULA, L. * GALLIUM, T. * APARINE, T. * CRUCIATA, T. * *Aſpérule.* Meyerkraut. Calix 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-fida (raró 3-fida & 3-andra). Baccæ 2 ſiccæ globoſæ, non coronatæ, coalitæ 1-ſpermæ. *Flores terminales aut axillares. Folia ſuperiora* A. cynanchicæ *oppoſita.*

GALLIUM, T. L. * APARINE, T. * *Caillelait, Galiet, Gratteron.* Labkraut. Calix 4-dentatus. Corolla rotata 4-fida (rariſſimè 3-fida 3-andra). Semina 2 ſubrotunda, lævia *in Gallio T.*, aut aſpera *in Aparine T.*, non coronata. *Herbæ glabræ aut aſperæ; flores terminales ſæpè corymboſo-paniculati*, *aut axillares. Galium mollugo. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 24. p. 27-31.*

CRUCIANELLA, L. * RUBEOLA, T. * *Crucianelle.* Calix 2-fidus. Corolla filiformis tubuloſa 4-fida (raró 5-fida 5-andra). Semina 2 oblonga, non coronata. *Folia ſæpè linearia; flores bracteati densè ſpicati terminales*, *aut rariùs corymboſi.*

VALANTIA, T. L. * CRUCIATA, T. * APARINE, T. * *Croiſette.* Valantie. Calix ſubinteger. Corolla plana 4-partita, vix tubuloſa. Semen ſæpè unicum globoſum, altero abortivo. Flores maſculi intermixti 3-4-fidi 3-4-andri, piſtillo abortivo. *Herbæ læves aut aſperæ; flores axillares; folia plerumque 4-verticillata*, *nonnunquàm maturatione in caulem reflexa.*

RUBIA, T. L. * *Garence.* Röthe. Calix 4-dentatus. Corolla campanulata 4-fida, interdùm 5-fida 5-andra. Baccæ 2 ſubro-

tundæ glabræ. *Herbæ aſperæ aut læves*; *flores corymboſi axillares & terminales.*

ANTHOSPERMUM, L. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla (calix *ex Linn.*) tubo brevi, limbo 4-partito. Fructus oblongus in 2 ſemina partibilis. *Frutex; folia linearia verticillata*; *flores axillares. Genus ex Linnæo dioïcum & apetalum calice 4-fido, ſed certiùs hermaphroditum floribus maſculis & fœmineis commixtis & 1-petalum obſervato infrà corollam calice minimo. Caracter ex Bern. Juſſæo.*

II. Fructus dicoccus diſpermus. Stamina quatuor, rariùs quinque aut ſex. *Folia ſæpiùs oppoſita, mediante vaginâ ciliatâ; caulis plerumque herbaceus.*

HOUSTONIA, Gron. L. * Calix 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Stamina 4 minima. Germen ſuperum *ex Linn.* Capſula didyma 2-locularis 2-valvis 2-ſperma. *Flores terminales.* H. purpureæ *germen certè inferum. An idem verè ſuperum in* H. cæruleâ *indè ad Gentianas rejiciendâ?*

KNOXIA, L. * Calix 4-fidus. Corolla tubuloſa filiformis, limbo 4-fido. Stamina 4. Semina 2 ſubrotunda acuminata, hinc plana, indè 3-ſtriata, axi filiformi ſuprà annexa. *Flores alternè ſpicati terminales.*

SPERMACOCE, L. * Calix 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Stamina 4. Capſulæ 2 connatæ oblongæ, ſingulæ 1-ſpermæ apice 2-cornes. *Flores axillares interdùm verticillati, aut capitati terminales. An fructus potiùs monocarpus? Species quædam ſuffruteſcentes.*

DIODIA, Gron. L. * Calix 2-fidus. Corolla tubuloſa infundibuliformis 4-fida. Stamina 4. Capſula ovata 4-gona coronata 2-locularis 2-valvis, 2-ſperma. *Herba procumbens; flores ſolitarii axillares.*

GALOPINA, Thunb. * Calix integer non prominens (o *ex Thunb.*). Corolla 4-fida laciniis revolutis. Stamina 4 antheris oblongis erectis. Styli 2. Fructus minimus partibilis in 2 ſemina ſubgloboſa muricata. *Flores oppoſitè & laxè paniculati terminales. Caracter ex Thunb. Diſſ.*

RICHARDIA, Houtt. L. * Calix 6-fidus. Corolla cylindracea infundibuliformis 6-fida. Stamina 6. Stigmata 3. Semina 3 conniventia, ſupernè latiora. *Herba 4-gona; flores capitati terminales & axillares.*

PHYLLIS, L. * Calix 2-fidus. Corolla 5-partita. Stamina 5. Styli 2. Semina 2 oblonga conniventia, hinc plana, indè convexa, ſupernè latiora & axi filiformi centrali annexa. *Frutex; folia 3 verticillata*; *flores corymboſi terminales & axillares.*

III. Fructus monocarpus bilocularis polyſpermus. Stamina quatuor. *Folia oppoſita; caulis herbaceus fruteſcens.*

HEDYOTIS, L. * Calix 4-fidus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Capſula globoſo-didyma coronata 2-locularis polyſperma, tranſversim dehiſcens. *Herbae aut ſuffrutices; flores terminales aut axillares.*

OLDENLANDIA, Pl. L. * Calix 4-fidus. Corolla 4-fida, vix tubuloſa. Capſula coronata parva 2-locularis polyſperma inter dentes calicinos dehiſcens. *Herbae, quaedam ſublignoſae; pedunculi terminales aut axillares, uni aut multiflori; folia baſi juncta vaginâ ciliari.*

CARPHALEA. * Calix turbinatus 4-fidus, laciniis oblongis ſpatulatis ſcarioſis perſiſtentibus. Corolla tubo filiformi longo, fauce ventricoſâ intùs hirtâ, limbo 4-partito, laciniis anguſtis. Antheræ ſubſeſſiles oblongæ, fauci inſertæ. Stigma acutum? Capſula calice coronata, 2-locularis polyſperma, 2-valvis diſſepimento valvis oppoſito bipartibili & iiſdem ſemiſeptiferis continuo. *Frutex aridus hyſſopifolius; flores oppoſitè corymboſi terminales. Habitus Seriſſae; calix Petreae. Caracter ex ſicco Commerſonii ſpecimine Madagaſcarienſi innominato.* Καρφαλέος *aridus. Confer cum Seriſsâ.*

COCCOCIPSILUM, Brown. * Calix 4-fidus laciniis linearibus. Corolla infundibuliformis 4-loba. Capſula coronata ſucculenta piſiformis 2-locularis polyſperma ſeminibus diſſepimento affixis. *Herba; folia ſtipulacea; flores axillares aut terminales. Caracter ex Brown. Jam. 144. t. 6. f. 2.*

GOMOZIA, Mut. LS. * Calix integer non prominens (o *ex LS.*). Corolla tubo filiformi brevi, limbo campanulato 4-fido. Bacca 2-locularis polyſperma. *Herba diffuſa; flores ſolitarii terminales ſeſſiles. Car. ex LS. Confer* Soldanellam... *Feuill. Peruv. 1. t. 44.*

NACIBEA, Aubl. * MANETTIA, Mut. L. * Calix 4-8-fidus. Corolla tubuloſa fauce coarctatâ, limbo 4-partito intùs hirto. Capſula coronata ovata compreſſa 2-valvis, valvis navicularibus margine introflexis, quaſi 2-capſularis & ideò 2-locularis (1-locularis *ex Linn.*), polyſperma, ſeminibus orbiculatis margine membranaceis, columellæ oblongæ intrà ſingulam valvam centrali annexis. *Herbæ volubiles aut reclinatæ; pedunculi ſolitarii axillares multiflori, pedicellis oppoſitis 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 37. Hujus congener* Manettia L. *licèt deſcriptione paulò diverſa.*

TONTANEA, Aubl. * Calix 4-fidus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Antheræ exſertæ. Bacca parva coronata ovata 2-locularis 2-partibilis polyſperma ſeminibus marginatis diſſepimento

(parallelo *ex Aubl. ic.*) affixis. *Herba repens radicans*; *pedunculi axillares multiflori. Caracter ex Aubl. Guyan. t.* 42. *Confer* Sicelium *Brownæi.*

PETESIA, Brown. L. * LYGISTUM, Brown. * Calix 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-loba. Bacca globoſa coronata 2-locularis polyſperma. *Caracter ex Linnæo. Frutices*; *pedunculi axillares bi aut multiflori. Ex Browneo bacca* Lygiſti 4-*locularis* 4-*ſperma*, Peteſiæ 2-*locularis* 2-*ſperma : genus ergò recognoſcendum. Calix* P. ſtipularis 5-*fidus. An congener* Poutaletsje *Rheed. Mal.* 4. *t.* 57. *Lawſoniæ adjectum à Linnæo ?*

FERNELIA, Commerſ. * Calix 4-fidus laciniis ſubulatis. Corolla parva 4-loba, tubo brevi. Bacca piſiformis coronata vix carnoſa, polyſperma 2-locularis; receptaculum ſeminiferum centrale diſſepimenti medio deficientis vicem ſupplens, & eodem marginali ex fructûs parietibus prominulo zonatìm cinctus. *Arbuſcula buxifolia*, *Mauritianis* faux Buis *dicta*; *flores ſubſolitarii axillares. Caracter ex Commerſ. & ex ſicco. Randiæ affinis*, *ſed* 4-*andra.*

CATESBÆA, L. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla magna infundibuliformis, tubo longiſſimo ſensìm dilatato, limbo 4-lobo. Stamina longiſſima, imæ corollæ inſerta; antheræ oblongæ exſertæ. Stigma 1 *ex Linn.* Bacca pruniformis coronata, polyſperma (1-locularis *ex Linn.*) 2-locularis diſſepimento & receptaculo ut in Ferneliâ diſpoſitis. *Frutex buxifolius ſpinoſiſſimus*, *ſpinis & foliis decuſſatìm oppoſitis*; *flores ſolitarii axillares penduli.*

IV. Fructus monocarpus bilocularis polyſpermus. Stamina quinque. *Folia oppoſita*; *caulis ſæpè fruteſcens.*

RANDIA, Houſt, L. * Calix 5-fidus. Corolla tubuloſa, fauce non dilatata, limbo 5-fido. Antheræ intrà faucem ſubſeſſiles. Bacca ſicca ceraſiformis, vix coronata (1-locularis *ex Linn.*), 2-locularis more Ferneliæ, polyſperma. *Arbuſculæ aut frutices*, *in extremis ramulis ſæpè ſpinoſi*, *quidam buxifolii*; *ſpinæ* 4 *verticillatæ*, *aut ſæpiùs* 2 *oppoſitæ cum foliis decuſſatæ*; *flores axillares ſubſolitarii aut plures terminales. Hujus congener* Muſſænda ſpinoſa L.

BELLONIA, Pl. L. * Calix 5-fidus laciniis lanceolatis. Corolla rotata, tubo brevi, limbo plano obtusè 5-partito. Antheræ conniventes vix exſertæ. Stigma 1. Capſula turbinata, calicinis laciniis conniventibus roſtrata, 1-locularis polyſperma. *Frutex ramis nodoſis*, *ad nodos folioſis*; *folia aſpera*; *pedunculi multiflori axillares & ſæpiùs terminales. Caracter ex Linnæo. Genus recognoſcendum*; *an verè Rubiaceum ? An ſtipulæ foliis interjectæ ?*

VIRECTA, LS. * Calix 5-fidus dentibus interjectis. Corolla infundibuliformis limbo 5-partito. Antheræ intrà tubum, conniventes. Capſula angulata coronata hiſpida, 1-locularis polyſperma; receptaculum interius carnoſum, obtectum unâ ſerie ſeminum. *Herba Surinamenſis Mercurialis facie; pedunculi in ramulorum dichotomiâ terminales 2-flori. Caracter ex Linn. Suppl. Nacibeæ fortè affinis, ſed 5-andra. An capſula verè 1-locularis?*

MACROCNEMUM, Brown. L. * Calix turbinatus 5-dentatus. Corolla campanulata 5-loba. Stamina imo tubo inſerta; antheræ intrà faucem. Capſula turbinata 2-locularis polyſperma, ſeminibus imbricatis. *Frutex; flores paniculati. Caracter ex Linn.*

BERTIERA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa, fauce hirſutâ, limbo 5-fido. Antheræ ſubſeſſiles vix exſertæ. Bacca piſiformis coronata 2-locularis polyſperma, diſſepimento ſeminifero. *Frutex; flores racemoſi terminales bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 69. Species Commerſoniana congener, ab eodem* Zaluzania *dicta exhibet in ſingulis capſulæ ſubbaccatæ loculis receptaculum ſeminiferum prominulum diſſepimento affixum.*

DENTELLA, Forſt. * Calix 5-fidus ſub limbo coarctatus. Corolla infundibuliformis, limbo erecto 5-fido, laciniis 3-dentatis, dente medio productiore. Staminum filamenta brevia, antheræ oblongæ non exſertæ. Capſula piſiformis coronata, 2-locularis polyſperma receptaculis ſeminiferis intrà loculos prominulis. *Planta repens. Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 13.*

MUSSÆNDA, Herm. L. * Calix 5-fidus laciniis linearibus. Corolla infundibuliformis, tubo longo vix ſuprà dilatato, limbo plano 5-partito. Antheræ oblongæ intrà tubum ſubſeſſiles, non exſertæ. Capſula ovata membranacea, apice nuda aut coronata, 2-locularis polyſperma, receptaculo ſeminifero elevato loculos bipartiente; ſemina ideò quadrifariàm diſpoſita, numeroſa minutiſſima. *Frutices, plerique hirſuti; flores ſæpè corymboſi terminales bracteati; corolla ſæpè extùs hirſuta. Hic ſola ſiſtenda* M. frondoſa L. *cujus inſuper lacinia una calicina perſiſtens cæteris deciduis, producta in folium amplum petiolatum caulinis conforme, ſed diſcolor & 5-7-nerve. Generi adjicienda* Landia *Commerſ. Herb. diſtincta calicinis laciniis æqualibus, in alterâ ſpecie deciduis, in alterâ perſiſtentibus; & forte* Sipanea *Aubl. Guyan. t. 56, diſſimilis capſulâ minimâ ſiccâ 2-valvi, coronatâ laciniis calicinis aequalibus.*

CINCHONA, L. * *Quinquina.* Cinchone. Calix turbinatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa, limbo 5-fido erecto intùs hirſuto, aut 5-partito patente longiore & anguſtiore glabro. Staminum filamenta oblonga, medio tubo inſerta; antheræ longæ, in corollis hirſutis latentes, in glabris plurimùm exſertæ. Stigma clavatum ſub2-fidum. Capſula oblonga coronata 2-valvis, 2-locularis valvis margine introflexo diſſepimentum conficien-

tibus, quaſi 2-capſularis iiſdem maturatione divaricatis intùſque dehiſcentibus; ſemina in ſingulo loculo plurima compreſſa marginata, receptaculo centrali oblongo affixa. *Arbuſculae; flores in* C. officinali *& affinibus, hirſuti corymboſo-paniculati terminales, in* C. Caribæâ *glabri longiores axillares ſubſolitarii.*

TOCOYENA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa longiſſima, tubo ſuprà dilatato, limbo 5-partito. Antheræ intrà faucem ſubſeſſiles vix exſertæ. Stylus ſub ſtigmate 2-lamellato fuſiformis incraſſatus. Capſula ſubbaccata ovata coronata 2-locularis polyſperma ſeminibus pulpâ obductis. *Planta ſublignoſa; flores 2-bracteati conferti terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 50.*

POSOQUERIA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus. Corolla tubuloſa longiſſima, fauce villoſa parùm dilatata, limbo 5-partito patente, laciniis longis anguſtis. Antheræ exſertæ filamentis brevibus intrà faucem infixæ. Stigma ſub3-fidum. Bacca oviformis magna coronata ſucculenta polyſperma. *Frutex; pedunculus terminalis multiflorus, floribus tubo ad medium incurvo ſemipendulis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 51. An ſtylus potiùs 2-fidus; an fructus 2-locularis?*

RONDELETIA, Pl. L. * Calix 5-fidus. Corolla infundibuliformis, apice ventriculoſa, limbo obtuſè 5-partito plano. Antheræ non exſertæ. Bacca ſubrotunda coronata 2-locularis polyſperma, apicè bifariàm dehiſcens. *Arbuſculae aut frutices; flores corymboſi terminales. Species quaedam ex Jacq. & Linn. in ſingulo loculo 1-ſpermae, hinc eliminandae.*

GENIPA, T. L. * *Génipayer.* Calix turbinatus margine integro. Corolla calice duplò longior, cylindrica limbo patente 5-partito magno. Antheræ in fauce ſeſſiles longæ exſertæ. Bacca magna ovata carnoſa, apice attenuato truncata 2-locularis polyſperma. *Arbor; folia magna; flores ſubcorymboſi terminales.*

GARDENIA, Ell. L. * Calix 5-dentatus aut 5-fidus, laciniis interdùm obliquatis. Corolla infundibuliformis tubo ſæpè longo, limbo plano 5-9-fido. Stamina 5, antheris ſeſſilibus, intrà faucem latentibus aut parùm exſertis. Bacca ſicca 2-4-locularis polyſperma, ſeminibus numeroſis duplici ſerie diſpoſitis in ſingulo loculo. *Caracter ex Linn. Suppl. Arbores aut frutices; flores ſubſolitarii terminales aut axillares. Genus in vivis recognoſcendum. Calix* G. Thunbergiæ *ſpathaeformis hinc ſemifiſſus, indè 5-8-fidus laciniis ſpatulatis, corollae limbus 8-10-partitus, ſtamina 8-10, germen apice tuberculatum, ſtigma 5-ſulcatum, bacca 4-locularis: an genere diverſa? Species una gummoſo-reſinoſa. Quaſdam ſpineſcentes à Linnaeo fil. Suppl. hùc relatas repellit D. Lamarck ad Canthium & Randiam, ſimul Gardeniae adjiciens Linnaei Muſſaendas omnes.*

PORTLANDIA, Brown. L. * Calix magnus 5-fidus. Corolla

maxima

maxima infundibuliformis ſensim dilatata, limbo 5-fido. Stamina 5 imo tubo inſerta; antheræ longæ erectæ vix exſertæ. Stigma 1. Capſula obovata 5-angularis 5-ſtriata, apice retuſa & baſibus laciniarum calicinarum coronata, 2-locularis polyſperma, ab apice ad baſim 2-valvis, valvis (ut in Acantho) medio ſemiſeptiferis, diſſepimento igitur iiſdem continuo & bipartibili; ſemina compreſſa ſubrotunda. *Arbuſcula grandiflora; pedunculi axillares ſæpè 3-flori.* P. hexandra *Coutareæ nomine infrà deſcripta. An genere etiam diſtinguenda* P. tetrandra LS. *cui corollæ limbus 4-lobus & ſtamina 4 & fructus longior 4-gonus (in Commerſonii ſpecimine immaturus, ſed eodem docente 4-locularis) & cætera ſimilia?*

V. Fructus monocarpus bilocularis polyſpermus. Stamina ſex aut plura. *Folia oppoſita; caulis fruteſcens aut arboreus.*

COUTAREA, Aubl. t. 122. * PORTLANDIA, Jacq. L. * Calix 6-fidus laciniis ſubulatis deciduis. Corolla magna infundibuliformis, fauce incurva ventricoſa, limbo 6-fido. Stamina 6 imo tubo inſerta; antheræ longæ lineares exſertæ. Stigma 1 ſulcatum. Capſula obovata compreſſo-plana, utrinque medio ſulcata, vix coronata, 2-locularis polyſperma 2-valvis, valvis carinatis margine inflexo diſſepimentum conſtituentibus minimum mox iiſdem dehiſcentibus ſolubile; ſemina orbiculata, margine membranacea, imbricata, affixa receptaculo parvo valvularum marginibus conniventibus appoſito & iiſdem diſtractis deciduo. *Arbor; pedunculi ſæpè 3-flori, axillares & terminales; flores baſi 2-bracteati, interdum ex Aubl. 7-fidi 7-andri. Hùc* Portlandia hexandra L. *Fructus Gelſemii ſed inferus, Cinchonæ ſed compreſſus, Nacibeæ affinior.*

HILLIA, Jacq. L. * Calix oblongus 6-fidus laciniis erectis. Corolla tuboloſa longiſſima, fauce parùm ampliatâ, limbo patente magno acutè 5-partito. Antheræ 6, intrà faucem ſubſeſſiles non exſertæ. Stigma capitatum. Fructus... oblongus compreſſus 2-locularis polyſpermus. *Frutex paraſiticus; flores ſolitarii terminales, foliis floralibus minoribus cincti. Caracter ex Jacq.*

DUROIA, LS. * Calix cylindricus truncatus. Corolla tubuloſa cylindrica limbo obtusè 6-partito patente. Antheræ 6 oblongæ, intrà tubum ſeſſiles. Stigmata 2. Pomum magnum globoſum, limbo calicino perſiſtente umbilicatum, piloſum, polyſpermum, ſeminibus planis duplici ſerie diſpoſitis. *Arbor; flores terminales ſeſſiles congeſti, multi abortientes aut maſculi; fructus eſculentus (an 2-locularis?). Caracter ex Linn. Suppl.*

VI. Fructus monocarpus bilocularis diſpermus. Stamina quatuor. *Folia oppoſita; caulis plerumque fruteſcens.*

CHOMELIA, Jacq. * Calix tubuloſus parvus 4-fidus. Corolla tubo longo gracili, limbo 4-fido patente. Drupa coronata, fœta nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbuſcula ramoſiſſima & ſpinoſiſſima, ſpinis ramuſculorum axillaribus, ramorum ſparſis; folia in ramulis terminalia; pedunculi ſolitarii axillares ſæpè 3-flori.*

PAVETTA, Rheed. L. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla tubo gracili, limbo acutè 4-partito patente. Antheræ extrà faucem ſubſeſſiles. Bacca piſiformis, 1-locularis *ex Linn.*, 2-ſperma ſeminibus hinc planis indè convexis. *Frutex; flores corymboſi aut conferti terminales. Caracter ex Linn. An congener* Coffea paniculata *Aubl. Guyan. t. 58. quæ 4-andra 2-ſperma?*

IXORA, L. * Calix minimus 4-fidus. Corolla tubo longo gracili, limbo obtusè 4-partito. Antheræ ad faucem ſubſeſſiles exſertæ. Bacca 2-locularis loculis 2-ſpermis. *Caracter ex Linnæo. Frutices; flores terminales corymboſi aut conferti; fructus* I. Coccineæ *ex Rheedio 1-2-4-ſpermus*, I. americanæ *ex Browneo 1-ſpermus: genus ergò recognoſcendum, à Pavettâ non ſatis diſtinctum. Hujus congener* Lonicera corymboſa L.

COUSSAREA, Aubl. * Calix 5-dentatus. Corolla tubo brevi, limbo acutè 4-partito. Antheræ oblongæ, ad faucem ſubſeſſiles exſertæ. Stigma 4-5-fidum. Bacca parva 1-locularis; teſta intùs 1-ſperma ſemine coriaceo. *Frutex; flores ſæpè terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 38. An ſtigma verè 5-fidum; an fructus potiùs 2-ſpermus ſemine uno abortivo? Planta Commerſonii Madagaſcarienſis habitu ſimilis fructum exhibet compreſſum ſubdidymum 2-locularem 2-ſpermum.*

MALANEA, Aubl. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla parva rotata tubo brevi, limbo 4-fido. Stamina exſerta. Bacca (Berberidis) parva ovata coronata, fœta nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutex ſcandens ramis ſarmentoſis, ramulis pendulis; foliorum margo integer revolutus; flores in extremis ramulis ſpicati axillares, in ſpicâ paſsìm glomerati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 41. Confer cum Antirheâ.*

ANTIRHEA, Commerſ. * Calix minimus 4-dentatus. Corolla parva 4-loba patens, tubo brevi. Antheræ oblongæ ſubſeſſiles non exſertæ. Drupa minima ovata coronata, fœta nuce oſſeâ 2-loculari 2-ſpermâ. *Frutex ramoſus; folia 3-4-verticillata, nervorum præcipuorum axillis ſubtùs glanduloſis & poroſis; pedunculi axillares & terminales multiflori, floribus cymoſis. Caracter ex Commerſ. Adversùs ſanguinis profluvia feliciter in inſ. Borbonicâ uſurpantur, ideò dictâ* Bois de Loſteau *nomine inventoris.* Ἀντί *contrà,*

ῥέω fluo. Affinis Pſychotriæ ſed 4-andra, affinior Malaneæ ſed drupacea antheris non exſertis & floribus cymoſis. An ſervandum genus?

VII. Fructus monocarpus bilocularis diſpermus. Stamina quinque. *Folia oppoſita; caulis fruteſcens aut arboreus.*

CHIMARRHIS, Jacq. * Calix integer. Corolla tubo brevi, limbo 5-fido patente, laciniis extùs medio hirſutis. Stamina ſummo tubo inſerta, filamentis baſi hirſutis. Capſula ſubovata coronata 2-locularis 2-ſperma 2-valvis, valvis apice 2-fidis. *Arbor Martinicenſibus* Bois de Riviere *dicta; flores parvi racemoſo-cymoſi axillares & terminales; capſulæ parvæ. Caracter ex Jacq. Americ. An ſtipulæ foliis interjectæ?*

CHIOCOCCA, Brown. L. * Calix 5-dentatus. Corolla infundibuliformis limbo 5-partito reflexo. Stamina non exſerta. Bacca coronata ſubrotunda compreſſa, ſiccatione ſubſtriata, 2-ſperma. *Species altera fruteſcens ſpicis florum axillaribus, altera arboreſcens paniculâ terminali.*

PSYCHOTRIA, L. * PSYCHOTROPHUM, Brown. * Calix 5-dendatus. Corolla tubuloſa 5-fida. Stamina non exſerta. Bacca parva coronata, ſubrotunda aut ovata, ſiccatione ſulcata 2-ſperma, ſeminibus hinc planis, inde convexis. *Frutices aut repentes herbæ; flores racemoſi aut conferti terminales, in* P. carthaginenſi *Jacq. interdùm 6-7-fidi 6-7-andri. Fructus extùs Antirheæ, ſed intùs Coffeæ. An ſeparandæ ſpecies herbaceæ habitu diſſimiles? An congener Viſioicles Jacq. Amer. t. 51. f. 1. Frutex paraſiticus pendulus floribus conformibus oppoſiti corymboſis terminalibus, foliis oppoſitis aveniis, fructu ignoto?*

COFFEA, L. * COFFE, Rai. * *Caffeyer*, *Caffé*. Calix minimus 4-dentatus. Corolla tubuloſa, oblonga ſubinfundibuliformis, limbo plano 5-partito. Stamina exſerta. Bacca ceraſiformis aut rariùs oblonga, umbilicata non coronata, 2-locularis ſeu 2-arillata arillis 1-ſpermis; ſemina hinc plana ſulcata, indè convexa. *Arbuſculæ; flores 2-4 axillares ſubſeſſiles. Non congener* C. occidentalis L. *jam alibi* Ixora Americana *à Linnaeo dicta, cui flores paniculati 4-fidi 4-andri & fructus 1-ſpermus.* Coffea paniculata *Aubl. Guyan. t. 58. tetrandra & Pavettae affinior.*

CANTHIUM, Lamark. * GARDENIA, LS. * *Canti de l'Inde.* Calix 5-fidus. Corolla tubuloſa brevis 5-fida patens. Stamina non exſerta. Stigma capitatum. Bacca ovata coronata, aut ſubrotunda nuda 2-locularis 2-ſperma, ſeminibus hinc planis ſulcatis, indè convexis. *Frutices ſpinoſiſſimi, ſpinis & foliis decuſſatim oppoſitis; flores ſubſeſſiles, axillares & terminales, interdùm*

6-8-fidi 6-8-andri. Hùc Gardenia ſpinoſa LS. *&* Tſieru-kara *ſeu* Canti *Rheed. Mal. 5. t. 37. Caracter ex D. Lamark Dict.*

RONABEA, Aubl. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla oblonga ſubinfundibuliformis limbo 5-fido patente. Stamina non exſerta. Bacca minima ovata non coronata, fœta 2 nucibus 1-ſpermis hinc planis, indè convexis. *Frutices; flores minimi axillares, pedicellis baſi 2-bracteolatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 59. Confer cum Paederiâ.*

PÆDERIA, L. * Calix parvus 5-dentatus. Corolla infundibuliformis 5-loba, intùs hirſuta. Antheræ oblongæ ſubſeſſiles non exſertæ. Bacca parva ovata fragilis 2-ſperma. *Frutices ſarmentoſi, ſexuum abortu plerumque dioïci; flores racemoſi axillares. Caracter ex Linn. & Rumph. Amb. 5. t. 160. Hujus congener* Danaïs *Commerſ.*

COPROSMA, Forſt. LS. * Calix minimus 5-fidus. Corolla infundibuliformis 5-fida. Antheræ oblongæ. Stylus profundè 2-partitus. Bacca ſubovata pulpoſa 2-ſperma, ſeminibus hinc planis, inde convexis. *Frutices; folia oppoſita, ſtipulâ mediante; pedunculi axillares uni aut multiflori; flores interdùm 6-7-fidi 6-7-andri, quidam maſculi, quidam fœminei. Caracter ex Forſt. & Linn. Suppl. Fructus ex Linn. ſuperus, ex Murray ſyſt. ed. 14. inferus. Genus affine hinc Phyllidi, indè Paederiae.*

SIMIRA, Aubl. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla parva tubuloſa 5-loba. Stamina ſummo tubo inſerta. Bacca parva ovata coronata 2-locularis 2-ſperma. *Arbor; flores minimi racemoſi terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 65. Huic habitu & caractere ſimilis* Mapouria *ejuſd. t. 67, fructu tamen adhucdùm ignoto, & caule fruteſcente. An congener etiam* Palicourea *ejuſd. t. 66. frutex corollis majoribus incurvis 5-fidis, ſtaminibus non exſertis?*

VIII. Fructus monocarpus multilocularis loculis monoſpermis. Stamina quatuor aut quinque aut plura. *Folia oppoſita; caulis ſæpè fruteſcens.*

NONATELIA, Aubl. * *Azier.* Calix parvus 5-dentatus. Corolla tubuloſa limbo 5-fido. Stamina 5 exſerta aut latentia. Bacca parva ſphæricea ſtriata coronata 5-locularis 5-ſperma. *Frutices aut herbae; flores paniculati terminales, nudi aut 2-4-bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 70-74.*

LAUGERIA, Jacq. L. * Calix minimus limbo ſubintegro. Corolla tubo gracili oblongo, limbo 5-lobo plano. Antheræ 5, ſubſeſſiles non exſertæ. Stigma capitatum. Drupa piſiformis non coronata, fœta nuce 5-ſulcatâ 5-loculari 5-ſperma. *Frutices*

ſpinoſi aut inermes ; flores racemoſi axillares. Caracter ex Jacq. Americ.

ERITHALIS, Brown. L. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla 5-partita tubo brevi, laciniis recurvis. Stamina 5 exſerta. Stigma acutum. Bacca piſiformis coronata 10-ſtriata 10-locularis 10-ſperma. *Arbuſculæ ; flores corymboſi axillares & terminales. Ex Jacq. flores plurimi 6-fidi 6-andri & numerus ſeminum varius : an ideò hùc referenda* Pſathura *ſequens habitu ſimillima ?*

PSATHURA, Commerſ. * Calix minimus 6-dentatus. Corolla campanulata 6-loba intùs barbata, tubo ſubnullo. Stamina 6. Stigma 3-4-lamellatum. Drupa ſicca (Coriandri) ſtriata coronata 6-locularis 6-ſperma, ſeminibus hìnc concavis, indè convexis. *Arbuſcula ramis nodoſis fragilibus, indè* Bois caſſant *Borbonienſibus dicta ; flores corymboſi terminales. Caracter ex Commerſ.* Ψαθυρος *fragilis. Confer cum Erithali.*

MYONIMA, Commerſ. * Calix minimus, limbo ſubinteger. Corolla tubo brevi, limbo obtusè 4-partito. Stamina 4, antheris oblongis exſertis. Stigma craſſiuſculum. Bacca ſicca ceraſiformis depreſſa non coronata, fœta nuce 4-loculari 4-ſpermâ, ſeminibus hìnc concavis, indè convexis. *Arbuſcula ; pedunculi 1-3-flori in ſummis ramulis terminales & axillares. Borbonienſibus dicitur* Bois de Rat, *quia fructus muribus grati.* Μυς *mus,* ὄνημι *proſum. Caracter ex Commerſ. & ex ſicco.*

PYROSTRIA, Commerſ. * Calix minimus ſub-4-dentatus. Corolla ſubcampanulata patens ſemi 5-fida, fauce tomentosâ. Stamina 4. Stigma capitatum. Fructus pyriformis parvus 8-ſtriatus non coronatus, fœtus 8 nucibus 1-ſpermis. *Arbuſculæ ; pedunculi axillares uni aut multiflori. Numerus loculorum interdùm varius ; ſtipulæ foliorum caducæ. Pyroſtria à Pyro ſtriato. Caracter ex Commerſonio.*

VANGUERIA, *Vanguier, Voa-vanguier de Madagaſcar.* Calix minimus 5-dentatus patens. Corolla parva campanulato-globoſa 5-fida, intùs hirta. Stamina 5, antheris oblongis vix exſertis. Stigma ſimplex. Bacca pomiformis umbilicata non coronata, 5-locularis 5-ſperma ſeminibus amygdalinis. *Arbuſcula ; flores corymboſo-cymoſi axillares. Caracter ex Commerſonii deſcr. & icone.*

MATTHIOLA, Pl. L. * Calix oblongus margine integro. Corolla tubo gracili longo, fauce in infundibulum dilatatâ, limbo integro repando. Stamina 5 non exſerta. Stigma craſſiuſculum. Drupa ceraſiformis depreſſa umbilico coronato, fœta nuce 6-loculari 6-ſpermâ. *Arbor ramis apice folioſis ; folia magna aſpera ; pedunculi axillares multiflori, floribus cymoſis bracteatis, pluribus abortivis. Caracter floris ex Plum. & Linn., fructûs ex ſicco. Genus in vivo recognoſcendum, Guettardæ affine.*

GUETTARDA, L. * Calix oblongus margine integro inæquali. Corolla tubuloſa longa ſubinfundibuliformis, limbo obtusè 8-partito patente. Antheræ 8-oblongæ ſubſeſſiles non exſertæ. Stigma clavatum. Drupa ſicca ſubrotunda apice retuſa, umbilicata non coronata, ſiccatione 6-toroſa, fœta nuce ſinuosâ 6-loculari 6-ſpermâ. *Arbores; folia magna; pedunculi longi axillares ſolitarii, apice multiflori, floribus dichotomè cymoſis, ſingulis 1-bracteatis, quibuſdam maſculis ſeu ſterilibus. Caracter ex ſicco. Numerus partium & loculorum varius. Hùc referenda* Cadamba *Sonner. Ind. 2. p. 228. t. 128. quæ* Rava-pu *Rheed. Mal. 4. t. 48. à Linnæo dicta* Nyctanthes hirſuta. *An omninò congener* G. coccinea *Aubl. Guyan. t. 123. cui ex Autore calix 5-fidus, corolla 6-andra 6-fida non patens, ſtigma 6-ſulcum, bacca ceraſiformis 6-locularis, teſta in ſingulo loculo fragilis polyſperma ſeminibus minutis, flores dichotomè corymboſi 2-bracteati, cætera ſimilia? An Hameliae affinior; an inter utrumque media utpotè 6-andra?*

IX. Fructus monocarpus multilocularis loculis polyſpermis. Stamina quinque aut plura. *Folia ſæpiùs oppoſita; frutices aut herbæ.*

HAMELIA, Jacq. L. * Calix parvus 5-fidus. Corolla tubuloſa oblonga 5-gona limbo 5-fido. Stamina 5, medio tubo inſerta; antheræ oblongæ. Stigma obtuſum. Bacca ovata ſulcata, apice retuſa & coronata, 5-locularis polyſperma ſeminibus minutis. *Frutices; folia 3 verticillata; flores corymboſo-cymoſi terminales.* Guettarda coccinea *Aubl. hujus ferè congener.*

PATIMA, Aubl. * Calix limbo integro 5-gono. Corolla... Stamina... Stigma... Bacca infera ſphæricea coronata 4-6-locularis polyſperma, ſeminibus in pulpâ nidulantibus. *Herba oppoſitifolia, ſtipulâ utrinque mediâ; fructus axillares pedunculati. Caracter ex Aubl. t. 77. Genus certè monopetalum & Rubiaceum, in vivâ tamen recognoſcendum.*

SABICEA, Aubl. * Calix oblongus 5-fidus. Corolla tubo longo gracili, limbo acutè 5-partito Antheræ 5 ſubſeſſiles, latentes aut vix exſertæ. Stigma 5-partitum. Bacca piſiformis coronata 5-locularis loculis polyſpermis. *Frutices volubiles, flores axillares ſubſeſſiles bracteati. Corolla* S. aſperæ *interdùm 4-fida 4-andra & bacca 3-4-locularis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 75-76.*

X. Flores aggregati ſuprà receptaculum commune, aut rariùs coadunati. *Folia oppoſita; arbores aut frutices, rariùs herbæ.*

MITCHELLA, L. * Flores 2 coadunati. Singulis calix 4-dentatus, alteri hìnc adnatus. Corolla infundibuliformis tubo cylindrico, limbo 4-partito patente intùs hirto. Stamina 4 vix exſerta. Stigma 4-fidum. Bacca ex germinum coalitione didyma 4-ſperma. *Herba repens; flos geminatus terminalis, aut rariùs axillaris.*

CANEPHORA. * Flores 3-6 intrà calicem communem ſub5-fidum, ſeſſiles ſquamulis diſtincti. Singulis calix 5-6-fidus. Corolla parva campanulata 5-6-loba. Antheræ 5-6 oblongæ ſeſſiles. Stigma 2-fidum. Fructus... piſiformis coronatus 2-ſpermus. *Frutex; pedunculi axillares ſolitarii, à baſi ad apicem incraſſati, deſinentes in calicem communem calathiformem. Caracter ex Commerſonii ſpecimine Madagaſcarienſis innominato.* Κανήφορος, *calathum ferens. Confer cum Faramеâ.*

PATABEA, Aubl. * Flores capitati, bracteis diſtincti, capitulo extùs ſquamoſo. Calix 4-dentatus. Corolla tubuloſa 4-fida. Antheræ 4 ſubſeſſiles. Fructus... *Frutex ramis ſparſis; capitula terminalia ſolitaria ſubſeſſilia. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 43. Hujus congener aut genere proxima* Lonicera bubalina LS. *arbuſcula verè Rubiacea ſtipulata; cui flores capitati terminales involucro polyphyllo 4-6-floro, calix 5-fidus, corolla Symphiti 5-fida 5-andra non patens, capſula 2-locularis coronata.*

EVEA, Aubl. * Flores 8-10 parvi aggregati ſuprà receptaculum paleaceum, cinctum involucro 4-phyllo cujus foliola 2 exteriora latiora. Calix proprius turbinatus 4-dentatus. Corolla infundibuliformis 4-fida. Antheræ 4 oblongæ ſubſeſſiles non exſertæ. Fructus..... *Frutex ramis 4-gonis; capitula axillaria ſolitaria. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 39.*

TAPOGOMEA, Aubl. * Involucrum 2-partitum, ſæpè magnum, complectens flores plurimos aggregatos ſuprà receptaculum paleaceum, & ſquamis ſeu calice communi polyphyllo aut multipartito cinctos. Calix proprius minimus 5-dentatus. Corolla parva ſubinfundibuliformis 5-loba. Antheræ 5 ſubſeſſiles non exſertæ. Bacca minima ovata, apice glanduloſa, fœta 2 nucibus 1-ſpermis, hìnc planis, indè convexis. *Frutices aut herbæ ſublignoſæ; capitula ſæpè terminalia. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 60-63. An congener* Carapichea *ejuſd. t. 64 cui involucrum exterius 2-phyllum, interius 2-phyllum, ſtamina exſerta, fructus capſularis, cætera ſimilia, habitus T. violaceæ. Affines etiam* Morinda muſcoſa *Jacq. Amer. t. 45, & frutex Commerſonii Mauritianus*

cujus flores globoſo-capitati, involucro cymbiformi diphyllo cinđi, longè pedunculati axillares.

MORINDA, V. L. * ROYOC, Pl. * *Royoc.* Flores in globum densè collecti ſuprà receptaculum (nudum?) ſphæriceum. Calix proprius vix 5-dentatus. Corolla tubuloſa ſubinfundibuliformis 5-fida patens. Antheræ lineares ſubſeſſiles. Bacca angulata, ab adjacentibus undique compreſſa, apice retuſa umbilicata, 2-ſperma ſeminibus hinc planis, indè convexis. *Arbores aut frutices; capitula ſæpiùs axillaria aut oppoſitifolia. Receptaculum fortè paleaceum deciduo palearum apice. Congener* Pada-vara *Rheed. Mal. 7. t. 27.*

NAUCLEA, L. * Flores in globum densè collecti ſuprà receptaculum ſphæriceum villoſum. Singulis calix ſubinteger aut vix 5-dentatus. Corolla tubuloſa gracilis 5-fida. Antheræ 5 in fauce ſubſeſſiles vix exſertæ. Stigma craſſiuſculum. Capſula ſub3-gona, ab adjacentibus undique compreſſa, 2-locularis 2-ſperma non dehiſcens. *Arbor; capitula terminalia aut axillaria, longè pedunculata; pedunculi medio 2-4-ſquamuloſi. Hujus congener* Funis uncatus *Rumph. Amb. 5. t. 34, ut &* Ourouparia *Aubl. Guyan. t. 68. cui prætereà ſæpiùs ſpinæ aduncæ oppoſitæ, foliis decuſſatim interpoſitæ.*

CEPHALANTHUS, L. * PLATANOCEPHALUS, V. * *Céphalante, Bois à boutons.* Flores ut in Naucleâ globoſo-capitati, receptaculo villoſo. Singulis calix angulatus 4-fidus. Corolla tubuloſa gracilis 4-fida. Stamina 4 brevia, parùm exſerta. Stigma globoſum. Semen *1 ex Linn.* angulatum lanuginoſum, aut *ex DD. Adanſ. & Lamark* capſula 2-locularis 2-ſperma. *Cætera ut in Naucleâ.*

XI. Genera Rubiacea fructu nondùm ſatis determinato.

SERISSA, Commerſ. * Calix 4-5-fidus. Corolla brevis 4-5-fida. Antheræ 4-5 ſeſſiles. Germen inferum; ſtylus 2-fidus. Fructus... *Frutex, idem cum* Spermacoce fruticosâ HRP. *&* Lycio fœtido LS.; *folia Myrtoïdea, vagina ciliatâ inferiùs juncta; flores minimi axillares.*

PAGAMEA, Aubl. * Calix turbinatus 4-dentatus. Corolla tubo brevi, limbo 4-lobo villoſo. Antheræ 4 ſeſſiles non exſertæ. Germen ſemiinferum; ſtylus à baſi 2-fidus. Bacca calici immerſa 2-locularis, fœta 2 oſſiculis itidem 2-locularibus 2-ſpermis, uno nonnunquàm abortivo. *Frutex; ſtipulæ vaginantes; flores laxè ſpicati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 44. An oſſicula verè 2-locularia?*

FARAMEA, Aubl. Calix turbinatus 4-dentatus. Corolla tubuloſa, limbo 4-fido. Stamina 4 non exſerta. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 2-lobum. Fructus 2-locularis... *Frutices; ſtipulæ foliis interpoſitæ; pedunculi terminales multiflori. Character ex Aubl. Guyan. t. 40.*

HYDROPHYLAX, LS. * Calix 4-fidus, laciniis oblongis marginatis perſiſtentibus. Corolla infundibuliformis fauce barbatâ, limbo angulato 4-lobo. Stamina 4 exſerta, ſummo tubo infixa. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Fructus oblongus 1-ſpermus non dehiſcens, 4-angularis aut angulis 2 obliteratis anceps; ſemen lineare convolutum. *Herba facie Arenariæ rubræ, repens articulata oppoſitifolia, articulis vaginatis; flores ſæpè axillares. Character ex Linn. Suppl. Genus recognoſcendum, praecipuè in fructu.*

Obs. Rubiacearum deſignatio facilis: nondùm floridæ dignoſcuntur foliis herbarum verticillatis, aut fruticum ſæpè oppoſitifoliis ſtipulâ vel vaginâ mediante; florentes exhibent corollam monopetalam epigynam definitè ſtaminiferam antheris diſtinctis; in fructiferis herbaceis fructus extat ſæpè didymus diſpermus; in fructiferis arboreis aut fruteſcentibus fructus ſæpè bilocularis bi aut polyſpermus, rariùs multilocularis; in omnibus periſpermum ſeminis corneum. Ordo plurima complectens genera, dividendus facilè non ratione numeri ſtaminum, ſed ratione fructûs didymi in Rubiâ, in Coffeâ diſpermi, polyſpermi in Cinchonâ, multilocularis in Guettardâ. Hìnc ſeminibus quaſi nudis Dipſaceas, indè faciliùs toto habitu Caprifolia contingit vix ab iis diſtinctus. Umbelliferis etiam accedit periſpermo ferè conſimili & fructu quorumdam diſpermo nudo & corollâ Phyllidis 5-partitâ quaſi 5-petalâ, & ejuſdem axi inter ſemina centrali. An genera quædam ut Virecta, Bellonia &c. verè uniiocularia polyſperma & omnimodè Rubiacea? An Richardia verè triſperma? An ordini adjicienda Amaïoa Aubl. cujus habitus omninò Rubiaceus, fructus bilocularis polyſpermus, ſed flos nondùm obſervatus, & Strumpfia Jacq. L. habitu ſimilis ſed pentapetala antheris connatis ac baccata monoſperma?

ORDO III.

CAPRIFOLIA, *LES CHEVREFEUILLES.*

GEISSBLATT FAMILIE.

CALIX monophyllus ſuperus, ſæpè baſi caliculatus aut bibracteatus. Corolla in plurimis monopetala regularis aut irregularis, in paucis polypetala petalis baſi latâ junctis. Stamina definita, ſæpiùs quinque, in monopetalis epipetala alterna, in polypetalis nunc epigyna corollæ alternantia, nunc medio petalo affixa. Germen inferum; ſtylus ſæpè unicus, interdùm nullus; ſtigma unicum aut rariùs triplex. Fructus inferus, baccatus aut quandoque capſularis, uni aut multilocularis, loculis mono aut polyſpermis. Corculum ſeminis in cavitate ſupernâ parvâ periſpermi ſolidi magni. Caulis fruteſcens arboreuſve, rarò herbaceus. Folia in plurimis oppoſita, in paucis alterna; ſtipulæ nullæ foliis interjectæ.

I. Calix caliculatus, aut bracteatus. Stylus unicus. Corrolla monopetala.

LINNÆA, Gron. L. * CAMPANULA, T. * Calix 5-fidus, caliculo 4-partito inæquali hiſpido. Corolla turbinata ſubcampanulata 5-loba. Stamina 4 didynama. Stigma globoſum. Bacca minima ovata ſicca caliculo cincta, 3-locularis loculis 2-ſpermis. *Herbâ repens ſempervirens oppoſitifolia; ſurculi erecti, apice nudi & 2-flori. An fructus verè 3-locularis?*

TRIOSTEUM, L. * Calix 5-fidus, laciniis lanceolatis perſiſtentibus, baſi bracteatus. Corolla vix calice longior, tubuloſa 5-loba inæqualis. Stamina 5 non exſerta. Stigma craſſiuſculum. Bacca coronata obovata 3-locularis 3-ſperma. *Herbae erectae; foliorum petioli infrà juncti; flores plurimi axillares ſeſſiles.*

OVIEDA, L. * VALDIA, Pl. * Calix campanulatus patens 5-fidus perſiſtens, baſi bracteatus. Corolla tubo longiſſimo gracili ſuprà dilatato, limbo brevi 5-lobo ſubæquali. Stamina 4 longiſſima exſerta. Stigma 2-fidum. Bacca (infera?) globoſa 2-ſperma. *Character ex Linnaeo. Frutices foliis oppoſitis, dentato-ſpinoſis aut inermibus; pedunculi multiflori, in ſpecie inermi axillares, in ſpinoſâ densè & oppoſitè corymboſi terminales. Germen inferum ex Linnaeo; an potiùs ſuperum & indè major cum Viticibus & Volkameriâ affinitas? Germen vere ſuperum, & ideò genus viticibus conterminum.*

SYMPHORICARPOS, Dill. * LONICERA, L. * Lonizere. Calix parvus 4-dentatus, baſi bracteolatus. Corolla tubuloſa brevis 5-fida ſubæqualis. Stamina 5 brevia, vix exſerta. Stigma globoſum. Bacca coronata ovata parva 4-locularis 4-ſperma, loculis interdùm 2 abortivis. *Frutex; pedunculi densè multiflori axillares; flores minimi. Hìc ſiſtenda* Lonicera Symphoricarpos *Lin.; caeterae ejuſdem ſpecies in diſtinctis generibus infrà memoratae. Ad Rubiaceas repellendae* L. corymboſa *Ixorae fortè congener, &* L. bubalina LS. *Patabeae proxima.*

DIERVILLA, T. * LONICERA, L. * Calix oblongus 5-fidus baſi bracteatus. Corolla duplò longior infundibuliformis 5-fida patens. Stamina 5 exſerta. Stigma capitatum. Capſula oblonga acuta non coronata, 4-locularis polyſperma ſeminibus minutis. *Frutex; pedunculi multiflori axillares & terminales. Hùc* Lonicera Diervilla L.

XYLOSTEON, T. * CHAMÆCERASUS, T. * LONICERA, L. * *Camériſier.* Flores duo eidem pedicello inſidentes. Calix ſingulis 5-dentatus, baſi bracteatus, alteri proximus aut eidem omninò adnatus. Corolla infundibuliformis aut campanulata, 5-fida aut 5-loba ſubæqualis *in Xyloſteo T.*, irregularis 2-labiata *in Chamaeceraſo T.* Stamina 5 extrà tubum prominentia. Stigma craſſiuſculum. Calicibus junctis baccæ 2 baſi connatæ 2-loculares polyſpermæ, aut coadunatæ in unicam ſuprà 2-umbilicatam. *Frutices erecti; pedunculi 2-flori axillares ſolitarii. Hùc referendae Lonicerae 7-12 Linnaei ſyſt. ed. 14.*

CAPRIFOLIUM, T. * PERICLYMENUM, T. * LONICERA, L. * *Chevrefeuille.* Calix 5-dentatus baſi bracteatus. Corolla tubuloſa longa 5-fida, ſubæqualis *in Periclymeno T.*, irregularis 2-labiata *in Caprifolio T.* Stamina 5 corollæ æqualia. Stigma globoſum. Bacca 3-locularis polyſperma. *Frutices caule volubili; folia quo-*

rumdam baſi connata; flores ſeſſiles, capitati terminales, aut verticillati axillares verticillis 6-floris. Hùc referendae Lonicerae 1-6 Linn. ſyſt.

II. Calix caliculatus aut bracteatus. Stylus unicus. Corolla ſubpolypetala.

LORANTHUS, L. * LONICERA, Pl. * Calix ſubinteger, baſi cinctus caliculo ſubſimili. Corolla 6-partita aut 6-petala, petalis baſi conniventibus & interdùm ſubcoalitis, apice divaricatis. Stamina 6, petalis oppoſita & iiſdem versùs apicem inſerta. Stigma obtuſum. Bacca non coronata, 1-ſperma; ſeminis apex *ex Jacq.* tectus glutine radiculam intùs productam obvolvente. *Caracter ex Linnaeo. Frutices plurimi paraſitici; folia pleriſque craſſiuſcula, ſaepè oppoſita, nonnunquàm alterna; flores axillares aut rariùs terminales, corymboſi aut ſpicati aut pedicellis 1-floris inſidentes, quidam 5-petali 5-andri, quidam verè 1-petali petalis infrà coalitis, in* L. Europæo *dioïci. Ex Jacq. antherae 3 alternae in* L. unifloro *effœtae, in* L. pedunculato *apice 2-appendiculatae & ſaepè ſteriles. Hujus congeneres* Itti-canni *Rheed. Mal. 10. t. 3-5. An genus dividendum ratione numeri ſtaminum, ſpeciebus 6-andris reſtituendum* Loniceræ *nomen perperàm immutatum, & Lorantho adjiciendae ſpecies 5-andrae? His accedit* Glutago *Commerſ. frutex paraſiticus, idem fortè cum* L. ſpicato L., *cui ex Autore calix vix 5-dentatus baſi 2-appendiculatus, corolla primò tubuloſa, deìn latere fiſſa & in ligulam expanſa planam (indè Scaevolae ſimilis) apice 5-fidam 5-andram laciniis antheriferis revolutis, bacca intùs glutinoſa 1-ſperma, caetera ſimilia.*

VISCUM, T. L. * *Gui.* Miſtel. Dioïcum. Calix margine integro vix prominulo. Petala 4 (calix *ex Linn.*) parva baſi latiore juncta. MASC. Antheræ ſeſſiles, mediis petalis inſertæ. FŒM. Germen inferum, apice marginatum; ſtylus minimus; ſtigma capitatum. Bacca parva non coronata, 1-ſperma. *Frutices aut ſuffrutices paraſitici; quidam aphylli ramis compreſſis quaſi articulatis, ut in* V. opuntioïde L. *& in* V. tænioïde *Commerſ. cujus articuli breviores creberrimi; caeterorum folia oppoſita craſſiuſcula; rariſſimè alterna; flores axillares, ſubſeſſiles aut ſpicati, bacca quorumdam intùs glutinoſa. Corollae praeſentia ex ſtaminum ſitu & generum confinium analogiâ concluditur.*

RHIZOPHORA, L. * MANGLES, Pl. * *Manglier, Palétuvier.* Wurzelbaum. Calix 4-12-fidus, baſi 2-bracteatus. Petala 4-12, plana aut conduplicata, baſi lata, laciniis calicinis alterna. Stamina totidem aut dupla, petalorum unguibus ſeorsìm aut conjugatìm inſerta. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Fructus inferus aut ſemiinferus, 1-locularis 1-ſpermus capſu-

laris, primò clauſus, deìn ad apicem foratus, ſemine intùs germinationem inchoante & radiculâ ruptis involucris ultrà modum productâ in clavum longiſſimum. *Arbuſculae maritimae ramis multotiès radicantibus latè protenſae; rami ſaepè oppoſiti; folia in plurimis oppoſita, integra & coriacea, juniora revoluta & more Ficûs bracteata bracteis caducis; pedunculi axillares aut terminales, ſaepè dichotomi & biflori, in dichotomiis articulati & 2-bracteati; fructus cernui. Caracter ſpecierum varius: in* R. Gymnorhizâ *calix 10-12-fidus, petala ſeu ſquamulae 10-12 conduplicatae quaſi 2-valves, ſingulae intùs 2-andrae, delineante Rheedio 6. t. 31. & obſervante D Bruguieres. in* R. Mangle *calix 4-fidus, petala 4 intùs villoſa plana, ſingula 2-antherifera. Fructus (idem cum calicis diſco) in plurimis intrà lacinias calicinas prominulus & ſemiſuperus, in paucis omninò inferus. Peculiaris omnium germinatio: ſeminis maturi radicula intùs jam germinans elongatur in clavum mox aperto fructu exertum, qui infrà calicis ſeu fructui immerſus calyptrâque propriâ interiore obvolutus, ſuprà nudus, nutatione pendulus, lapſu calyptram cum calice deferens, in limo rectà defigitur; habituque inverſo dùm clavi radicatur aduncus apex (Rumph. 3. t. 72.) deſidens humi, baſis denutata & aſcendens gemino ſtipata cotyledone parvo & mox deciduo in caulem ſuperiùs producitur. Caracter ex ſiccis quarumdam ſpeciminibus. Hìnc diſtrahenda* R. caſeolaris L. *Sonneratiae inter Myrtos affinior.*

III. Calix bracteatus. Stylus nullus; ſtigmata tria. Corolla monopetala.

VIBURNUM, T. L. * TINUS, T. * OPULUS, T. * *Viorne*, *Mancienne*, *Obier*, *Laurier-Tin.* Schneeballen. Calix parvus 5-fidus, baſi bracteolatus. Corolla parva campanulata 5-fida. Stamina 5, ejuſdem laciniis alterna. Stylus 0; ſtigmata 3. Bacca 1-ſperma, coronata *in Tino T.*, in cæteris nuda. *Frutices; folia oppoſita, baſi nuda; flores umbellato-corymboſi terminales, in* Tino & Viburno T. *hermaphroditi omnes, in* Opulo T. *marginales neutri difformes & multò majores.*

HORTENSIA, Commerſ. * Calix 5-partitus magnus corollæformis (corolla *Commerſ.*), laciniis ovatis unguiculatis perſiſtentibus. Corolla 5-partita minima (nectarium *Commerſ.*) laciniis ſquamiformibus. Stamina 10, corollâ pauló longiora, caduca; antheræ ſubrotundæ. Germen...; ſtyli 3 breviſſimi mammillares; ſtigmata... Fructus... *Frutex coronarius caeſpitoſus, Opuli facie; folia oppoſita nuda; flores corymboſi terminales numeroſi magni, Opulinis neutris extùs ſimiles pariterque in hortis*

neutri. Vernaculè dicta Roſe du Japon, *in picturis Japonicis & Sinenſibus ſaepè repraeſentatur. Caracter ex Commerſ.*

SAMBUCUS, T. L. * *Sureau*, *Yeble.* Hollunder. Calix parvus 5-fidus. Corolla rotata urceolaris 5-loba. Stamina 5, lobis alterna. Stylus 0; ſtigmata 3. Bacca ſubrotunda 3-ſperma, vix coronata. *Frutices aut arbuſculae; folia oppoſita, impari-pinnata aut bipinnata, in paucis 2-ſtipulacea, in plurimis baſi 2-glanduloſa glandulis ſtipitatis; flores umbellato-corymboſi terminales.*

IV. Calix ſimplex. Stylus unicus. Corolla polypetala.

CORNUS, T. L. * *Cornouiller.* Härtern. Calix 4-dentatus. Petala 4 parva, baſi latiora. Stamina 4 iiſdem alterna; antheræ incumbentes. Stylus 1; ſtigma 1. Drupa parva, non coronata, fœta nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbuſculæ aut frutices; folia oppoſita baſi nuda, in unicâ ſpecie alterna; flores in aliis corymboſi terminales foliis tardiores, in aliis præcociores umbellati aut capitati involucro communi 4-phyllo, interdùm magno colorato. Corculum ſeminis longum, periſpermo carnoſo involutum. Cornus maſcula. v. Batſch Anal. Flor. P. I. n. 15. ſ. 75-78.*

HEDERA, T. L. * *Lierre.* Epheu. Calix 5-dentatus dentibus deciduis. Petala 5, baſi lata. Stamina 5, iiſdem alterna; antheræ incumbentes baſi 2-fidæ. Germen ſemiimmerſum calici; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca globoſa 5-ſperma, limbo calicino latè coronata & intrà coronam prominula. *Frutices ſarmentoſi ramis muros & arbores ſcandentibus, paſſim radicantibus; folia alterna ſempervirentia, petioli baſi dilatatâ; flores umbellati terminales, involucro minimo multidentato; ſemina quædam ſæpè abortiva; corculum ſeminis longum, radiculâ gracili aſſurgente, intrà periſpermum carnoſum ſolidum.* H. quinquefolia L. *ad Vites repellenda.*

Obs. Quadruplex ordinis ſectio ab invicem diſſimilis, in quadruplici forſan ordine poſthàc diſtribuenda. Caprifolia vera Rubiaceis affiniora iiſdem ſubjiciuntur; non tamen in iis certò conſtat exiſtentia periſpermi. Illud in integro ordine carnoſum corculo oblongo aſſurgenti circumpoſitum dicitur ab Adanſonio: ſic in Corno habetur; an & tale in Caprifolio? Diverſum certè in Viburno & Trioſteo quorum corculum, ut in Umbelliferis minimum, latet in ſupernâ periſpermi ſolidi magni cavitate; nondùm innotuit in Loranthis quorum germinatio intrà fructum ſæpè inchoatur. Nec tantùm ſemine diſcrepant memoratæ ſectiones: corolla Viburni & Caprifolii monopetala, ſed hujus ſtigma ſimplex, illius multiplex ut in Umbelliferis: Rhizophora & Cornus utraque polypetala, ſed ſtamina petalis oppoſita Rhizophoram abundè ſecernunt tùm à Corno, tùm & à

Caprifolio & Viburno in quibus organa ſuprà dicta alternantur. An ſectiones polypetalæ, indè claſſibus ſequentibus affiniores, ad eaſdem repellendæ non obſtante ſtaminum epigyniâ in perigyniam ſuperam facilè immutandâ, dùm ſtamina ſcilicet inſerta puncto quo calix ſuperus à germine diſcedit, mixtam ex piſtillo & calice ducunt originem? An potiùs corollæ polypetalæ pro monopetalis profundè partitis rectiùs habendæ, cum petala baſi latiora ſimul decidant in Corno & in quibuſdam Loranthis certò coaleſcant. Præterea Loranthus Caprifolio, Cornus Viburno extùs ſimiles, ab his procul dimoveri nequeunt, & Polypetalas annectunt Monopetalis, mediante præprimìs Hederâ quæ umbelliflora & alternifolia hìnc Cornis umbellatis & alternifoliis accedit, indè plurimùm convenit Araliis ſubſequentibus ſolo diſcrepans ſtylo ſimplici & fortè corculo majore.

CLASSIS XII.

PLANTÆ DICOTYLEDONES POLYPETALÆ.

STAMINA EPIGYNA.

CALIX monophyllus ſuperus. Corolla polypetala, petalis definitis, impoſitis piſtillo ſeu limbo glandulæ germen obtegentis. Stamina definita, diſtincta, ibidem inſerta, totidem quot petala & iiſdem alterna. Germen inferum ſimplex; ſtyli plures definiti; ſtigmata totidem. Semina totidem nuda, aut rariùs incluſa pericarpio loculis totidem diſtincto. Corculum minimum oblongum in apice periſpermi lignei. Flores umbellati (indè *Umbelliferi* dicti), id eſt, innixi pedicellis pluribus unifloris ex eodem puncto productis. Umbella nuda aut cincta involucro polyphyllo, nunc ſimplex, nunc compoſita ex umbellulis ſeu umbellis minoribus, nudis aut involucello cinctis.

Obs. Ex ſtaminum epigyniâ concluduntur germen inferum ſimplex, calix ſuperus ac monophyllus, definitus ſtaminum numerus, corolla non ſtaminifera ideòque, dùm adeſt, plerumque polypetala, petala ſimiliter epigyna ac ſæpiùs ſtaminibus numero æqualia & alterna.

Umbelliferarum

Umbelliferarum ſeries apprimè naturalis, omnibus accepta; caracter generalis ſimplex ac facilis, difficilis generum diſtinctio ac diſtributio. Seminum forma, involucrorum præſentia aut defectus, petalorum color, florum diſpoſitio, diverſa methodicis Autoribus ſigna præbuêre diviſionum quibus ad nutum uſi ſunt. Singulis ſua laus debetur, ſed nondùm placita Umbelliferarum fuit inſtituta methodus: tantæ molis eſt genera ordinum verè naturalium ſedulò diſtinguere, ſuiſque locis aptè diſponere. Uſquedùm igitur nova prodeat methodus cæteris nitidior ac ſincerior, ſtandum diſtributioni Artedianæ ab involucris mutuatæ licèt in pluribus infidæ, ſervandaque Linnæi nomina & ſigna generica huic accommodata, quorum plura ſubindè mutabuntur, adjectis novis obſervationibus. Satìs ſit Aralias ab Umbelliferis veris, ſeu ſemina pericarpio incluſa à nudis nunc ſeparari. Ex ſupràdictis p. 215 Araliæ ab Hederâ & Corno inter Caprifolia recenſitis diſcrepant ſtylo multiplici; affines Sambuco utpotè ſimiliter baccatæ polyſtylæ & polyſpermæ, diſtinguuntur tantùm corollâ polypetalâ, foliis alternis & perfectioribus umbellis; plurimis etiam Rubiaceas attingunt ſignis p. 210. Rectè igitur memoratos ſubſequuntur ordines, in Polypetalarum fronte conſtitutæ & Monopetalis proximæ.

ORDO I.

ARALIÆ, *LES ARALIES.*

CALIX margine integer aut dentatus. Petala & ſtamina definita. Styli & ſtigmata plura. Fructus baccatus aut rariùs capſularis, multilocularis loculis numero ſtylorum, monoſpermis. Caulis arboreus aut fruteſcens aut herbaceus. Folia alterna, ſæpè compoſita, petiolo infrà vaginante; flores umbellati, involucrati aut rariùs nudi.

GASTONIA, Commerſ. * Calix margine elevato integro. Petala 6 baſi lata, rariùs 5. Stamina 12, rariùs 10, ad petalum quodlibet binata breviora. Styli 10-12, minimi baſi juncti; ſtigmata 10-12. Capſula... 10-12-locularis. *Arbores; folia craſſiuſcula impari-pinnata foliolis 2-3-jugis, impari interdùm deficiente aut caduco; flores racemoſo-umbellati & umbellulati numeroſiſſimi, involucris & involucellis nullis, interdùm in arbore vetuſtâ 5-petali 15-andri, in juniore 10-petali 10-andri. Character ex Commerſ. qui fructum immaturum vidit. Nomen Borbonienſibus vernaculum* Bois d'éponge *à cortice arborum ſpongioſo. Gaſtonia à Gaſtone Principe Ludovici XIII fratre, Botanices & Moriſonii Patrono, horti Bleſenſis conditore, qui primus initiandam curavit univerſam Hiſtoriæ naturalis Ichniographiam, dein Regiis auſpiciis & ſumptibus etiam nunc continuatam in Muſæo Regio.*

POLYSCIAS, Forſt. * Calix 5-8-denticulatus. Petala ſæpè 8, rariùs 5-7, patentia. Stamina totidem, antheris 4-ſulcis. Styli 0; ſtigmata ſæpè 4, rariùs 3-5. Bacca globoſa, coronata calice & ſtigmatibus, ſæpè 4-locularis; ſemina 3-quetra. *Arbor?... folia pinnata; umbella maxima verticillato-prolifera, umbellulis terminalibus multiradiatis planis (involucris nullis?). Character ex Forſt. Auſtr. t. 32. Confer cum Gaſtoniâ.*

ARALIA, T. L. * *Aralie.* Calix 5-dentatus. Petala 5. Stamina 5. Styli & ſtigmata 5. Bacca coronata 5-locularis. *Arbores aut frutices aut herbæ; folia 1-2-3-pinnata, rariùs ſimplicia; flores umbellati & umbellulati involucrati.* A. arborea L. *1-ſtyla ideò Hederæ affinior ex D. Lamark; an &* A. racemoſa *pariter 1-ſtyla ſed ſtigmate diviſo. Confer cum Gaſtoniâ* A. capitatam *Jacq. t. 61 &* A. palmatam *Lamark 8-12-locularem quæ* folium Polypi *Rumph. 4. t. 43., cum Cuſſoniâ* A. umbelliferam *ejuſd. ſeu* Pſeudo-ſantalum *Rumph. 2. t. 12., cum Aquiliciâ* Nalugu *Rheed. Mal. 2. t. 26 à Linnæo* A. chinenſi *adjectum.*

CUSSONIA, LS. * Calix margine dilatatus 5-dentatus. Petala 5 trigona. Stamina 5. Styli 2. Fructus 2-locularis 2-coccus margine coronatus. *Frutices; folia digitata; flores ſpicati aut racemoſo-umbellati. Character ex L. Suppl. Genus vix à Panace diſtinctum cui, ſi ſervetur, referendæ Panaces fruteſcentes Linn. & L. Suppl.,* P. undulata *Aubl. Guyan. t. 360, &* Unjala *Rheed. Mal. 7. t. 28. licèt à Rheedio 1-ſperma dicta, & fortè* Aralia umbellifera *Lamark. Confer Sciudaphyllum Brown. Jam. p 190. t. 19. f. 1. 2.*

PANAX, L. * ARALIASTRUM, V. * *Gin-ſeng.* Calix 5-dentatus. Petala 5. Stamina 5. Styli 2. Bacca cordata umbilicata 2-locularis. Flores in diſtinctâ plantâ maſculi calice non dentato. *Herbæ, caulis ſimplex, medio verticillatim 3-phyllus, apice 1-umbelliferus; folia digitata; umbellula involucrata; flores interdùm ex Bern. Juſſæo 3-ſtyli 3-ſpermi. Confer Cuſſoniam & ſpecies adjectas.*

Obs. Araliæ Umbelliferis naturali nexu conſociatæ, diſcrepant ſeminibus in pericarpio reconditis, non nudis; Corno & Hederæ affines, ſtylo multiplici diſtinguuntur.

ORDO II.

UMBELLIFERÆ, *LES OMBELLIFERES.*

UMBELLATÆ. SCHIRMPFLANTZEN.

CALIX integer aut quinquedentatus. Petala quinque. Stamina quinque. Styli & ſtigmata duo. Fructus bipartibilis ſectione perpendiculari in ſemina duo, formâ varia, ſuperiùs propendentia ex axe centrali filiformi ſæpè bipartito. Flores diſpoſiti in umbellulas, & umbellulæ ſæpiùs in umbellas, utraſque involucratas aut nudas, in plurimis regulares, in paucis anomalas. Caulis ſæpè herbaceus, raró fruteſcens. Folia alterna, petiolo vaginante, ſimplicia aut ſæpiùs compoſita & pluriès diviſa. Florum color in plurimis albus aut interdùm purpuraſcens, in paucis luteus. *Lagoëcia monoſtyla & monoſperma.*

I. Umbelliferæ veræ. Umbellæ & umbellulæ ſæpiùs nudæ.

ÆGOPODIUM, L. * ANGELICA, T. * *Podagraire.* Geiſsfuſs. Calix integer. Petala ovata inflexa. Fructus ovato-oblongus ſtriatus. *Folia inferiora biternata, caulina ternata, ſuperiora ſuboppoſita. Pimpinellæ congener ex D. Lamark.*

PIMPINELLA, L. * TRAGOSELINUM, T. * *Boucage.* Pimpinell. Calix integer. Petala inflexo-cordata ſubæqualia. Stigmata ſubgloboſa. Fructus ovato-oblongus. *Folia pinnata, umbellæ antè*

floreſcentiam nutantes. Involucellum P. Aniſi *3-phyllum dimidiatum.* P. dioïcæ *planta altera maſcula*, *altera fœminea aut ſæpè hermaphrodita. An reſtituendum Tragoſelini nomen?*

CARUM, L. * CARVI, T. * *Carvi.* Feldkümmel. Calix integer. Petala carinata inflexo-emarginata inæqualia. Fructus ovato-oblongus ſtriatus. *Involucrum 1-phyllum. Floſculi quidam centrales abortivi. Semen 5-jugatum 4-ſulcum.*

APIUM, T. L. * *Perſil*, *Ache.* Eppich. Calix integer. Petala ſubrotunda inflexa æqualia. Fructus ovatus ſtriatus. *Flores luteſcentes*; *involucrum 0 aut 1-phyllum laterale*; *involucellum in* A. Petroſelino *minutum*, *3-phyllum*, *dimidiatum ſeu foliolis ſecundis.*

ANETHUM, T. L. * FŒNICULUM, T. * *Anet*, *Fenouil.* Würzdolde. Calix integer. Petala integra involuta. Fructus ſubovatus compreſſus ſtriatus. *Flores lutei*; *folia multifida. Semen 5-jugatum*, *jugis marginalibus* Anethi T. *membranaceis*, Fœniculi T. *nudis.*

SMYRNIUM, T. L. * *Maceron.* Calix integer. Petala acuminata, carinata ſubinflexa. Fructus ſubovatus ſtriatus. *Flores lutei*; *folia caulina ſimplicia aut ternata*; *floſculi centrales in quibuſdam abortivi. Semen dorſo 3-jugatum*, *lateribus contractum*, *jugis marginalibus conniventibus.*

PASTINACA, T. L. * *Panais.* Paſtinak. Calix integer. Petala integra involuta. Fructus compreſſo-planus ellipticus. *Flores lutei*; *folia pinnata.* P. opopanax *involucrata & involucellata ex D. Gouan*, *fortè Laſerpitio congener.* P. oleracea *interdùm involucellata. Juga ſeminis marginalia ſubalata*, *dorſalia ſubnulla ex Cuſſonio.*

THAPSIA, T. L. * *Thapſie.* Calix integer. Petala lanceolata incurva. Fructus oblongus membranâ longitudinali cinctus. *Flores lutei*; *folia 2-3-pinnata. Juga ſeminis compreſſi lateralia ſecundaria alata*, *cætera ſubnulla ex Cuſſ.*; *indè Laſerpitio adjicienda* T. aſclepium L. *cui juga 4 ſecundaria alata*, *& flores albi.* T. trifoliatam L. *jugis 5 primariis alatis inſtructam generico* Cnidii *nomine diſtinguit Cuſſonius*, *ex ipſo propterea congenerem* Selino Monnieri, *licèt non involucratam.*

II. Umbelliferæ veræ. Umbellæ nudæ; umbellulæ involucellatæ.

SESELI, L. * FŒNICULUM, T. * *Seſeli.* Seſel. Calix integer. Petala inflexo-cordata. Fructus ovatus parvus ſtriatus. Umbellulæ breves globoſæ. *Folia 1-2-pinnata linearia*; *involucellum aliis 1-3-phyllum minimum*, *aliis polyphyllum majus*, *in* S. Hip-

pomarathro *baſi ſubcoalitum*; *umbella ſæpè rigidula*, *in* S. Turbith *foliolo involucrata.*

IMPERATORIA, T. L. * *Impératoire.* Meiſterwurz. Calix integer. Petala inflexo-emarginata ſubæqualia. Fructus ſubrotundus compreſſus, medio gibbus, margine cinctus. *Folia ternata*, *floralia ſuboppoſita*; *involucellum 1-2-phyllum minimum. Juga ſeminis compreſſi 2 marginalia alata*, 3 *dorſalia nuda ex Cuſſ.*

CHÆROPHYLLUM, T. L. * MIRRHIS, T. * *Cerfeuil.* Kälberkern. Calix integer. Petala inflexo-cordata, exteriora paulò majora. Fructus oblongus lævis. *Involucellum ſæpè ſub5-phyllum foliolis concavis reflexis*, *rariùs 7-9-phyllum ut in* C. coloiato L. *ſeu* Linderâ *Adanſ.*; *floſculi centrales plerumque abortivi*, *fertiles in* C. arboreſcente L.

SCANDIX, T. L. * MYRRHIS, T. * CHÆROPHYLLUM, T. * Kerbel. Calix integer. Petala inflexo-emarginata, extimo majore. Fructus oblongus ſubulatus. *Involucellum ſæpè 5-phyllum*, *quandoque 2-3-7-phyllum*; *floſculi centrales interdùm abortivi*; *ſemina aſpera aut glabra*, *in* S. odoratâ *majora 5-coſtata*, *in* Scandice T. *5-lineata & ſuperiùs longè roſtrata. An genus dividendum*, *reſtituendaque Tournefortiana nomina?*

CORIANDRUM, T. L. * *Coriandre.* Coriander. Calix 5-dentatus. Petala inflexo-cordata, in diſco æqualia, in radio inæqualia extimis omninò aut partìm majoribus. Fructus extùs teſtaceus, in *C. ſativo* ſphæriceus, in *C. teſticulato* didymus aut dicoccus. *Huic involucellum nullum*, *illi 3-phyllum dimidiatum*; *utrique involucrum unifolium*, *rarò nullum*, *& floſculi centrales abortivi*, *& odor gravis.*

ÆTHUSA, L. * CICUTA, T. * MEUM, T. * Gleiſſe. Calix integer. Petala inflexo-cordata inæqualia. Fructus ovato-ſubrotundus ſtriatus. *Umbellulæ interiores breviores*; Mei T. *folia 2-3-pinnata tenuiſſimè diſſecta*; *ejuſdem involucrum 1-2-phyllum longum dimidiatum. Semina 5-jugata 4-ſulca*, *in* Æ. Cynapio *brevia ſubovata*, *in* Æ. Bunio *longiora & rariora*, *in* Meo T. *multò majora & qualia in Liguſtico: an indè genus reformandum?*

CICUTARIA, Riv. Lamark. * CICUTA, L. * ANGELICA, T. * Schierling. Calix integer. Petala ovata inflexa ſubæqualia. Fructus ſubovatus ſulcatus. *Umbellulæ æquales & involucello polyphyllo breviores in* C. viroſâ, *inæquales eodem longiores in aliis*; *ſemina 5-jugata 4 ſulca. Folia* C. bulbiferæ *graciliora multipartita interdùm oppoſita*, *& bulbuli axillares. Herbæ aquaticæ noxiæ.*

PHELLANDRIUM, T. L. * Roſsfenchel. Calix 5-dentatus. Petala cordato-inflexa. Fructus ovatus lævis, calicinis dentibus & ſtylis coronatus. *Involucellum 7-phyllum*, *centrales floſculi minores. Semina* P. mutellinæ *ſulcata*, P. aquatici *ſtriata*

aut lineata; hæc ſpecies 3-pinnatifolia aquatica noxia, illa in paſcuis montanis frequens innoxia aromatica 2-pinnatifolia.

III. Umbelliferæ veræ. Umbellæ & umbellulæ involucratæ.

ŒNANTHE, T. L. * Rebendolde. Calix 5-dentatus. Petala diſci inflexo-cordata ſubæqualia, radii maxima difformia. Fructus ſubovatus calice coronatus ſeſſilis. *Umbellæ pauciradiatæ; umbellulæ globoſæ floſculis ſæpè ſeſſilibus, in radio ſterilibus; involucra & involucella polyphylla. Herbae noxiae, plurimae aquaticae, quaedam radicibus tuberoſis ſuprà attenuatis, quaedam caule fiſtuloſo ſtriato. Involucrum o in* Œ. fiſtulosâ *&* Œ. crocatâ, *1-2-phyllum in* Œ. globulosâ. *Umbellulae radiales in* Œ. proliferâ *maſculae pedunculatae, centrales frugiferae ſeſſiles.*

GINGIDIUM, Forſt. * Calix 5-dentatus. Petala lanceolata, inflexo-cordata. Fructus calice coronatus ovatus, ſeminibus 4-ſtriatis. *Umbellae inaequales; umbellulae pauciflorae, floſculis diſci abortivis; involucrum utriſque 6-phyllum. Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 21*

CUMINUM, CB. L. * FŒNICULUM, T. * *Cumin.* Africanicher Kümmel. Calix integer. Petala inflexo-emarginata ſubæqualia. Fructus ovatus ſtriatus. *Umbellae & umbellulae ſaepè 4-partitae, involucro & involucello ſaepè 4-phyllis, foliolis interdùm 3-fidis. An calix 5-ariſtatus partìm perſiſtens? Semen 4 jugis ſecundariis aſperis inſtructum ex Cuſſ.*

BUBON, L. * APIUM, T. * FERULA, T. * Calix ſub5-dentatus. Petala lanceolata inflexa. Fructus ovatus ſtriatus villoſus. *Involucrum 5-phyllum; involucella polyphylla.* B. Galbani *fruteſcentis ſemen compreſſum marginatum, dorſo 3-jugatum & involucrum polyphyllum.*

SISON, L. * SIUM, T. * FŒNICULUM, T. * CARVI, T. * *Siſon.* Calix integer. Petala lanceolata inflexa. Fructus ovatus ſtriatus. *Umbella pauciradiata involucro 3-4-phyllo aut rariùs nullo; umbellulae pauciflorae graciles involucello ſub4-phyllo; ſemina 5-jugata 4-ſulcata; folia in aliis 3-pinnata aut multifida, in aliis ternata aut ſaepiùs pinnata, pinnulis* S. verticillati *in rachi verticillatis.*

SIUM, T. L. * SISARUM, T. * AMMI, T. * *Berle, Chervi.* Merk. Calix integer. Petala inflexo-cordata. Fructus ſubovatus ſtriatus. *Involucra & involucella polyphylla; folia ſaepè pinnata. Radices* Siſari T. *tuberoſae faſciculatae. Umbella* S. nodiflori *axillaris, ſaepè non involucrata. Herbae plurimae aquaticae.*

ANGELICA, T. L. * IMPERATORIA, T. * *Angélique.* Angelik. Calix ſub5-dentatus. Petala lanceolata incurva. Fructus

ſubrotundus angulatus ſolidus, ſtylis reflexis. *Umbella magna multiradiata patens, involucro 3-5-phyllo, rariùs unifolio, umbellulæ globoſæ, involucello 8-phyllo; folia ſæpè 2-pinnata magna. Semina dorſo 3-jugata, margine alata alis non marginalibus, ſed lateralibus ſecundariis ex Cuſſ.*

LIGUSTICUM, T. L. * CICUTARIA, T. *Livêche.* Liebſtöckel. Calix vix 5-dentatus. Petala involuta integra. Fructus oblongus, ſeminibus 5-jugatis 4-ſulcis. *Umbellæ & umbellulæ multiradiatæ; involucra ſæpè 7-phylla & involucella ſub4-phylla, utraque interdùm numero varia; folia ſaepè pluriès pinnata aut decompoſita.* L. alterum *Lob. à* L. Auſtriaco *ſecernit Cuſſonius generico* Phyſoſpermi *nomine, ex ipſo diſtinctum praecipuè tunicâ ſeminis geminâ extùs plicatâ & ſub plicis ab invicem disjunctâ interſtitio cavo.* L. Peloponenſis *ſemen alterum dorſo 3-jugatum, alterum 2-jugatum.*

LASERPITIUM, T. L. * ANGELICA, T. * LIGUSTICUM, T. * CACHRYS, T. * *Laſer.* Laſerkraut. Calix vix 5-dentatus. Petala inflexo-emarginata patentia. Fructus oblongus angulis 8 membranaceis. *Umbellae & umbellulae nultiradiatae, involucris & involucellis polyphyllis. Seminis juga 4 ſecundaria alata Laſerpitium deſignant ex Cuſſ., & quaſdam Linnaeanas ſpecies aliò depellunt. An generi rectè adjecit Linnaeus fil. Suppl.* Acyphyllam *Forſt. t. 68 diſtinctam calice 5-dentato perſiſtente, ſeminibus dorſo ſub3-gonis, umbellulis quibuſdam brevioribus, quibuſdam maſculis, involucris & involucellis 3-5-phyllis dimidiatis, foliis mucronatis? An cum Crantzio genere diſtinguendum* L. Siler L. *cui ſemen ſulcatum non alatum?*

HERACLEUM, L. * SPHONDYLIUM, T. * *Berce.* Heilkraut. Calix ſubinteger. Petala inflexo-emarginata, in diſco æqualia, in radio inæqualia exterioribus 2-fidis. Fructus ellipticus compreſſus apice emarginatus, margine membranaceus, 4-ſtriatus. *Umbellae & umbellulae multiradiatae; involucra polyphylla caduca, rariùs nulla; involucella 3-7-phylla extrorsùm longiora; floſculi centrales interdùm abortivi, radiales in* H. anguſtifolio *non difformes. Juga ſeminis 2 marginalia primaria alata ex Cuſſ.*

FERULA, T. L. * *Férule.* Steckenkraut. Calix integer. Petala oblonga ſubæqualia. Fructus ovalis compreſſus, ſeminibus dorſo 3-lineatis. *Umbellae & umbellulae globoſae multiradiatae, involucro caduco, involucello polyphyllo brevi; plures umbellae laterales ex unius terminalis pedunculo enatae; folia pluriès pinnata; caulis quarumdam altiſſimus.*

PEUCEDANUM, T. L. * ANGELICA, T. * OREOSELINUM, T. * Haarſtrang. Calix minimus 5-dentatus. Petala oblonga incurva æqualia. Fructus ovalis ſubcompreſſus, alâ cinctus, utrinque ſtriatus. *Involucra polyphylla, rariùs 1-5-phylla; invo-*

lucella polyphylla breviora; *flores luteſcentes. Juga ſeminis 2 marginalia alata*, *& indè congeneres* Athamantha cervaria & A. Oreoſelinum L. *ex Cuſſ.*

CACHRYS, T. L. * *Armarinte.* Calix integer. Petala lanceolata æqualia. Fructus magnus ſubovatus angulatus ſuberoſo-corticatus. *Flores lutei*; *umbellae & umbellulae multiradiatae*, *involucris & involucellis polyphyllis*, *interdùm ramoſis*; *ſeminum cortex fungoſus*, *laevis vix lineatus aut ſaepiùs aſper 5-coſtatus & 4-ſulcus.*

CRITHMUM, T. L. * *Bacille.* Meerfenchel. Calix integer. Petala ovata inflexa ſubæqualia. Fructus ovalis compreſſus ſtriatus. *Umbellae & umbellulae multiradiatae hemiſphericae*, *involucris & involucellis polyphyllis*; *ſeminis cortex fungoſus ex Cuſſ.*; *folia 3-ternata aut pinnata* C. pyrenaïcum L. *Athamanthae affinius.*

ATHAMANTHA, L. * CHÆROPHYLLUM, T. * OREOSELINUM, T. * *Athamante.* Hirſchwurz. Calix integer. Petala inflexo-emarginata ſubinæqualia. Fructus ovato oblongus ſtriatus. *Umbella multiradiata involucro polyphyllo aut rarius ſub3-phyllo*; *involucella polyphylla. Semen in aliis oblongum 5-jugatum*, *in aliis 5-lineatum villoſum*, *planum margine alatum in aliis* (Oreoſelinum T.) *quas Cuſſonius Peucedano*, *Crantzius & Lamark Selino adjiciunt*, *5-alatum alis primariis in* A. Chinenſi *quae* Cnidium *Cuſſ.*

SELINUM, L. * THYSSELINUM, T. * CARVIFOLIA, CB. V. * Silge. Calix integer. Petala cordata æqualia. Fructus ovalis oblongus, compreſſo-planus, utrinque medio ſtriatus. *Involucra & involucella polyphylla*; *alae ſeminis 2 marginales primariae in* Thyſſelino T. *praetereà lacteſcente*, *2 laterales ſecundariae in* Carvifoliâ *involucro deſtitutâ*, *5 primariae in* S. Monnieri *ad* Cnidium *Cuſſ. relatae.*

CICUTA, T. Hall. Lamark. * CONIUM, L. * *Ciguë.* Wüterich. Calix integer. Petala inflexo-cordata inæqualia. Fructus ſubgloboſus ſeminibus 5-coſtatis, coſtis crenulato-criſpis. *Involucra 3-5-phylla*, *involucella 3-phylla dimidiata*; *folia plurièes pinnata.* C. africanæ *ſemen longius & plures floſculi ſteriles.* C. rigentis *ſemina muricata.* C. Royeni *Caucalidis congener ex D. Lamark.*

BUNIUM, L. * BULBOCASTANUM, T. * *Suron*, *Terrenoix.* Erdknollen. Calix integer. Petala inflexo-cordata æqualia. Fructus ovatus. *Umbella multiradiata*; *umbellulae breviores*, *floribus confertis. Ex Gouan Illuſtr. involucrum* B. minoris *polyphyllum*, B. majoris *1-phyllum aut o*, *involucella utriuſque 3-4-phylla dimidiata*, *& radix tuberoſa ſubſphaericea.*

AMMI, T. L. * *Ammi.* Calix integer. Petala inflexo-cordata, in diſco æqualia, in radio inæqualia. Fructus ſubrotundus parvus lævis ſtriatus. *Involucrum polyphyllum pinnatifidum*; *involucella polyphylla ſimplicia. Hujus congeneres ex Lamark Dict.* Daucus

viſnaga L. & D. Meoïdes HRP. *quibus fructus lævis, & interea Dauci congener* A. copticum L. *fructu muricato.*

DAUCUS, T. L. * CAUCALIS, T. * *Carotte.* Möhre. Calix integer. Petala inflexo-cordata, exteriora majora. Fructus ovatus, undique pilis hiſpidus aut aculeis muricatus. *Umbella multiradiata, florens plana, fructifera concavo-connivens; involucella & præſertim involucra polyphylla pinnatifida. Abortiunt in quibuſdam flores marginales, in quibuſdam umbellula centralis. Seminis juga 5 primaria lævia parùm prominula, 4 ſecundaria hiſpida aut muricata ex Cuſſ.; fructus igitur glabri* (D. Viſnaga) *hinc eliminandi.*

CAUCALIS, T. L. * *Caucalide, Girouille.* Calix 5-dentatus. Petala inflexo-cordata, diſci æqualia, radii inæqualia extimo majore 2-fido. Fructus Dauci. *Umbella pauciradiata inæqualis; umbellula contracta, floſculis exterioribus maſculis longiùs pedunculatis; involucra & involucella polyphylla indiviſa, foliolis numero radiorum marginalium. A Dauco diſtincta involucris non pinnatifidis; ſemen ſimiliter conſtructum ex Cuſſ. Hùc revocanda duo* Tordylia L.

TORDYLIUM, T. L. * Drehkraut. Calix 5-dentatus. Petala inflexo-cordata, diſci æqualia, radii inæqualia extimo majore. Fructus orbiculatus compreſſus, ſeminibus planis margine tumidis, crenulatis aut granulatis aut ciliatis. *Umbella inaequalis, involucro polyphyllo ſimplici; umbellulae inaequales breviſſimae, involucro dimidiato ſub3-phyllo longo; folia plerumque pinnata.* T. Anthriſcus & T. nodoſum L. *ad Caucalidem depellenda.*

HASSELQUISTIA, L. * Calix 5-dentatus. Petala incurvato-bifida, diſci æqualia & radii inæqualia extimis omninò aut partìm majoribus tùm in umbellâ, tùm in umbellulis. Semina umbellæ exteriora, ut in Tordylio orbiculata crenulata; interiora hemiſphærica, calathiformia ut in Omphalode, hìnc concava margine introflexo, indè convexa. *Umbella inaequalis involucro 5-phyllo minimo; umbellula centralis abortiva, ambientes in diſco proprio ſteriles, in radio fertiles, involucello dimidiato 3-phyllo; folia pinnata aut ſimplicia. A Tordylio diſcrepat floribus abortivis & ſeminibus calathiformibus fortè vitio fructûs deformatis.*

ARTEDIA, L. * THAPSIA, T. * Calix... Petala Tordylii. Fructus orbiculatus compreſſus, ſeminibus planis extùs 5-lineatis, margine lato membranaceis ſcarioſis, profundè & eleganter ſinuato-crenatis. *Umbella fructifera connivens, involucro polyphyllo, foliolis baſi marginatis, apice 1-2-ternatis; umbellulae contractae, floſculis diſci maſculis, involucro 2-3-phyllo dimidiato pinnatifido; folia multifida linearia.*

BUPLEVRUM, T. L. * BUPLEVRUM. *Buplevre.* Haſenohr. Calix integer. Petala integra brevia involuta. Fructus ſubrotundus

compreſſus ſtriatus. *Flores lutei; umbellæ & umbellulæ pauciſloræ aut rariùs multifloræ; involucra polyphylla brevia, rariùs 3-5-phylla; involucella majora 5-phylla, interdùm colorata, interdùm baſi coadunata; folia plerumque ſimplicia integra; ſpecies quædam fruteſcentes, quarum una ſpineſcens.*

HERMAS, L. * Monoïca. Calix integer aut ſub 5-dentatus. Petala integra erecta. Fructus orbiculatus compreſſus. *Umbellæ & umbellulæ multiradiatæ confertæ, involucro polyphyllo, involucello 1-3-phyllo minore; in umbellâ terminali flores umbellularum radiales abortivi pedunculis truncatis, floſculus centralis frugifer fœmineus antheris ſterilibus; in umbellis 2-3 lateralibus flores umbellularum pauci maſculi germine abortivo, cæteri evanidi pedunculis ſetiformibus; caulis ramoſus aut ſcapiformis 3-4-umbellifer; folia ſimplicia, radicalia aut caulina; umbellæ quarumdam capituliformes.*

ASTRANTIA, T. L. * *Aſtrance.* Sterndolde. Calix 5-dentatus. Petala inflexo-bifida. Fructus ovatus ſtriatus rugoſo-criſpus, coronatus calice. *Umbella 3-4-radiata, involucro 4-6-phyllo, aut ramoſa laxior & quaſi nulla, ramis baſi 1-bracteatis; umbellula multiflora, floſculis aliis hermaphroditis, aliis pluribus maſculis longiùs pedunculatis, involucello majore polyphyllo (10-20) æquali colorato corollæformi. Folia ſæpè palmata. Seminis coſtæ à rugoſis tunicarum disjunctarum plicis intùs vacuis productæ ex Cuſſ.*

SANICULA, T. L. * *Sanicle.* Sanickel. Calix ſubinteger. Petala inflexa. Fructus ovatus, ſcaber aut muricatus. *Umbella 3-4-radiata involucro dimidiato, aut quaſi ramoſa ramis 1-bracteatis; umbellula conferto-capitata, floſculis ſubſeſſilibus, centralibus maſculis, involucello brevi polyphyllo; folia palmata aut digitata.*

IV. Umbelliferæ anomalæ.

ARCTOPUS, L. * Umbella ſimplex floſculis in involucello monophyllo 4-partito ſpinoſo magno ſeſſilibus, pluribus in diſco maſculis, 4 in radio fœmineis. Singulis calix 5-dentatus; petala integra oblonga. Fructus 4, in involucello perſiſtente & connivente reconditi, 2-ſpermi. Flores in diſtinctâ plantâ maſculi omnes, umbellâ in umbellulas diviſâ, involucro & involucellis 5-phyllis. *Folia conferta, ſinuata ciliata, juxtà ſinus ſtellatìm ſuprà ſpinoſa; flores inter folia terminales. Habitus Eryngii.*

ECHINOPHORA, T. L. * Umbella involucro 3-4-phyllo; umbellulæ involucello turbinato monophyllo 6-fido inæquali. Harum floſculi marginales pedicellati maſculi, calice 5-dentato, petalis patulis inæqualibus, piſtillo abortivo; floſculus centralis 1 fœmineus ſeſſilis, calice & ſtaminibus carens, involucello immerſus; huic petala emarginata, ſtyli 2, ſemen 1 (altero forsàn abortivo) tectum involucello indurato, cum pedicellis

maſculis perſiſtente, ſpinoſo. *Folia 1-2-pinnata ſubulato-ſpinoſa aut inermia. Flos fœmineus interdùm ſtaminifer ex D. Turrá.*

ERYNGIUM, T. L. * *Panicaut.* Raddiſtel. Flores plurimi ſeſſiles paleis diſtincti, densè aggregati in umbellulâ capitatâ ſuprà receptaculum conicum involucro polyphyllo rigido cinctum. Singulis calix 5-partitus; petala inflexa; fructus ovatus. *Umbellulæ nunc in umbellam involucratam ſaepè irregularem & ramoſam diſpoſitae, nunc ſparſae; folia ſimplicia aut compoſita, ſaepè ſpinoſa ut & involucra; habitus Cardui.*

BOLAX, Commerſ. * Calix... Petala 5 bipartita. Stamina 5. Styli & ſtigmata 2. Fructus didymus orbiculatus compreſſus glaber, ſeminibus dorſo ſulcatis. *Umbellula ſimplex terminalis non prominens, obſcurè 2-3-phylla & 2-3-flora; herba densè ceſpitoſa aut gleboſa, erecta; folia minima 3-loba craſſiuſcula, vaginis longioribus imbricatis caulem obtegentia; ſemina abundè gummoſo-reſinoſa. Frequens in Magellaniâ & inſ. Maclovianis dicta* Gommier des Malouïnes, *in Pernetty it. Maclov. 2. p. 7. memorata. Caracter ex Commerſ.* βῶλος, *gleba.*

HYDROCOTYLE, T. L. * Calix integer. Petala integra patentia. Fructus orbiculatus compreſſus. *Umbella ſimplex involucro 4-phyllo terminalis aut axillaris, interdùm è centro prolifera, ſeu ramos emittens ſimplices aut ramoſos, ſemel aut pluriès umbelliferos praecipuè in diviſuris; herbae plerumque repentes; folia ſimplicia, integra nonnunquàm peltata, aut rariùs lobata. Hùc retulit Linnaeus fil. Suppl. omiſſis cauſis;* 1°. Solandiam L. *herbam caulescentem tomentoſam, ex Linnaeo patre polygamam in umbellulâ 4-phyllâ 5-floram, floſculis 4 marginalibus pedunculatis maſculis 5-petalis 5-andris, quinto centrali hermaphrodito ſeſſili 6-petalo 6-andro 2-ſtylo cui fructus 2-coccus 2-ſpermus;* 2°. Centellam L. *ex eodem herbaceam volubilem alternifoliam foliis ſtipulaceis, floribus axillaribus monoïcis aut dioïcis, in umbellulâ maſculâ 4-phyllâ 5-floram floſculis ſeſſilibus 4-petalis 4-andris, in fœmineâ 2-phyllâ 1-floram floſculo ſeſſili 4-petalo 2-ſtylo & fructu 2-loculari... An rectè congregata genera, an ex ulteriori obſervatione 5-andra? An caeterae etiam ſpecies verè congeneres, licèt habitu interdùm diſſimiles? Confer in vivis.*

AZORELLA, Lamark. * *Azorelle.* Calix ſub5-dentatus. Petala 5 ovata integra. Stamina 5. Styli & ſtigmata 2. Fructus minimus ſubrotundus compreſſus 1-ſpermus, forsàn ſemine altero abortivo. *Umbellula ſimplex axillaris aut terminalis, involucro 3-5-phyllo ſoliolis baſi ciliatis, 4-8-flora floſculis plurimis abortivis. Herba Magellanica ex Commerſ. herb. innominata, humilis multicaulis densè caeſpitoſa, Empetri facie; folia parva oblonga, margine inflexo ſuprà concava & intùs paſsìm piloſa, vaginâ amplexicauli ciliis albis longis marginatâ; umbellae numeroſae non exſertae. Bolaci & Hydrocotyle affinis. Caracter ex ſicco.*

LAGOECIA, L. * CUMINOÏDES, T. * Calix 5-fidus, laciniis capillaceo multifidis. Petala breviora 2-cornia. Stylus & ſtigma 1. Semen 1 laciniis calicinis coronatum. *Umbella ſimplex, involucro 8-phyllo foliolis pennato-dentatis; ſingulo floſculo involucellum 4-phyllum capillaceo-pennatum; folia radicalia & caulina pinnata. Genus ſtylo & ſemine unico ab Umbelliferis diſcrepans, caeterùm affine.*

OBS. Umbelliferarum diſtributio ac deſignatio, qualis hìc exhibetur, integræ earum notitiæ impar extat ſeriemque minùs naturalem exhibet. Ex involucris enim ſigna quædam ſolida, ſed plura erronea ac facilè varia deducuntur, cùm ſpecies congeneres nonnunquàm aliæ ſint involucratæ, aliæ nudæ. Præcipuos in flore & fructu Vegetantium omnium ideòque Umbelliferarum caracteres indigitat obſervatio. Horum primarii in omnibus Umbelliferis iidem, ordini deſignando prævalent, jam tales ſuprà memorati. Secundarios genericis definitionibus addicendos exhibent diverſæ partes ab Autoribus ad arbitrium ſelectæ, nempè calix, corolla, involucrum &c., ſed eos in fructu potiſſimum quærendos ſuadet natura docentque Moriſonius, Tournefortius, Rivinus, Hallerus & inter recentiores accuratior Crantzius Umbelliferarum monographus, Cuſſoniuſque cujus poſthuma de iiſdem diſſertatio in Act. Soc. Med. Par. 1782 prodiit excerpta, magni nuncia operis inediti, ex quâ ſequens delibatur fructûs deſcriptio.

Duplex in Umbelliferarum ſemine ſuperficies: altera interior conjugato ſemini obverſa *commiſſura* dicta, latior omninò clauſa aut anguſtior lateribus hiulca, gibboſa aut complanata aut concava variè excavata; altera ſuperficies exterior dorſalis quinquelineata, aut lineis elevatis quinquejugata ſeu quinquecoſtata, ſtriis aut ſulcis quatuor interpoſitis exaratur, interdùm quatuor aliis jugis aut coſtis ſecundariis in ſingulo ſulco prominulis inſtructa. Coſtæ primariæ, ſunt duæ marginales, duæ laterales, una dorſalis; ſecundariæ ſunt duæ laterales marginalibus primariis proximæ, duæ dorſales dorſali priori viciniores; utræque nunc nudæ, nunc ſeorsìm aut ſimul in alas aut pilos aculeoſve productæ. Eadem ſeminis ſuperficies vel omninò dorſalis & variè prominens ideòque plana aut convexa aut gibba aut hemiſphærica, vel juxtà coſtas primarias laterales angulata fit medio dorſalis, utrinque lateralis, lateribus pro mutuo commiſſuræ & dorſi diametro parallelis aut conniventibus aut divaricatis.

His ſignis aliiſque in Autoris diſſertatione attentiùs inquirendis veriores eluceſcent Umbelliferarum caracteres, & ſpecies quælibet propriis generibus ſubmittentur. Iteranda igitur in vivis ſpecierum collatio, ſepoſitis generum hodiernorum definitionibus, non tamen neglectis præceſſorum obſervationibus. Quædam tùm propriæ, tùm frequentiùs ex Cuſſonianâ diſſertatione Autorumque libris elicitæ adjiciuntur Linnæanis placitis, perficiendo ordini profuturæ, quibus addant cæteri operosâ & minùs gratâ diſquiſitione non deterriti.

CLASSIS XIII.

PLANTÆ DICOTYLEDONES POLYPETALÆ.

STAMINA HYPOGYNA.

CALIX mono aut polyphyllus, rariſſimè nullus. Petala hypogyna ſeu inſerta ſub piſtillo, definita aut rariſſimè indefinita, plerumque diſtincta aut interdùm in corollam pſeudo-monopetalam baſi coalita, aut rarò nulla. Stamina hypogyna, definita aut indefinita, filamentis ſæpè diſtinctis aut quandoque in unum tubuloſum coalitis, aut rariùs in plura faſciculatìm collectis; antheræ diſtinctæ (in Violâ & Balſaminâ connatæ). Germen ſuperum, in plurimis unicum, in nonnullis multiplex; ſtylus unicus aut multiplex aut nullus; ſtigma unum aut multiplex. Fructus ſuperus, nunc ſimplex uni aut multilocularis, nunc rariùs multiplex ſingulo pericarpio uniloculari.

Obs. Staminum hypogynia exigit germen ſuperum; admittit idem ſimplex aut multiplex, calicem monophyllum aut polyphyllum aut rarò nullum, corollam polypetalam aut quandoque nullam, ſtamina definita aut indefinita, coalita aut diſtincta. Corolla utpotè polypetala & hypogyna ſtaminibus hypogynis germinique ſupero ſemper adjungitur cæteroſque permittit memoratos caracteres; eadem interdùm pſeudo-monopetala calicem tunc repoſcit monophyllum, pariter ſtaminibus monadelphis jure adſtantem. Germini unico ſtylus aut ſtigma ſimplex aut multiplex; germinibus junctis ſtyli aut ſtigmata totidem ſimplicia.

Si qua difficilis extat Vegetantium ſeries inſtituenda, ea eſt

certè quæ numeroſas in eâdem claſſe complectitur plantas uno conformes primario caractere, plurimiſque ſecundariis diſcrepantes. Non tantùm enim conficiendi ordines verè naturales certòque deſignati, ſed & iidem mutuò diſponendi ita ut facilis ab uno ad alterum habeatur progreſſio, nec ulla inter extremos utriuſque fines detur abſoluta diſtinctio, inversâ Syſtematicorum doctrinâ. Ordines autem alii faciles jam universè accepti, alii operoſiùs exſtruendi, quos tamen ſi quis feliciter ex integro aut partìm tantùm delineaverit, is de re botanicâ promeruit, licèt in eorum diſtributione anceps hæreat. Stamina intrà corollam polypetalam hypogyna primarium exhibent in claſſe caracterem quo velut communi nexu colligantur ordines plus quàm viceni, additis etiam plurimis generibus nulli alteri verè conſociandis & novorum ordinum poſthàc conficiendorum indiciis. Diverſos inter caracteres in claſſe ſecundarios nullus prævalet, ordinum diſtributioni jure præfuturus. Stamina numero & proportione & filamentorum aut antherarum coalitione in ordinibus ſæpè ſibi non conſtant. Fructus Monopetalis ordinandis (p. 94) aptiſſimus, in Polypetalis minoris eſt momenti, nec in texturâ propriâ, in ſtylorum & loculorum numero, in ſeminum & diſſepimentorum ſitu generaliora ſufficit ſigna. Parùm etiam proficeret inſignior germinis ſimplicis & multiplicis diſtinctio, quæ Magnolias, Anonas Malvaceaſque plures Ranunculaceis admovens & à cæteris affinioribus ſegregans, ſeriem naturalem non profert, quin potiùs invertit. Utilior ex ſitu corculi in ſemine, ex periſpermi exiſtentiâ aut defectu, ex ejuſdem naturâ caracter educitur, in veris ordinibus plerumque conformis ac fortè nunquàm varius & indè ſtabiliori eorum collocationi potiſſimùm impendendus, quaſi unus è primariis aut inter ſecundarios longè prior. Periſpermum ineſt corneum Ranunculaceis, farinaceum Caryophylleis, carnoſum Tiliaceis, Berberidibus, Ciſtis, Rutaceis &c., nullum pleriſque cæteris. Corculi forma, in diverſis ordinibus varia, in ſingulo conformis, exhibet nunc radiculam juxtà lobos incurvam in Capparidibus, Sapindis, Aceribus, Ciſtis, Caryophylleis, nunc lobos partìm reflexos in Malpighiis, Geraniis, nunc eoſdem corrugatos in Malvaceis, nunc plerumque rectos in plurimis aliis. Indè ſæpiùs ex ejus intuitu generis indeterminati locus naturalis concluditur aut

confirmatur: Gordonia Malvaceis accedit lobis corculi corrugatis; Hermannia habitu Malvacea, periſpermo carnoſo Tiliacea rectiùs judicatur. Sed in aliis notiſſima ſeminis ſtructura, in aliis omninò aut partìm ignoratur præ organi tenuitate aut obſervationum defectu, danturque præterea tùm plantæ tùm ordines aſpectu affines, diſſimiles corculi ſitu; ſic in Meliis genera alia periſpermo inſtructa, alia eodem orbata; ſic Tiliaceæ à Malvaceis recedunt aut à Vitibus quædam Meliæ.

Intereà in difficili negotio præponuntur Ranunculaceæ quibus ut & Umbelliferis præceſſis corculum in supernâ periſpermi ſolidi cavitate minimum deliteſcit. Subſequitur ordinum periſpermo deſtitutorum ſeries numeroſa parùm interrupta & in ſingulo eorum confinio ſæpiùs ſpontè connexa. Pone ſubeunt pauciores periſpermo carnoſo inſtructi. Claſſem abſolvunt Caryophylleæ periſpermo farinaceo affines prioribus decimæquartæ claſſis ordinibus. Ea tamen ſeries nonnullis deturpatur nodis aut aliquandò intermittitur. Ordines quidam non abſoluti; quidam generibus minùs affinibus ad calcem repoſitis gravati; quidam à proximis caractere diſſidentes, ſed aliis in eâdem claſſe non ſimiliores; oppoſitifolii alternifoliis paſsìm intermixti; ſtipulacei ab invicem quandoque diſtantes. Ambigua inſuper in nonnullis ſtaminum inſertio, una quidem in ſingulis, ſed quaſi ad libitum hypogyna aut perigyna, dùm ſcilicet ſtamina non immediatè ſub germine ſed depreſſiùs inſeruntur, tùm ei puncto quo piſtilli fulcrum & calicina baſis coeunt in floris pedunculum, tùm glanduloſo diſco ibidem prominulo. Talem exhibent præcipuè Aurantia, Meliæ, Acera, in ſtamimum perigynorum claſſe anteà recenſita, ſed Sapindis, Malpighiis & Vitibus affinia ideòque iis inter hypogyna nunc adjecta. An iterato inſertionum examine memorati ordines perigynis reſtituendi, aliique plures eòdem conjunctìm migrandi; an potiùs inſertiones ambiguæ novam deſignant claſſem inter hypogynas & perigynas mediam & utraſque connectentem?

Alter inſertionum modus in claſſe notandus ſedulò, inſignis hìnc in Malvaceis, indè in Caryophylleis. Priorum ſtamina ſæpè indefinita filamentis coaleſcunt in tubulum cui petala baſi extùs adnaſcuntur, ita ut corollam mentiantur monopetalam,

ſtaminiferam aut ſtaminum tubo infixam. In Caryophylleis ſtamina definita, ſed ſæpè petalorum dupla, alterna ſub piſtillo, alterna petalorum unguibus inſeruntur, geminam in eodem flore inſertionem colligentia: undè naturale exurgit principium jam p. 71 & in operis procemio edictum, quo epipetala ſtaminum inſertio ſingulis aliis ſeorsìm facilè conciliatur, modò iiſdem congruat propria corollæ ipſiuſmet ſtaminiferæ inſertio. Cùm prætereà lex altera corollas ſtaminiferas jubeat eſſe frequentiùs monopetalas, Caryophyllearum petala nonnunquàm baſi coaleſcunt ut in Malvaceis, & exemplo Saponariæ Anglicæ fortè non unico, in corollam verè monopetalam quandoque concreſcunt. Quò plures autem leges infringit exceptio, eò rarior: indè prædicta corollæ converſio calicem monophyllum (p. 93. 154.) & ſtamina definita præcipiens, in ordinibus calice polyphyllo inſtructis minùs aut nullè admittitur, & in ſtaminibus indefinitis non valet niſi priùs (p. 157.) horum coaluerint filamenta. Corollæ defectus in paucis Caryophylleis & paucioribus Malvaceis & vix in aliis obſervatur, rarior in ſtaminum hypogynorum (p. 87.) quàm in perigynorum (p. 74.) claſſibus. Cur ſic variæ diſcrepant inſertiones? Cur diverſæ in iiſdem ordinibus exceptiones cumulantur?

ORDO I.

RANUNCULACEÆ, *LES RENONCULACÉES.*

(Vielschottige Gewæchse. Multisiliquæ.)

Calix polyphyllus, interdùm nullus. Petala definita, ſæpiùs quinque. Stamina indefinita (in Myoſuro definita); antheræ filamentis adnatæ. Germina plura, indefinita aut definita (rariùs unicum), receptaculo communi impoſita; unicuique ſtylus unicus aut rarò nullus; ſtigma

ſtigma ſimplex. Capſulæ totidem, aut rariùs baccæ, in aliis monoſpermæ non dehiſcentes, in aliis polyſpermæ intùs ſemibivalves, marginibus ſeminiferæ. Corculum minimum in supernâ cavitate periſpermi cornei magni. Caulis plerumque herbaceus. Folia alterna, aut rariùs (in Clematite & Atragene) oppoſita, quædam ſemivaginantia; alia compoſita, pinnata aut digitata; alia ſæpiùs ſimplicia & hæc plerumque palmata aut lobata, ſinubus baſi frequenter pallidis.

I. Capſulæ monoſpermæ non dehiſcentes. *Baccæ in Hydraſti.*

CLEMATIS, L. * CLEMATITIS, T. * *Clématite*, *Viorne..* Waldrebe. Calix o. Petala 4, rariùs 5. Capſulæ plurimæ ariſtatæ, ariſtâ ſæpè plumosâ. *Caulis ſæpè fruteſcens, ſarmentoſus aut erectus; folia oppoſita, ſimplicia aut ternata aut pinnata; flores axillares aut ſaepiùs terminales, ſolitarii aut ſaepiùs corymboſi, in quibuſdam dioïci, in paucis inſtructi caliculo turbinato 2-fido à petalis paululùm remoto. Clematis erecta v. Batſch Anal. Fl. P. II. n. 23. p. 22-27.*

ATRAGENE, L. * CLEMATITIS, T. * Calix 4-phyllus. Petala 12, aut rariùs plura. Capſulæ plures ariſtatæ, ariſtâ pilosâ. *Frutices ſarmentoſi aut herbæ repentes; folia oppoſita, conjugata cirrhoſa aut 1-2-ternata; flores in fruticum ramulis aut in herbarum ſcapo Anemonoïde involucrato terminales.*

THALICTRUM, T. L. * *Pigamon.* Calix o. Petala 4, rariùs 5. Capſulæ plures ſulcatæ muticæ. *Folia 1-2-pinnata aut 2-3-ternata, diviſuris* T. Aquilegifolii *membranulâ involucratis; flores terminales ſpicati au ſæpiùs paniculati, rariſſimè dioïci.*

HYDRASTIS, L. * Calix o. Petala 3. Baccæ numeroſæ minimæ. *Caulis alternè 2-phyllus, foliis palmatis; flos ſolitarius terminalis; fructus & habitus Rubi herbacei. Affinis Podophyllo, ſed polygyna An ſemini periſpermum corneum?*

ANEMONE, T. L. * PULSATILLA, T. * *Anemone*, *Pulſatille.* Calix o; hujus loco involucrum caulinum à flore diſtans, 2-3-phyllum. Petala 5 aut plura. Capſulæ *in Anemone T.* muticæ, *in Pulſatillâ T.* lanatæ ariſtatæ ariſtâ plumosâ. *Folia radicalia, 1-2-pinnata aut digitata aut ſimplicia lobata; ſcapi 1-flori, foliolis involucri ſimplicibus aut partitis.* A Hepaticæ *petala 6 & involucrum flori proximum caliciforme 3-phyllum ſimplex. Scapi quarumdam intrà involucrum umbellatim ramoſi, ramis ſimplicibus aut iterùm partitis & involucratis, apice 1-floris.*

HAMADRYAS, Commerſ. * Dioïca. Calix 5-6-phyllus. Petala 10-12 linearia longa. Masc. Stamina numeroſa brevia. Fœm. Germina numeroſa in capitulum conglobata; ſtigmata totidem, ſtylis nullis. Capſulæ 1-ſpermæ ..? *Herbæ nemorales Magellanicæ; folia radicalia palmata; ſcapi 2-4-flori; habitus Adonidis. Caracter ex Commerſ.* Ἅμα *ſimul*, δρυον *nemus.*

ADONIS, L. * Ranunculus, T. * *Adonide.* Calix 5-phyllus. Petala 5 aut plura, ungue nudo. Capſulæ plurimæ muticæ. *Folia multifida aut 2-3-ternata; flores terminales.*

RANUNCULUS, T. L. * *Renoncule.* Ranunkel. Calix 5-phyllus. Petala 5; horum unguis foveolâ intùs excavatus nudâ aut membranaceo-marginatâ, aut operculo ſquamuloſo tectâ. Capſulæ numeroſæ muticæ. *Folia indiviſa aut lobata; flores axillares & ſæpiùs terminales, lutei aut rariùs albi.*

FICARIA, Dill. Hall. * Ranunculus, L. * Calix 3-phyllus. Petala 8-9, ungue intùs ſquamuloſo. Capſulæ numeroſæ muticæ. *Folia radicalia cordata; ſcapi 1-flori; flores lutei. Hùc advocandus* Ranunculus Ficaria L., *cui affinis* Anemone Hepatica L.

MYOSURUS, JB. V. L. * Ranunculus, T. * Calix 5-phyllus coloratus, foliolis infrà inſertionem caudatis. Petala 5 minima, ungue filiformi tubuloſo. Stamina 5 aut rariùs 4-7. Capſulæ numeroſæ acuminatæ, receptaculo longiſſimo ſtyliformi impoſitæ. *Herbula foliis indiviſis anguſtis, ſcapis 1-floris; flores minimi lutei.*

II. Capſulæ polyſpermæ intùs dehiſcentes. Petala irregularia. *Calix ſæpè coloratus, à Linnæo corolla dictus, petalis ab eodem in nectaria converſis.*

TROLLIUS, L. * Helleborus, T. * Engelblume. Calix circiter 14-phyllus. Petala circiter 9, calice multò minora, tubuloſa 1-labiata. Capſulæ numeroſæ ſub 1-ſpermæ. *Folia digitata; caulis apice ſub 1-florus, flore luteo; habitus Ranunculi.*

HELLEBORUS, T. L. * *Hellebore.* Nieſswurz. Calix 5-phyllus magnus, ſæpè perſiſtens. Petala 5 aut plura, calice multò minora, tubuloſa ore 2-labiato. Capſulæ 3-6 compreſſæ, quædam interdùm abortivæ. *Folia pedata aut digitata aut palmata; flores plures in caule terminales pedicellis 1-bracteatis, aut in ſcapo ſolitarii, nudi vel folio involucrati.*

ISOPYRUM, L. * Helleborus, T. * Calix 5-phyllus. Petala 5 tubuloſa brevia, ore 3-lobo. Capſulæ plurimæ recurvæ. *Folia 1-2-ternata; flores terminales. Quibuſdam habitus Fumariæ.*

NIGELLA, T. L. * *Nigelle.* Schwarzkümmel. Calix 5-phyllus magnus. Petala 8 minora & anguſtiora, bilabiata, ungue coarctato, labio inferiore excavato & ultrà 2-fido, ſuperiore

integro breviore caveam inferiorem obtegente. Capſulæ 5-10 oblongæ, mucronatæ aut ariſtatæ, diſtinctæ aut in unam multilocularem coalitæ. *Folia 1-2-pinnata lineraria; flores terminales, in quibuſdam involucro 5-phyllo caliciformi multifido cincti*

GARIDELLA, T. L. * Calix 5-phyllus parvus. Petala 5 majora, Nigellæ petalis conformia. Stamina 10. Capſulæ 3 acuminatæ. *Folia pinnata laciniata linearia; flores ſubſolitarii terminales.*

AQUILEGIA, T. L. * *Ancolie.* Ackeley. Calix 5-phyllus. Petala 5 corniculata ſeu cuculliformia, ungue laterali. Germina 5, paleis 10 cincta. Capſulæ erectæ. *Folia 1-2-ternata; flores terminales, roſei aut violacei.*

DELPHINIUM, T. L. * Ritterſporn. Calix ſubmonophyllus 5-partitus coloratus, laciniâ ſuperiore infrà calcaratâ. Petala 2 (in quibuſdam 1), pariter baſi calcarata, calcare calicino tecta. Capſulæ 3 (rariùs 1) erectæ. *Folia inferiora digitata aut palmata, ſuperiora nonnunquam indiviſa; flores laxè ſpicati aut paniculati terminales, colore varii, nunquàm lutei.*

ACONITUM, T. L. * *Aconit.* Sturmhut. Calix 5-phyllus, foliolo ſuperiore concavo galeato. Petala plura; horum 2 ſuperiora calcarata, ungue longiſſimo canaliculato anguſto incurvo, calcare brevi obtuſo, ſub galeâ calicis latentia; cætera inferiora minima linearia ſquamiformia. Capſulæ 3-5 erectæ. *Folia digitata aut palmata; flores paniculati aut laxè ſpicati terminales, violacei aut luteſcentes.*

III. Capſulæ polyſpermæ, intùs dehiſcentes. Petala regularia.

CALTHA, L. * POPULAGO, T. * *Populage.* Dotterblume. Calix 0. Petala 5 aut plura. Capſulæ 5-10, breves acuminatæ patentes. *Folia reniformia; flores ſubcorymboſi terminales lutei; habitus Ranunculi.*

PÆONIA, T. L. * *Pivoine.* Pæonie. Calix 5-phyllus aut 5-partitus. Petala 5. Germina 2-5; ſtyli 0; ſtigmata 2-5 capitata. Capſulæ tomentoſæ; ſemina ovalia, ſucco rubro colorata. *Folia ſæpè magna, 1-2-pinnata aut 1-2-ternata; foliolis lobatis; flores ſubſolitarii terminales magni, variè purpurei aut rariùs albidi.*

ZANTHORHIZA, L'Hérit. * Calix 5-phyllus aut 5-partitus patens. Petala 5 minima, glandulæformia aut circinata, quaſi didyma. Stamina circiter 8. Germina plura tenuiſſima; ſtyli & ſtigmata totidem. Capſulæ totidem compreſſæ oblongæ membranaceæ, apice ſemibivalves & 1-ſpermæ *ex D. L'Herit. Suffrutex radice luteâ; folia 1-2-pinnata baſi ſemivaginantia;*

flores minimi paniculati terminales, ſinguli bracteolati. Hùc relata licèt 1-ſperma, quia Cimicifugæ affinis.

CIMICIFUGA, L. * *Cimicaire.* Calix 4-phyllus. Petala 4 urceolata cartilaginea. Stamina 20. Germina 4-7; ſtyli & ſtigmata 4-7. Capſulæ 4-7 oblongæ, ſuturâ laterali dehiſcentes polyſpermæ; ſemina ſquamis cincta. *Folia 1-2 pinnata; flores ſubpaniculati terminales; habitus Acteæ. Numerus partium ſæpè varius & flores nonnunquàm abortu dioïci.*

IV. Germen unicum. Bacca unilocularis polyſperma, receptaculo ſeminifero laterali unico.

ACTÆA, L. * Christophoriana, T. * Schwarzkraut. Calix 4-phyllus caducus. Petala 4. Stylus 0; ſtigma capitatum. *Folia 2-pinnata; flores longè ſpicati terminales albi.*

PODOPHYLLUM, L. * Anapodophyllum, T. * Calix 3-phyllus. Petala 9. Stylus 0; ſtigma capitatum. *Caulis 2-phyllus foliis palmatis, in dichotomiâ 1-florus flore albo.*

Obs. Apta generum ſignis numeroſis affinium conjunctio ac diſpoſitio jam in Act. Acad. Pariſ. 1773 ſtatuta. Partes à Linnæo Nectaria dictæ, vera ſunt petala docente Bern. Juſſæo, confirmante Adanſonio, & collatis iiſdem organis in Nigellâ & Ranunculo ſimiliter foveatis & ſquamuloſis, in Trollio & Myoſuro pariter tubuloſis. Numerus quarumdam partium in Ranunculaceis indefinitus, ut adaugetur in infinitum, ita & minuitur ad unitatem uſque: ſic Myoſurus ſæpè pentander, Garidella decandra: ſic germen quintuplex in Nigellâ, triplex in Aconito, ſimplex in nonnullis Delphiniis & in Actea ac Podophyllo rectè ordini adjunctis, quibus unica in fructu ſeminum lateralis ſeries ut in Calthâ, Pæoniâ &c. Hìnc autem mediantibus generibus hìſce monogynis datur progreſſio ad Papaveraceas corollâ & ſtaminibus & ſtyli defectu & germine ſimplici ac uniloculari conformes, ſed diſtinctas præcipuè multiplici ſeminum ſerie totidem placentis lateralibus affixâ. Illìnc Ranunculaceæ retròeunt ad Umbelliferas pariter inſtructas periſpermo ſolido & alternifolias fronde compoſitâ aut lobatâ, infrà vaginante; umbellulas capitato-multifloras Eryngii & Saniculæ æmulatur receptaculum Anemones polygynum ſimiliter vallatum involucro. Aliqua igitur inter prædictos ordines extat analogia nec omninò repugnat horum approximatio. Ranunculaceis extùs aſſimilantur quædam Juncoïdeæ ſect. 3, p. 46, diſcrepantes calice apetalo, ſtaminibus perigynis & præcipuè ſemine unilobo. An ordini affines Sarracenia, Monotropa & cum Nelumbio Nymphæa jam Hydrocharidibus p. 68 adjecta.

ORDO II.

PAPAVERACEÆ, *LES PAPAVERACÉES.*

FAMILIE DER MOHNARTEN.

CALIX plerumque diphyllus & caducus. Petala ſæpiùs quatuor. Stamina definita aut indefinita. Germen unicum; ſtylus ſæpè nullus; ſtigma diviſum. Fructus capſularis aut ſiliquoſus, plerumque unilocularis, ſæpiùs polyſpermus. Semina receptaculis lateralibus affixa, ſingula involucro membranaceo ſemitecta. Caulis herbaceus aut rariſſimè fruteſcens. Folia alterna. Succus quarumdam coloratus.

I. Stamina indefinita; antheræ filamentis adnatæ.

SANGUINARIA, L. * BELHARNOSIA, T. * Petala 8. Stigma capitatum, biſulcum perſiſtens. Capſula ovata oblonga, apice attenuato, bivalvis valvis replo biſcapo utrinque ſeminifero perſiſtenti appoſitis caducis. *Folium unicum radicale; ſcapus 1-florus, ſuccus hæmatodes.*

ARGEMONE, T. L. * *Argemone.* Calix interdum 3-phyllus. Petala interdùm 5 aut 6. Stigma capitatum diviſum perſiſtens. Capſula ovata 3-5 angula, inter angulos perſiſtentes & ſeminiferos apice ſemivalvis. *Flores ſolitarii terminales*; *ſuccus flaveſcens.*

PAPAVER, T. L. * *Pavot*, *Coquelicot.* Mohn. Stigma radiatum perſiſtens. Capſula ovata aut oblonga pluribus inſtructa receptaculis, (totidem quot radii ſtigmatis) ſeminiferis, ad parietes intùs prominulis, dehiſcens ad apicem ſub ſingulo radio totidem foraminulis infrà univalvibus. *Flores ſolitarii terminales*; *ſuccus lacteus.*

GLAUCIUM, T. * CHELIDONIUM, L. * *Glauciene.* Stigma capitatum, biſulcum, lateribus protenſum. Siliqua longa ſubcilyndrica 2-ſulca, 2-locularis, diſſepimento (an verum

diſſepimentum ?) tumido medullari obturante replum ſeminiferum biſcapum. *Flores ſolitarii terminales; ſtamina numeroſa; ſuccus non coloratus*. G. violacei *ſtigma 3-fidum & ſiliqua 1-locularis 3-valvis inſtructa 3 receptaculis pariter tumentibus.*

CHELIDONIUM, T. L. * *Chélidoine*, *Eclaire*, Schöllkraut. Stigma parvum bifidum. Siliqua longa tenuis 2-valvis 1-locularis diſſepimento nullo. *Pedunculi umbellatim multiflori axillares & terminales*; *flores lutei*, *circiter 12-andri; ſuccus flaveſcens.*

BOCCONIA, T. L. * *Boccone*. Petala nulla *ex Linn*. Stamina 8-12 aut plura. Stylus breviſſimus; ſtigmata 2 revoluta, intùs plumoſa. Capſula ovata compreſſa 2-valvis 1-ſperma, valvis liberis, replo ovali biſcapo perſiſtente. *Frutex; folia magna; flores paniculati terminales* (*8-andros vidi*) *diviſuris paniculæ 1-bracteatis; ſuccus flaveſcens.*

II. Stamina definita.

HYPECOUM, T. L. * MNEMOSILLA, Forsk. * Calix minimus. Petala 3-loba, 2 exteriora majora, 2 interiora conniventia. Stamina 4. Styli 2 breviſſimi; ſtigmata 2. Siliqua longa ſubarticulata articulis 1-ſpermis. *Folia multifida*, *pinnata aut pinnatifida; flores umbellato-corymboſi terminales lutei.*

FUMARIA, T. L.* CAPNOÏDES, T. * CYSTI-CAPNOS, Boerh.* *Fumeterre*. Erdrauch. Calix minimus. Petala inæqualia & irregularia, quorum 1 (rariùs 2) baſi calcaratum. Filamenta 2, baſi latiora & approximata, ſingula 3-antherifera, antherâ mediâ 2-loculari, lateralibus forsàn 1-locularibus. Stylus breviſſimus; ſtigma orbiculatum 2-ſulcum. Siliqua 1-ſperma brevis non dehiſcens, aut polyſperma longior 2-valvis *in Capnoïde T*, aut *in Cyſti-capno B*. capſularis globoſa inflata polyſperma 3-valvis. *Folia multipartita*, *interdùm 2-pinnata aut 2-ternata*, *racheos apice nonnunquàm cirrhoſo*; *flores ſpicati terminales.*

OBS. Ordo præcedenti affinis ex ſuprà dictis p. 260, Cruciferas aliundè contingit mediantibus Chelidonio & Hypecoo pariter tetrapetalis & ſiliquoſis & periſpermo deſtitutis, ab iis diſcrepans calice diphyllo & floribus non hexandris. An huic affinis Balſamina calice & corollâ ferè compar, fructu longè diſſimilis ?

ORDO III.

CRUCIFERÆ, *LES CRUCIFERES.*

(SCHOOTENGEWAECHSE. SILIQUOSÆ.)

CALIX tetraphyllus, plerumque deciduus. Petala quatuor in crucem diſpoſita (undè nomen ordinis), foliolis calicinis alterna, ſæpiùs unguiculata, diſco hypogyno inſerta. Stamina ſex ibidem inſerta, tetradynama, nempè quatuor majora geminatìm & duo minora ſolitariè adverſantia, calicinis foliolis oppoſita. Germen ſimplex, impoſitum diſco ſtaminifero nonnunquàm inter ſtamina majora & intrà minora tumente ac ideò tunc quadriglanduloſo; ſtylus unicus aut nullus; ſtigma ſæpiùs ſimplex. Fructus ſiliquoſus longus, aut ſiliculoſus brevis, plerumque bilocularis & polyſpermus, bivalvis valvis liberis in longum dehiſcentibus, appoſitis diſſepimento membranaceo marginato; & ultrà nonnunquàm roſtri inſtar prominulo, ad margines oppoſitos hìnc & indè ſeminifero. Corculum abſque periſpermo. Herbæ aut rariùs frutices ſuffruticeſve. Folia alterna (unico exemplo oppoſita). Flores plerumque non axillares, vagi aut ſpicati terminales aut rariùs paniculati.

I. Fructus ſiliquoſus. Stylus nullus.

RAPHANUS, T. L. * RAPHANISTRUM, T * *Raifort*, *Radis*. Rettig. Calix connivens. Diſcus germinis 4-glanduloſus. Siliqua (1-locularis *in Raphaniſtro T.*) teres articulata, articulis ventricoſis toroſa. *Radix tuberoſa, fuſiformis aut ſphæroïdea. Petala* R. Raphaniſtri *venoſa.*

SINAPIS, L. * SINAPI, T. * *Sanve*, *Moutarde.* Senf. Calix patentiſſimus. Petala unguibus rectis. Diſcus germinis 4-glanduloſus. Siliqua infernè toroſa, diſſepimento valvulis ſæpè duplò longiore roſtriformi. *Genus ex Crantzio idem cum Raphano.*

BRASSICA, T. L. * NAPUS, T. * RAPA, T. * ERUCA, T. * *Chou*, *Navet*, *Rave.* Kohl. Calix connivens baſi gibbus. Diſcus germinis 4-glanduloſus. Siliqua teres compreſſa, diſſepimento valvis paulò longiore. *Flores paniculati aut ſpicati; radix fuſiformis in* Napo. T., *ſphæroïdea in* Rapa. T.; *utriuſque calix corollæ concolor,* Braſſicæ T. *vireſcens; ſtylus* Erucæ T. *enſiformis*; *folia* B. oleraceæ *maxima craſſiuſcula, in roſam ſæpè conferto-capitata.*

TURRITIS, T. L. * *Turrete.* Calix connivens. Siliqua longiſſima ſtricta angulata. *Caulis ſimplex erectus; ſpica florum longa terminalis.*

ARABIS, L. * LEUCOÏUM, T. * TURRITIS, T. * Calix connivens, foliolis 2 majoribus baſi gibbis. Diſcus germinis 4-glanduloſus, glandulis ſquamiformibus oblongis reflexis. Stigma ſimplex. Siliqua longa compreſſa linearis. *Quibuſdam habitus Turritidis.*

HESPERIS, T. L. * TURRITIS, T. * *Julienne.* Nachtviole. Calix connivens & clauſus, foliolis 2 baſi gibbis. Petala obliquè flexa. Diſcus germinis intrà ſtamina minora 2-glanduloſus. Stigma baſi 2-furcum ſupernè connivens. Siliqua ſtricta compreſſo-plana.

HELIOPHILA, L. * Calix patens, foliolis 2 baſi veſiculoſis obtegentibus 2 glandulas recurvatas, è diſco enatas. Siliqua teres ſubtoruloſa mucronata. *Hujus congener* Chamira *Thunb. eadem cum* H. Circæoïde LS. *ex D. Smith.*

CHEIRANTHUS, L. * LEUCOÏUM, T. * HESPERIS, T. *Giroflée*, Leucoje. Calix oblongus connivens clauſus, foliolis 2 baſi gibbis. Diſcus germinis 2-glanduloſus. Stigma 2-fidum. Siliqua longa compreſſa ſub4-gona apice 2-dentata; ſemina *in Leucoïo T.* marginata, aut *in Heſperide T.* nuda. *Ex Lamark Dict. ſpecies aliæ diſco 2-glanduloſo Heſperidi conſociandæ, aliæ non glanduloſæ Cheirantho attribuendæ cum adjectis Eryſimis 4-6 Linn. ſyſt. ed 14., excluſo diſci glanduloſi caractere Linnæano.*

ERYSIMUM, T. L. * SISYMBRIUM, T. * HESPERIS, T. * TURRITIS, T. * *Velar.* Hederich. Calix connivens clauſus. Diſcus germinis 2-glanduloſus, intrà ſtamina brevia. Stigma capitatum. Siliqua columnaris exactè tetraëdra. *Ex Lamark ſpecies una Heſperidi, altera Erucæ ab ipſo reſtitutæ, quædam Cheirantho affiniores &* E. officinale L. *unicum in genere perſiſtit.*

SISYMBRIUM, T. L. * ERYSIMUM, T. * ERUCA, T. * HESPERIS, T. * Rauke. Calix patens. Petala patentia, ungue

brevi. Stigma 1. Siliqua longa teres, valvis rectis non elaſticis, diſſepimento iiſdem paulò longiore. *Folia ſimplicia aut pinnatifida aut pinnata; flores ſpicati aut paniculati, aut rariùs ſolitarii axillares. Siliqua brevis ovata in* S. amphibio *&* S. ſylveſtri *quæ* Radicula *Dill. Hall. &* Roripa *Scop.*; *eadem longiſſima tenuis in* S. Sophiâ *2-3-pinnatifoliâ.* S Naſturtium L. *Cardamini affinius ex D. Lamark, fructu licèt non elaſticè diſſiliente.*

CARDAMINE, T. L. * SISYMBRIUM, T. L. * *Creſſon.* Gauchblume. Calix parvus hiulcus. Petala patentia, unguibus longis erectis. Siliqua elaſticè diſſiliens, valvis à baſi ad apicem revolutis, diſſepimento æqualibus. *Folia ſimplicia aut ternata aut pinnata. Flores interdùm abortu 4-andri in* C. hirſutâ *& apetali in* C. impatiente. *Valvæ fructûs non revolutæ in* C. petreâ, *nec in* C. fontanâ *Lamark quæ* Siſymbrium Naſturtium L. *cæteris Siſymbriis minùs affine.*

DENTARIA, T. L. * *Dentaire.* Calix oblongus connivens. Petala plana unguiculata. Stigma emarginatum. Siliqua ut in Cardamine diſſiliens, diſſepimento valvis longiore. *Radix carnoſa, tuberculis dentata; folia ſæpiùs digitata aut pinnata. Diſcus germinis in quibuſdam 4-glanduloſus ex Scopolio.*

RICOTIA, L. * LUNARIA, T. * Calix connivens. Petala apice plana obcordata. Siliqua 1-locularis oblonga compreſſa valvis planis, circiter 4-ſperma. *Folia pinnata, foliolis lobatis. Lunariæ fructus ſed 1-locularis anguſtior.*

II. Fructus ſiliculoſus. Stylus unicus.

LUNARIA, T. L. * *Lunaire.* Mondviole. Calix connivens, foliolis 2 baſi gibbis & ſaccatis. Silicula magna integra elliptica compreſſo-plana pedicellata, valvis planis diſſepimento æqualibus & parallelis; ſemina pauca compreſſa. *Folia ſimplicia, inferiora ſæpè oppoſita. Lunaria rediviva v. Batſch. Anal. Flor. P. II. n. 20. p. 2-9.*

BISCUTELLA, T. * THLASPIDIUM, T. * Calix Lunariæ, coloratus. Petala oblonga apice patentia. Silicula compreſſo-plana, bis orbiculata orbiculis 1-ſpermis, latere adnatis imo ſtylo. *Folia ſimplicia; calicina quarumdam foliola profundiùs ſaccata, intùs glanduloſa & mellifera.*

CLYPEOLA, L. * JONTHLASPI, T. * ALYSSON, T. * PELTARIA, Jacq. L. * Calix erectus. Petala oblonga integra. Siliculata orbiculata compreſſo-plana 1-locularis 1-ſperma. *Folia ſimplicia. Hùc* Peltariam L. *revocant Arduinus & Lamark, Tournefortioque aſſentientes* C. maritimam *&* C. tomentoſam L. *utramque 2-locularem Alyſſo reſtituunt.*

ALYSSUM, T. L * Alyssoïdes, T. * Vesicaria, T. * Calix connivens. Petala apice patentia. Staminum filamenta 2 in quibuſdam introrsùm baſi dentata. Silicula 2-locularis, ſtylo acuminata, *in Alyſſo T.* orbicularis compreſſa valvis conformibus, aut ventricoſa valvis elliptico-hemiſphæricis & ſeminibus *in Alyſſoïde T.* marginatis planis, *in Veſicariâ T.* ſubrotundis nudis. *Folia ſimplicia, ſæpè pilis ſtellatis obtecta; flores lutei, aut cærulei vel albi; luteorum filamenta 2 baſi dentata, 4 longiora nonnunquàm apice 2-furca; cæterorum omnia nuda. Calyx* A. calicini *perſiſtens. Species quædam ſuffruteſcentes, quædam (5. 6. 11. Linn.) ex D. Lamark Drabæ congeneres fructu breviori ovato, aliae ſiliculis inflatis ex eodem Veſicariae genus redintegraturae.*

SUBULARIA, L. * Calix modicè patens. Petala obovata. Stylus brevis. Silicula integra ovoïdea, valvis diſſepimento parallelis. *Herbula aquatica foliis ſubulatis. Genus vix à ſequenti diſtinctum.*

DRABA, L. * Alysson, T. * Lunaria, T. * *Drave*, Hungerblume. Calix erectus. Petala oblonga, modicè patentia, ungue brevi, nunc integra, nunc emarginata aut 2-partita. Stylus vix ullus. Silicula ovalis oblonga ſubcompreſſa, ſtylo deſtituta, valvis planiuſculis diſſepimento parallelis. *Caulis folioſus, aut ſubnudus foliis radicalibus conſertis. Hùc à D. Lamark revocantur* Alyſſum deltoïdeum *&* A. incanum L., *necnon* A. clypeatum L. *cujus filamenta denticulata, fructus multò major, flores interdùm axillares.*

COCHLEARIA, T. L. * Lepidium, T. * Nasturtium, T. * *Cranſon.* Löffelkraut. Calix hiulcus foliolis concavis. Petala patentia. Stylus brevis. Silicula cordata turgida emarginata ſubſcabra, ſtylo acuminata, valvulis gibbis obtuſis. *Caulis plerumque erectus; folia in plurimis ſimplicia, pinnatifida in* C. Coronopo *cujus praetereà caules diffuſi, flores glomerati & ſiliculae rugoſae criſtatae genus fortè diſtinctum indicant.* Myagrum ſaxatile L. *Cochleariae congener ex D. Lamark.*

IBERIS, L. * Thlaspi, T. * Thlaspidium, T. * Iberis. Calix patens. Petala patentia; horum 2 exteriora majora. Silicula orbicularis ſubcompreſſa, margine acuto ſuprà emarginato cincta, diſſepimento contracto valvis navicularibus compreſſis oppoſito. *Folia ſimplicia aut pinnatifida; flores purpuraſcentes aut albi, ſaepè ſpicato-corymboſi. Species quaedam ſuffruteſcentes.*

THLASPI, T. L. * Bursa pastoris, T. * *Thlaſpi.* Täſchelkraut. Calix patulus. Petala æqualia. Silicula Iberidis obcordata & ſimiliter acutè marginata. *Folia ſimplicia. An genere diſtinguendum* T. Burſa paſtoris L. *ſeu* Capſella *Caeſalp, cui ſilicula triangularis non marginata?*

LEPIDIUM, T. L. * NASTURTIUM, T. * *Paſſerage.* Kreſſe. Calix patulus. Petala æqualia. Silicula Iberidis & Thlaſpeos, ſed cordata rotundior, *in Naſturtio T.* margine acutior & ſuprà emarginata, *in Lepidio T.* margine obtuſior & non emarginata. *Folia* Naſturtii *ſimplicia*, Lepidii *pinnatifida aut pinnata. Species quaedam ſuffruteſcentes, quaedam abortu 4-andrae aut 2-diandrae, una apetala.*

ANASTATICA, L. * THLASPI, T. * *Jeroſe*, *Roſe de Jéricho.* Calix erectus. Petala patentia. Stylus ſubulatus perſiſtens. Silicula loculis 1-ſpermis breviſſima, valvularum diſſepimento longiorum apice obliquatìm truncato, indè ſuprà retuſa aut inſtar fiſſi pedis centro depreſſa. *Folia ſimplicia*; *flores minimi glomerati. Herbula ramoſa, ramis virentibus patulis, ſiccatione contractis. Myagro congener* A. ſyriaca L. *cui ſilicula ovoïdea in mucronem articulatum deſinens.*

VELLA, L. * Calix erectus cylindraceus. Petala longiùs unguiculata, apice patentia. Silicula globoſa, diſſepimento valvis duplò longiore, ſuprà ovato & complanato. *Suffrutices integrifolii, aut herba foliis pinnatifidis. Staminum filamenta 4 majora in* V. Pſeudocytiſo *caſtrata.*

MYAGRUM, T. L. * CAMELINA, Dod. * RAPISTRUM, T. * *Cameline.* Leindotter. Calix modicè patens. Petala unguiculata. Silicula ſtylo conico terminata, loculo ſubi-ſpermo. *Hic à Linnaeo congeruntur 1°.* Myagrum T. *ſiliculâ turbinatâ compreſsâ 3-loculari non dehiſcente, loculis 2 ſuperioribus vacuis, 1 inferiore 1-ſpermo*; *2°.* Camelina *Dodon. ſiliculâ pyriformi 2-loculari polyſpermâ 2-valvi, cujus fortè congeneres* Alyſſoïdes T. *&* Veſicaria T. *Alyſſo nunc adjectae; 3°.* Rapiſtrum T. *ſiliculâ nunc oblongâ 2-articulatâ, nunc ſphaericeâ acuminatâ 2-loculari, articulo aut loculo altero vacuo, altero 1-ſpermo vix dehiſcente. Praeterea his addit D. Lamark* Anaſtaticam ſyriacam, *& pleraſque Buniae ſpecies, fructu ſphæriceo aut 4-gono, & Siſymbria quædam ſiliquâ brevi* (Radicula *Hall.*) *2-loculari polyſpermâ, rejiciens* M. ſaxatile L *ad Cochleariam ob fructum ovatum 2-locularem polyſpermum. Specierum tali cumulatione ægrè definiendum genus: an potiùs iiſdem iterùm collatis reſtituenda partìm priſca genera?*

BUNIAS, L. * ERUCAGO, T. * Calix patens. Petala longiora, unguibus erectis. Stylus ſubnullus. Silicula tetraëdra angulis inæqualibus acuminatis muricata. *Genera hùc à Linnæo convocata ſunt 1°.* Bunias *fructu ſphæriceo rugoſo aut echinato, 1-2-loculari, 1-2-ſpermo non dehiſcente; 2°.* Erucago T. *fructu 4-gono angulis ſcabroſo-criſtatis, ſuprà infràque 2-loculari non dehiſcente, loculis quatuor 1-ſpermis; 3°.* Cakile T. *fructu lanceolato 2-articulato, articulo utroque 1-ſpermo. Buniam & Erucaginem Myagro adjicit D. Lamark intacto Cakile: an potiùs triplex ſervandum genus?*

CRAMBE, T. L. * RAPISTRUM, T. * Calix modicè patens. Petala unguiculata, apice patentia. Staminum 4 majorum filamenta apice 2-furca, hinc antherifera. Diſcus germinis inter eadem 2-glandulofus. Stylus ſubnullus. Silicula globoſa ſubbaccata 1-ſperma non dehiſcens. (*Bacca ſicca potiùs benemonente Ehrhart. U.*) *Folia Acanthi aut Braſſicæ magna*; *panicula ramoſiſſima multiflora alba.* C. fruticoſa LS. *filamentis non bifurcis & ſiliculis biarticulatis*, *Myagri congener ex Jacq.*

ISATIS, T. L. * *Paſtel*, *Guède.* Wayd. Calix modicè patens. Petala unguiculata patentia. Stylus o; ſtigma capitatum. Silicula (Fraxini) linguæformis ovato-oblonga compreſſa non dehiſcens, medio tumens 1-lineata & 1-ſperma. *Herbæ tinctoriæ altiſſimæ*; *folia ſimplicia*; *flores numeroſi paniculati terminales lutei.*

Obs Ordo verè naturalis omnium conſenſu, facile definiendus, complectens Cruciferas Tournefortii & Tetradynamiam Linnæi, paucis horum generibus rejectis. Primaria ſiliquarum & ſilicularum partitio utilis. Generica ſigna ex Linnæo mutata nunc naturalia, nunc interdùm merè ſyſtematica ac varia, iterùm ergò conferenda in integro ſimul ordine collatis omnibus ſpeciebus, ut æquabiliori & abſolutâ diſtributione arbitraria ac moleſta nimìs ſiſtatur generum nominumque mutatio.

ORDO IV.

CAPPARIDES, *LES CAPRIERS.*

CALIX polyphyllus aut monophyllus partitus. Petala quatuor aut quinque, calici ſæpiùs alterna. Stamina definita aut ſæpiùs indefinita. Germen ſimplex, ſæpè ſtipitatum, ſtipite interdùm ſtaminifero, ejuſdem baſi nonnunquàm hìnc glandulosâ; ſtylus nullus aut raro unicus; ſtigma ſimplex. Fructus polyſpermus, ſiliquoſus aut baccatus unilocularis (raro multilocularis?); ſemina ſæpè reniformia placentis parietinis

affixa. Corculum abſque periſpermo, incurvum radiculâ in lobos pronâ. Caulis herbaceus aut fruteſcens arboreuſve. Folia alterna, ſimplicia integra aut rariùs ternata vel digitata, baſi interdùm biſtipulacea aut biſpinoſa aut biglanduloſa.

CLEOME, L. * SINAPISTRUM, T * *Mozambé.* Calix 4-phyllus parvus patens deciduus. Petala 4 ſecunda aſcendentia. Stamina in plurimis 6, in paucioribus 4 aut 10-24, nunc petalis proxima, nunc ſummo ſtipiti germinifero infixa, filamentis declinatis. Germen ſtipitatum ſtipite longo aut brevi, glandulis 3 cincto ſub foliolis 3 calicinis ſuperioribus; ſtylus o; ſtigma capitatum. Siliqua ſtipitata aut ſubſeſſilis, oblonga, cylindracea aut ſubcompreſſa, 1-locularis polyſperma, 2-valvis valvis liberis replo 2-ſcapo utrinque ſeminifero appoſitis. *Frutices aut herbæ; plerumque graveolentes; folia baſi 2-glanduloſa aut rariùs 2-ſpinoſa, ſimplicia aut ternata aut digitata; flores ſpicati terminales, pedicellis bracteatis. Hujus congeneres* Siliquaria *Forsk & fortè* Roridula *ejuſdem, licèt ex Autore 4-andra & 1-petala 4-partita.*

CADABA, Forsk. * Calix 4-phyllus patens deciduus. Petala 4 unguiculata, interdùm nulla. Stamina 5, ſummo germinis ſtipiti inſerta, filamentis filiformibus, antheris erectis. Germen ſtipitatum, baſi ſtipitis hinc appendiculatâ, appendice infrà tubulosâ & ultrà ligulatâ; ſtylus o; ſtigma 1. Siliqua ſtipitata cylindracea 1-locularis 2-valvis valvis revolutis, polyſperma ſeminibus triplici ſerie in pulpâ reconditis. *Arbores aut frutices; folia ſimplicia, baſi ſub2-glanduloſa; flores ſpicati terminales, in* C. rotundifoliâ *apetali. Caracter ex Forsk.* Cleomem fruticoſam L. *hùc refert D. Lamark, licèt 4-andram.*

CAPPARIS, T. L. * BREYNIA, Pl. * *Caprier.* Kaperſtrauch. Calix 4-phyllus aut 4-partitus, foliolis concavis, 2 inferioribus baſi gibbis. Petala 4 magna. Stamina numeroſa, filamentis longis. Germen inſidens ſtipiti non ſtaminifero, infrà hinc glanduloſo intrà foliola calicina gibba; ſtylus o; ſtigma capitatum. Fructus *in Capparide T.* baccatus ovatus ſphæriceuſve, *in Breyniâ Pl.* ſiliquæformis interdùm longiſſimus 1-locularis polyſpermus, ſeminibus parieti affixis, in pulpâ nidulantibus. *Frutices; folia ſimplicia, in baccatis ſæpè baſi 2-ſpinoſa, in ſiliquoſis plerumque nuda aut ſub2-glanduloſa; flores ſolitarii axillares aut ſubcorymboſi terminales.*

SODADA, Forsk. * Calix 4-phyllus foliolo ſuperiore majore gibbo. Petala 4 inæqualia: horum 2 ſuperiora ovata breviora; ſub foliolo calicino majore. Stamina 8 inæqualia, antheris

lanceolatis recurvis. Germen ſtipitatum ſtipite longo, 4-ſulcum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus ruber, nuce Coryli major. *Frutex ramis ad ſingulos ocellos 2-ſpinoſis; folia nulla aut mox decidua; pedunculi inter ſpinas terni 1-flori. Caracter ex Forsk. Hujus congener* Hombak *Lippi mſſ. cui ſtamina 2, bacca ſtipitata cerasiformis 8-9-ſperma ſeminibus cochleatis, cætera ſimilia.*

CRATEVA, L. * Tapia, Pl. * Calix 4-fidus inæqualis deciduus. Petala 4 ſecunda. Stamina plurima, ad latus oppoſitum declinata, ſtipiti germinis inſerta. Germen ſtipitatum; ſtylus 6; ſtigma capitatum. Bacca pomiformis aut ovata, longè ſtipitata, tenuiter corticata (2-locularis *ex Brown.*) polyſperma ſeminibus in carne nidulantibus. *Arbores; folia ternata; flores paniculati terminales.* C marmelos L. *Aurantiis affinior hinc eliminanda.*

MORISONIA, Pl. L. * *Mabouïa d'Amérique.* Calix lacero-bifidus. Petala 4 patentia. Stamina numeroſa, filamentis baſi in tubum connatis. Germen ovatum pedicellatum; ſtylus o; ſtigma latum umbilicatum. Bacca pomiformis, ſtipitata ſtipite craſſiore, 1-locularis cortice duro, polyſperma ſeminibus reniformibus in molli carne nidulantibus. *Arbor; folia ſimplicia; pedunculi alternè multiflori, axillares.*

DURIO, Rumph. L * *Durion.* Calix urceolatus 5-lobus deciduus. Petala 5 calice minora. Staminum filamenta 5 baſi plana, apice 7-8-fida laciniis ſubulatis antheriferis; antheræ 35-40 contortæ. Germen ſtipitatum; ſtylus 1; ſtigma...Pomum maximum ſubrotundum undique muricatum mucronibus polyedris, 5-loculare, 5-fariàm dehiſcens, loculis 1-5-ſpermis; ſemina magna, mucosâ carne obvoluta in arillo membranaceo. *Arbores; folia ſtipulacea petiolo tumido; flores ex ramis & ramulis racemoſo-faſciculati, pedunculo communi craſſo, involucro faſciculi 2-3-phyllo caduco; fructus (Artocarpi) eſculentus. Caracter ex Rumph. & Linn. Moriſoniæ affinis. An verè 1-ſtylus? Rumphius 1. p. 100 deſcribit ſtylum (ſtipes?) longum qui gerit capitulum (ſtigma?) luteum oblongo inſidens piſtillo (germen?) granuloſo. An fructus verè multilocularis? An ſemina receptaculis lateralibus affixa?*

Genera Capparidibus affinia.

MARCGRAVIA, Pl. L. * Calix 6-partitus perſiſtens, laciniis coriaceis ſubrotundis, 2 extimis minoribus. Petalum 1 conicum integrum coriaceum, ſtaminibus & piſtillo incumbens inſtar calyptræ, baſi abſcedens, caducum. Stamina numeroſa poſt petali lapſum patentia, antheris oblongis erectis. Germen 1; ſtylus o; ſtigma craſſum perſiſtens. Capſula coriacea ſubglo-

boſa, multilocularis multivalvis polyſperma, ſeminibus numeroſis minutis in pulpâ nidulantibus. *Frutex paraſiticus ſarmentoſus, arboribus Hederæ inſtar adhærens, ramis floriferis ſæpè pendulis; folia alterna diſticha integra coriacea; flores umbellati terminales penduli, pedunculis 5 centralibus non floriferis, terminatis ſacculo cucullato oblongo obtuſo coriaceo, intùs cavo, ad unguem aperto, petalum Aquilegiæ aut Aconiti æmulante; fructus ſæpè 10-locularis ex Jacq. Amer. Genus ex Bern Juſſæo & Linn. ord. nat. 25 Capparidibus affine. An corculum ſeminis idem?*

NORANTEA, Aubl. * Calix 5-7-partitus coriaceus patens. Petala 5 brevia, hypogyna, calicinis laciniis alterna. Semina 40-50 hypogyna, filamentis brevibus, antheris oblongis. Germen 1; ſtylus vix ullus; ſtigma capitatum. Fructus . . . 1-locularis polyſpermus. *Arbor; folia alterna integra craſſa; flores laxè ſpicati terminales, in ſpicâ alterni ſubſeſſiles 1-bracteati; bractea longa unguiculata, Marcgraviæ ſacculo cucullato ſimillima. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 220. Genus Marcgraviæ conterminum.*

RESEDA, T. L. * LUTEOLA, T. * SESAMOÏDES, T. * *Reſeda, Gaude.* Wau. Calix 4-6-partitus. Petala hypogyna, 4-6 aut plura, irregularia, nunc omnia 3-fida, nunc quædam indiviſa, ſupremo ad baſim glanduloſo gibbo & mellifero. Stamina 11-15 hypogyna, filamentis brevibus, antheris erectis. Germen ſubſeſſile; ſtyli 3-5 aut 0; ſtigmata 3-5. Capſula angulata 1-locularis polyſperma, receptaculis ſeminiferis 3-5 angularibus; ſemina numeroſa reniformia; corculum incurvum abſque periſpermo. *Herba; folia alterna baſi 2-glanduloſa, indiviſa in* Luteolâ T. *&* Seſamoïde T., *partita in* Reſedâ T.; *flores ſpicati terminales; capſula* Reſedæ *oblonga priſmatica apice retuſa,* Luteolæ *brevior profundiùs diviſa & quaſi 3-roſtris,* Seſamoïdis *5-partita patens, quaſi ſtellatim 5-capſularis. Numerus partium varius, conſtans hiatus capſulæ & glandula petali ſupremi. Genus à Capparidibus diſcrepans petalorum & ſtigmatum numero, cæterùm affine præcipuè corculo.*

DROSERA, L. * ROSSOLIS, T. * *Roſſolis.* Sonnenthau. Calix 5-fidus perſiſtens. Petala 5 hypogyna, calici alterna. Stamina 5, hypogyna, petalis alterna; antheræ filamentis adnatæ. Germen ſuperum; ſtyli 5; ſtigmata 5 ſimplicia. Capſula calice cincta 1-locularis 3-5-valvis polyſperma; ſemina minutiſſima, receptaculo infimo centrali libero ramoſo annexa. *Herbæ; folia radicalia alterna ciliis glanduloſis tecta, petiolo baſi intùs aucto appendice ciliatâ; flores in ſcapo ſpicati (ſolitarii in* D. uniflorâ *Commerſ. Magell.); ſcapus junior ab apice ad baſim in ſpiram involutus. In* D. Luſitanicâ *ſcapus cauliformis ramoſus & flores 10-andri. In* D. ciſtiflorâ *folia in caule ſimplici 1-floro alterna, ſtigmata dichotomè pluriès partita. An ſpecies utraque*

verè congener? Genus Reſedæ affinius quàm Capparidibus, hic repoſitum donec hujus innoteſcat ordo. An corculum abſque periſpermo?

PARNASSIA, T. L. * Parnaſſie. Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 hypogyna, calici alterna; ſquamæ 5 interiores, unguibus petalorum inſertæ, ciliatæ ciliis apice globoſis. Stamina 5 hypogyna, petalis alterna; antheræ incumbentes. Germen 1; ſtylus 0; ſtigmata 4 perſiſtentia, inter quæ foramen. Capſula ſub4-gona 1-locularis (4-locularis?) apice 4-valvis polyſperma valvis medio ſemiſeptiferis atque ſeminiferis. *Herba; folia radicalia cordata enervia; ſcapus medio 1-folius, apice 1-florus. In* P. polynectariâ *Forsk. Æg. 207. petala baſi intùs 2-ſquamoſa, ſtigmata 2-labiatum, caulis ramoſus, folia oppoſita, pedunculi terminales 1-flori: an ſpecies verè congener? Genus affine parumper Reſedæ, ad parietes ſeminiferum ut in Capparidibus, ſed habitu diverſiſſimum & rectiùs poſthàc ordinandum. An corculum abſque periſpermo?*

Obs. Corculum incurvum abſque periſpermo, fructus unilocularis ad parietes ſeminifer, germen ſæpè ſtipitatum & ſtigma ſimplex præcipua ſunt ordinis verè naturalis ſigna. Hìnc Cruciferis accedit ſtaminibus Cleomes frequentiùs ſenis & fructu ejuſdem ſiliquoſo non tamen biloculari & ſeminum ſitu; indè corculo incurvo & corollâ 4-petalâ & calice 4-phyllo ad Sapindos dirigitur, diſſimiles ſtaminibus ſemper definitis & loculis monoſpermis in fructu ſæpè triloculari ac quaſi tricapſulari. Viola & Paſſiflora Capparidibus anteà adjectæ utpotè ſimiliter ad parietes ſeminiferæ, aliis ordinibus rectiùs adjiciendæ quia periſpermo carnoſo inſtructæ.

ORDO V.

SAPINDI, *LES SAVONIERS.*

CALIX polyphyllus, aut monophyllus ſæpè partitus. Petala quatuor aut quinque, diſco hypogyno inſerta, nunc nuda, nunc intùs medio villoſa aut glanduloſa, nunc petalo interiore aucta. Stamina ſæpiùs octo, diſco hypogyno inſerta, filamentis diſtinctis. Germen ſimplex; ſtylus unicus aut triplex; ſtigma unicum aut duplex triplexve. Fructus drupaceus aut capſularis, uni, bi vel trilocularis, aut uni, bi vel tricoccus, loculis aut coccis monoſpermis. Semina angulo loculorum interiori affixa. Corculum abſque periſpermo, radiculâ incurvâ in lobos ſæpè incurvos. Caulis arboreſcens aut fruteſcens aut rariùs herbaceus; folia alterna.

I. Petala duplicata, ſeu petalo interiore ad unguem aucta.

CARDIOSPERMUM, L. * CORINDUM, T. * Calix 4-phyllus. Petala 4 duplicata. Stamina 8. Styli 3; ſtigmata 3. Capſula membranacea, veſicaria inflata 3-loba 3-locularis (quaſi 3-capſularis), ſeminibus parvis rotundis cordatâ maculâ ad hylum notatis. *Herbæ; folia biternata; pedunculi ſolitarii axillares longi, ſub apice bicirrhoſi, ultrà corymboſo-multiflori*

PAULLINIA, L. * SERJANIA, Pl * CURURU, Pl. * Calix 4-phyllus. Petala 4 duplicata baſi glanduloſa. Stamina 8. Capſula pyriformis 3-gona *in Serjaniâ Pl*, aut apice 3-cocca & ſubtùs membranacea 3-alata *in Cururu Pl.*, 3-locularis 3-valvis; ſemina ſubovata. *Frutices ſcandentes ſarmentoſi, habitu Vitis; folia 1-2-3-ternata aut impari-pinnata aut ſuprâde-*

compoſita; *pedunculi ſolitarii axillares*, *medio 2-cirrhoſi*, *ultrà racemoſo-multiflori*. *Styli 3*: *ſtigmata 3*.

SAPINDUS, T. L. * *Savonier*. Seifenbeerbaum. Calix 4-phyllus coloratus, foliolis 2 exterioribus. Petala 4 duplicata & baſi glandulofa. Stamina 8 (filamentis infernè hirſutis *ex Brown.*). Styli 3; ſtigmata 3 (ſtylus 1, ſtigma 1, *ex Brown.*). Capſulæ 3 globoſæ carnoſæ connatæ, quarum 2 ſæpè abortivæ; ſemina ſphæricea. *Arbores*; *folia abruptè aut ſubimpari-pinnata aut ternata*, *flores paniculati terminales*. *Congener ex Linn. ſuppl. Koelreuteria Laxm. Petrop. v. 16. p. 561 t. 17. L'Herit. Sert. Angl. diſtincta ex D. L'Herit. calice 5-phyllo*, *ſquamis petalorum 2-partitis*, *germine ſtipitato*, *ſtylo 3-gono*, *capſula 3-loculari*, *loculis 2-ſpermis*.

TALISIA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5, calici alterna, ungue intùs ſquamuloſo. Stamina 8 brevia. Germen 4-loculare; ſtylus 1 breviſſimus; ſtigma 1. Fructus... *Arbuſcula*; *folia alternè & impari-pinnata*; *flores pedunculati axillares & terminales*, *bracteolati*. *Caracter ex Aubl. Guyan. t. 136*.

APORETICA, Forſt. * Calix 4-phyllus, foliolis 2 exterioribus. Petala 4; ſquamulæ 4 interiores minimæ. Stamina 8, antheris ſubrotundis. Germen didymum; ſtyli 2 baſi juncti; ſtigmata 2 divaricata. Fructus. . geminus, uterque 1-ſpermus. *Folia ternata*; *flores quidam maſculi*. *Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 66. Confer cum Schmideliâ & Ornitrophe*.

II. Petala ſimplicia.

SCHMIDELIA, L. * USUBIS, Burm. * Calix 2-phyllus coloratus. Petala 4 minora. Stamina 8, antheris ſubrotundis. Germen didymum pedicellatum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Fructus 2... monoſpermi. *Frutex*; *folia ternata*; *flores racemoſi axillares*. *Caracter ex Burm. Ind. & Linn. Confer cum Aporeticâ & Ornitrophe*.

ORNITROPHE, Commerſ. * Calix 4-partitus. Petala 4, in medio diſco barbata ac quaſi criſtata. Stamina 8. Germen didymum; ſtylus 1; ſtigma 2-fidum. Drupa (germine uno abortivo, altero ſuperſtite) pyriformis, parva, parùm pulpoſa, fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbuſcula*; *folia ternata*; *flores racemoſi axillares*, *in racemulis ſecundi*, *plures maſculi*. *Fructus Merulis gratus*, *undè* Bois de Merle *Borbonienſibus dicitur*. Ορνις *avis*, τροφὴ *cibus*. *Caracter ex ſicco. Confer cum Schmideliâ & Aporeticâ*. *An congener aut affinis* Voua-rana *Aubl. Guyan. t. 374?*

EUPHORIA, Commerſ. * Calix 1-phyllus parvus 5-dentatus aut 5-fidus. Petala 5 parva, medio intùs ſubvilloſa, reflexa. Stamina 6 aut ſæpiùs 8. Germen didymum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Fructus geminatus, alter plerumque abortivus rudimento ſuperſtite, alter ſphæriceus nuciformis, cruſtaceus aut

coriaceus, undique tuberculatus, 1-locularis intùs pulpoſus, nucleo ſolido ſphæriceo fœtus. *Arbores; folia abruptè pinnata, flores parvi paniculati terminales bracteolati, plurimi ſteriles. Hùc referuntur* Lit-chi *&* Lon-gan *Sinenſium fructus exquiſiti. Caracter ex Commerſ. & ex Incarvill. epiſt. & ex ſicco.* Εὔφορος *fertilis. An congener* Pometia *Forſt. Auſtr. t. 55 diſtincta calice 6-fido, corollâ 6-petalâ 6-andrâ, floribus fortè monoïcis, fructu lævi, quæ* Palorum arbor *Rumph. 3. t. 65 ex Forſtero.*

MELICOCCA, L. * Calix 4-partitus patens perſiſtens. Petala 4... inter lacinias calicinas reflexa. Stamina 8 brevia. Stylus 1 brevis; ſtigma latum, peltato-umbilicatum, lateribus oppoſitis productum. Drupa corticoſa ſubrotunda, interdùm 2-3-ſperma, ſæpè abortu 1-ſperma, ſeminibus coriaceis pulpâ propriâ obvolutis. *Arbor; folia abruptè pinnata bijugata coſtâ planâ; flores racemoſi terminales, ex Curaſſavienſibus incolis dioïci memorante Jacquinio. Caracter ex Jacq. & Linn.*

TOULICIA, Aubl. * Calix 5 partitus. Petala 4 (glandulis 3-4 villoſis apice marginata *ex Aubl.*). Stamina 8, alterna minora. Germen 3-gonum diſco ſtaminifero inſidens; ſtyli 3 breves; ſtigmata 3. Capſula 3-alata, 3-locularis, alis 2-valvibus, loculis 1-ſpermis. *Arbor; folia abruptè pinnata; flores ſpicato-paniculati axillares & terminales, in ſpicis glomerati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 140.*

TRIGONIS, Jacq. * Calix 5-phyllus. Petala 5 triangularia, baſi acuminata, intùs hirſuta, apice villoſa. Stamina 8 longiora, filamentis baſi hirſutis. Germen hirſutum; ſtylus o; ſtigma 1. Fructus... *Arbuſcula; folia abruptè pinnata, alternè 3-juga; flores racemoſi axillares parvi. Caracter ex Jacq. Amer. Confer cum Molineâ.*

MOLINÆA, Commerſ. * Calix 5-partitus. Petala 5 parva, calici alterna, ungue ſubvilloſo. Stamina 8, filamentis baſi villoſis. Germen diſco impoſitum ſubſtipitatum; ſtylus o; ſtigma 1. Capſula pedicellata coriacea 3-quetra, quaſi 3-alata 3-locularis 3-valvis 3-ſperma, valvis medio ſeptiferis. *Arbores aut arbuſculæ; folia abruptè pinnata 2 3-juga coriacea; flores racemoſi axillares, in racemis alterni bracteolati numeroſiſſimi, plures maſculi. Caracter ex ſicco & ex Commerſonio qui nomen deduxit tùm à Molinæo priſco Dalechampii operum editore, tum ab amiciſſimo D. Deſmoulins autore methodi plantarum Cluniacenſium in Florâ Burgundiacâ nuper evulgatæ. An Molineæ congener* Trigonis *Jacq.*

COSSIGNIA, Commerſ. * Calix 5 partitus perſiſtens. Petala 4, rariùs 5, baſi unguiculata. Stamina 6. Germen ſub3-gonum; ſtylus brevis; ſtigma 1. Capſula ovata ſubtomentoſa 3-gona 3-locularis, apice dehiſcens loculis 2-3-ſpermis, ſeminibus ſubrotundis receptaculo centrali affixis. *Frutices; folia ternata aut quinato pinnata; flores paniculati axillares & terminales. Ca-*

S 2

racter ex Commerſ. & ex ſicco. Nomen à D. de Coſſigny, Hiſtoriæ naturalis Indicæ conſulto & muneribus botanicis Coromandelianis Commerſoniani laboris fautore.

III. Genera Sapindis affinia.

MATAYBA, Aubl. * Calix 5-fidus. Petala 5, diſco calicino inſerta, ſingula ad unguem intùs 2-appendiculata ſeu 2-ſquamoſa. Stamina 8 diſco inſerta, filamentis villoſis. Germen 1; ſtylus 0; ſtigma 1. Capſula oblonga, utrinque compreſſa concava 1-locularis, 2-valvis valvâ alterâ nudâ, alterâ intùs medio 2-ſpermâ ſeminibus arillatis reniformibus. *Arbor; folia alterna, abruptè pinnata, ſtipulacea; flores paniculati axillares & terminales, diviſuris paniculæ bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 128. An Leguminoſis affinior? Fructus denuò introſpiciendus.*

ENOUREA, Aubl. * Calix 4-partitus, laciniis 2 oppoſitis majoribus. Petala 4 (imo calici inſerta?), ungue intùs ſquamuloſo, ſquamulâ villosâ. Horum 2 ampliora, baſi inſuper glanduloſa. Stamina 13 inæqualia, baſi connata, ſecunda, hinc diſco inſerta juxtà petala minora. Germen 3-gonum; ſtylus 0; ſtigmata 3. Capſula ſphæricea 3-valvis 1-locularis 1-ſperma; ſemen pulpâ farinaceâ ſub arillo obductum. *Frutex ſarmentoſus lacteſcens; folia alterna, oppoſitè & impari-pinnata; cirrhi quidam ſpirales axillares; flores ſpicati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan t. 235. A Sapindis differt ſtaminum numero & fructu 1-ſpermo, cæterùm ſimilis. An corculum idem?*

CUPANIA, Pl. L. * Monoïca. Calix 3-phyllus perſiſtens. MASC. Petala 5. Stamina 5 filamentis coalitis, antheris ſubrotundis. FŒM. Petala 3. Germen 1; ſtylus minimus 3-fidus; ſtigmata 3. Capſula coriacea turbinata 3-locularis 3-valvis loculis 2-ſpermis; ſemina ſubrotunda, arillo campanulato crenato ſemicalyptrata. *Caracter ex Linnæo, ipſo docente in vivis reformandus. Arbor Caſtaneæ facie; folia alterna magna, 7-8 in ſingulis ramulis, indè quaſi alternè pinnata; flores in ramulis nudis paniculati, ex Plumerio hermaphroditi; fructus ex eodem coriacei ſericei 3-ſpermi. Sic extant in herbarii mei ſpecimine frugifero aphyllo* Cupania *dicto, fortè tamen diſſimili, cui Sapindorum habitus & corculum idem & calix 5-partitus.*

PEKEA, Aubl. * *Pekea de Cayenne.* Calix 1-phyllus carnoſus 5-lobus. Petala 5 majora ovata, perigyna, calici alterna. Stamina numeroſa diſco inſerta; antheræ ſubrotundæ. Germina 4 diſco inſidentia in unum approximata; ſtyli 4 longiſſimi; ſtigmata 4. Drupæ 4 diſtinctæ compreſſæ ſubreniformes, hylo lineari oblongo ſuprà axim communem affixæ, (quædam interdùm abortivæ), fœtæ nuce conformi 1-ſpermâ

undique echinatâ ſetis rigidis pungentibus, drupaceæ carni ſubditis. Semen magnum, corculi radiculâ inferiore in lobos reflexâ, periſpermo nullo. *Arbores ramis oppoſitis; folia oppoſita digitata, juniora ſtipulis 2 involuta mox caducis; flores ſpicato-corymboſi terminales, pedunculis longis 1-floris medio ſubarticulatis. Drupæ nucleus edulis, ſimilis nucleo Mangiferæ. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 238-239 & ex fructu ſicco. Genus Sapindis affine fructibus pluribus 1-ſpermis & formâ ac ſitu corculi, ſed polyandrum 4-gynum & oppoſitifolium, affinius fortè Aceribus non tamen polyandris. Hujus congener videtur* Saouari *Aubl. t. 240, arbor foliis oppoſitis ternatis, cujus flores non obſervati, ſed drupæ (ſæpiùs unicæ, tribus abortivis) formâ, diſpoſitione & ſtructurâ interiore ſimiles, quas tamen in Muſæo meo aſſervatas Aubletius malè delineat.*

Obs. Ordo ſolidis definitus ſignis, complectens tamen fructus nunc tricapſulares nunc monocarpos triloculares, & ſtamina interdùm ſena octonis frequentioribus intermixta, & petala ſimplicia duplicata adjecta, & folia indiſcriminatìm abruptè aut impari-pinnata. Huic ut & Capparidibus corculum incurvum & radicula in lobos prona; ſimile etiam in ſubſequentibus Aceribus & præcipuè in Æſculo Sapindis contermino. An ſtamina verè hypogyna; an diſcus ſtaminifer à piſtilli fulcro, an ab imo calice exortus? An affinis Rourea Aubl., ut & nonnulla Terebintacearum genera? An indè earumdem cum Sapindis analogia?

ORDO VI.

ACERA, *LES ÉRABLES.*

CALIX monophyllus. Petala definita, rariſſimè nulla, circà diſcum hypogynum inſerta. Stamina eidem diſco medio impoſita, definita & petalis numero ſæpè inæqualia. Germen ſimplex, diſco impoſitum; ſtylus unicus aut rarò geminus; ſtigma unum aut duplex. Fructus multilocularis aut multicapſularis, loculis aut capſulis tribus aut geminis; ſemina in ſingulis ſolitaria, aut ad ſummum tria, angulo interiori affixa, quædam

ſæpè abortiva. Corculi periſpermo deſtituti radicula in lobos prona. Caulis arboreſcens aut fruteſcens. Folia oppoſita, non ſtipulacea. Flores racemoſi aut corymboſi, interdùm abortu diclines.

I. Fructus multilocularis.

ÆSCULUS, L. * HIPPOCASTANUM, T. * PAVIA, Boerh. * *Marronier d'Inde.* Roſscaſtanie. Calix tubuloſus 5-lobus. Petala 5, aut 4 (quinto deficiente in *Paviâ B.*), inæqualia; horum 2 ſuperiora anguſtiora. Stamina 7 inæqualia; antheræ ſubincumbentes. Germen deſinens in ſtylum conicum; ſtigma 1. Capſula coriacea, muricata in *Hippocaſtano T.* aut inermis in *Paviâ B.*, ſubrotunda 3-locularis 3-valvis, loculis 2-ſpermis; ſemina magna, hylo lato, cortice coriaceo, quædam abortiva. *Arbores; folia digitata; flores racemoſi terminales, pedicellis ſuprà racemum articulatis, quidam ſteriles; ſemen ferè Caſtaneæ, undè nomen vernaculum.*

II. Fructus multicapſularis.

ACER, T. L. * *Erable.* Ahorn. Calix ſæpè 5-partitus, rariùs 4-9-partitus. Petala totidem (rariùs nulla) calici alterna & plerumque concolora. Stamina ſæpè 8, rariùs 5-12; antheræ oblongæ. Germen didymum; ſtylus 1, interdùm 2-partitus; ſtigmata 2. Fructus 2-capſularis, capſulis compreſſis ſuperiùs in alam membranaceam divergentem attenuatis, 1-loculari-bus, 1-2-ſpermis *Arbores aut arbuſculæ; folia ſæpè palmata, rariùs impari pinnata aut ternata, petiolo infrà dilatato & ſemiamplexicauli; flores axillares & terminales, ſubcorymboſi aut racemoſi (in* A. rubro *aggregati) pedicellis baſi 1-bracteatis, interdùm ſexubus infœcundis aut abortivis maſculi aut fœminei hermaphroditis mixti aut diſtincti, interdùm etiam apetali corollâ deficiente, aut quaſi apetali petalis calici conformibus & concoloribus; fructus nonnunquàm luxurie 3-capſulares ut in Baniſteriâ.*

III. Genera hìnc Aceribus, indè Malpighiis affinia.

HIPPOCRATEA, L. * COA. Pl. * Calix minimus 5-partitus. Petala multò majora, baſi lata, apice concavo cucullata. Stamina 3, filamentis baſi latiore connatis; antheræ tranſverſìm ſuprà hiantes inſtar tubæ Germen ſimplex, diſco ſeu filamentorum tubo ſemiimmerſum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſulæ obovatæ compreſſæ magnæ, 2-valves valvis carinatis, 1-loculares 2-5-ſpermæ, ſeminibus compreſſis hìnc alatis. *Arbor ſcandens ſarmentoſa; ramuli oppoſiti; folia oppoſita ſtipulacea ſtipulis minimis; flores minimi dichotomè & umbellatim corymboſi axillares Affinis Malpighiis, ſed 3-andra & in capſulis non 1-ſperma.*

THRYALLIS, L. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5. Stamina 10, antheris ſubrotundis. Germen ſimplex; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-quetra 3-locularis, 3-partibilis, loculis 1-ſpermis exteriori angulo dehiſcentibus; ſemina glaberrima, mucronato-incurva. *Fruticulus ramis articulatis*; *folia oppoſita ſtipulacea; flores bracteolati*; *in ramulorum dichotomiâ racemoſi terminales. Caracter ex Linnaeo. A Malpighiis diſcrepat ſtylo ſimplici. An corculum rectum aut incurvum?*

Obs. An Æſculo omnimodè conveniat Acer licèt in multis ſimilis, nondùm patet? Æſculus Sapindis certè congruus, ab iis præcipuè diſcrepat calice tubuloſo oblongo, ſtaminibus ſeptenis & foliis oppoſitis. Acer Baniſteriam & congeneres in Malpighiis æmulatur fructu multicapſulari alato, calice partito, foliorum ſitu; differt ſtaminum numero, ſtylo non triplici, corculi radiculâ reflexâ & lobis rectis. Ordo igitur inter Malpighias & Sapindos medius, in eos fortè diſpertiendus. An diſcus ſtaminifer non hypogynus ſed perigynus, & indè cum Terebintaceis affinitas?

ORDO VII.

MALPIGHIÆ, *LES MALPIGHIES.*

CALIX quinquepartitus perſiſtens. Petala quinque, calici alterna, diſco hypogyno inſerta, unguiculata. Stamina decem, ibidem inſerta, alterna petalis, alterna calici oppoſita, filamentis interdùm baſi coalitis; antheræ ſubrotundæ. Germen ſimplex aut trilobum; ſtyli tres; ſtigmata tria aut ſex. Fructus tricapſularis aut monocarpus trilocularis, capſulis aut loculis monoſpermis. Corculi periſpermo deſtituti radicula recta, lobi baſi reflexi. Arbuſculæ aut frutices. Folia oppoſita ſimplicia ſubſtipulacea. Pedunculi terminales aut ſæpiùs axillares, uniflori plures, aut ſolitarii multiflori floribus ſubumbellatis aut ſpicatis paniculatiſve, pedicellis medio plerumque articulatis & biſquamuloſis.

I. Germen trilobum. Fructus tricapſularis.

BANISTERIA, Houſt. L. * Acer, Pl. * Calix parvus, laciniis 3-4 ſubtùs 2-glanduloſis. Petala ungue lineari. Stigmata 3. Capſulæ baſi tumidæ, ſuperiùs compreſſæ in alam ſimplicem excurrentes, 1-2 nonnunquàm abortivæ. *Frutices quandoque ſarmentoſi; foliorum petiolus interdùm apice aut baſi 2-glanduloſus. Cav. Monad. gen. non ſtipul. germ. Seſſili. Urceolat. Decandr. ſtyli tres, ſtigmata folioſa. Calix 5-partitus infernè glanduloſus. Petala 5-fimbriata, unguibus longis. Seratula unialata.*

TRIOPTERIS, L. * Hiræa, Jacq. * Calix minimus. Petala unguibus longis. Stamina alterna breviora. Stigmata 3-6. Capſulæ dorſo carinatæ, ſingulæ 3-alatæ alâ geminâ ſuperiore, unicâ inferiore. *Arbuſculae aut frutices ſaepè ſarmentoſi: flores oppoſiti paniculati, axillares & terminales. Iidem ex Linnæo apetali in* Triopteri, *mancâ quidem obſervatione in vivis iterandâ, cum certè 5-petali habeantur tum in* Acere *Pl. ic. 16 hujus ſynonymo Linnæano, tum in* Hiræâ *Jacq. aliundè ſimillimâ. Obſervante Cavanilleo ſtamina hujus ut & Baniſteriæ baſi monadelpho, & ſpecies inſuper quaedam 4-alatae, & una 1-alata ala membranacea magna capſulam ambiente, ab eodem in nova genera procudendae ſc. Tetrapteris Capſ. bivalv. monoſperm. tetrapt. Cav.*

II. Germen ſimplex. Fructus monocarpus.

MALPIGHIA, Pl. L. * *Malpighie.* Calix laciniis quibuſdam extùs 2-glanduloſis. Petala ungue lineari. Stamina filamentis baſi coalitis. Stigmata 3. Bacca globoſa, fœta nuce triplici oſſeâ angulatâ. *Arbores aut frutices, quidam ſarmentoſi; folia quorumdam ſubtùs aut margine ſetoſa, ſetis urentibus utroque fine liberis; petiolus in pluribus baſi intùs appendiculatus aut dilatatus; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori. An congener* Caucanthus *Forsk. frutex oppoſitifolius florum ſtructurâ & diſpoſitione ſimilis, fructu ignoto? In* M. Glabrâ *calicis laciniae 2 biglanduloſae, 2 uniglanduloſae, 1 nuda.* M. nitida *1-ſtyla ex Jacq; an verè congener? Cav. Monad. Gen. non ſtip. germ. ſeſſil. Urceolat. decandr. ſtyli 3 aut pauciores ſtigmata globoſa. Cal. 5-partit. infernè glandulos. Pet. 5. fimbriata longè unguiculata. Drupa fœta nuce 3-loculari aut nucibus 3 unilocularib.*

III. Genera Malpighiis affinia.

TRIGONIA, Aubl. * Calix 5-partitus inæqualis. Petala 5 hypogyna inæqualia, 1 ſuperiùs erectum baſi intùs excavatum foveâ ſimplici aut geminâ, 2 lateralia reflexa, 2 inferiora in carinæ modum connexa. Stamina ſæpè 10, interdùm 5-11, filamentis in vaginam baſi coalitis, quibuſdam nonnunquàm

ſterilibus. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſula ovata aut longior ſiliquæformis, extùs tomentoſa aut aſpera, 3-gona 3-locularis 3-valvis, valvis intùs tomentoſis, margine dehiſcentibus, medio affixis centrali receptaculo 3-gono, inter angulos tomentoſo & ſeminifero; ſemina lanuginoſa. *Frutices ſarmentoſi volubiles nodoſi; folia oppoſita ſtipulacea; flores ſpicati bracteati, ſpicis axillaribus aut paniculatim terminalibus. Caracter ex Aubl. Guyan t. 149-150, & ex fructu* T. villoſæ *immaturo. Habitus Malpighiarum, ſed germen 1-ſtylum & fructus diſpar polyſpermus. An Tribulis affinior? An corculum abſque periſpermo?*

ERYTHROXYLUM, Brown. L. * Calix turbinatus 5-dentatus. Petala 5 (an verè hypogyna?) ungue lato, ſquamulâ intùs inſtructo. Stamina 10, filamentis baſi in urceolum coalitis; antheræ ſubrotundæ. Germen 1; ſtyli 3; ſtigmata 3. Drupa oblonga cylindrico-angulata, fœta nuce conformi 1-ſpermâ; corculum lobis rectis abſque periſpermo. *Arbores aut frutices, ramis alternis, apice compreſſis; folia diſtichè alterna integra, ſquamulâ axillari compreſsâ ſemiamplexicauli ſæpè perſiſtente; pedunculi axillares 1-flori, ſolitarii aut plures ſquamulis intermixtis; fructus Berberidiformis, 3-locularis in arbuſculâ Mauritianâ* Bois d'huile *dictâ certè congeneri, fortè etiam in cæteris ſpeciebus loculo unico ſuperſtite. Hujus congeneres frutex* Bois de Rongle *Mauritianorum &* Coca *Peruvianorum. Genus à Malpighiis diſcrepans foliis alternis, petalis baſi latis & appendiculatis, fructu ſæpè 1-loculari, lobis corculi rectis. Cav. Monad. Gen. non ſtipul. germ. ſeſſili Urceolat. decandr. ſtyli 3. Calix 5-dentatus. Petala 5 baſi ſquamata. Drupa oblonga fœta nuce 1-3-loculari.*

Obs. A Sapindis diſcrepant Malpighiæ ſtaminum numero, petalorum & corculi formâ, foliorum ſitu; ab Aceribus ſtylorum & ſtaminum numero, loculis monoſpermis & foliis ſtipulaceis. Conformes Hypericis foliorum oppoſitione & ſtylo triplici fructuque triloculari, diſſentiunt ſtaminibus ſeminibuſque definitis & corculo non recto. Illud tamen minùs reflectitur in quibuſdam Baniſteriis. Stamina in iis diſtincta, in Malpighiâ monadelpha: an indè quædam generum diſcordia?

ORDO VIII.

HYPERICA, *LES MILLEPERTUIS.*

CALIX quadri aut quinquepartitus. Petala quatuor aut quinque. Stamina numeroſa polyadelpha ſeu filamentis in plures phalanges baſi coalitis; antheræ ſubrotundæ. Germen ſimplex; ſtyli plures; ſtigmata totidem. Fructus plerumque capſularis, multilocularis loculis numero ſtylorum, multivalvis valvis totidem introflexis loculum conſtituentibus; ſemina minutiſſima, affixa receptaculo intrà fructum centrali nunc ſimplici, nunc partito in plura valvis numero æqualia. Corculum rectum abſque periſpermo? Caulis herbaceus aut ſuffruteſcens aut fruticoſus. Folia oppoſita. Flores oppoſitè corymboſi, ſæpè terminales.

ASCYRUM, L. * HYPERICOÏDES, Pl. * Calix 4-partitus, laciniis 2 interioribus majoribus. Petala 4. Stamina baſi leviter 4-adelpha. Stylus vix ullus; ſtigmata 2 (1 *ex Linn.*). Capſula 2-locularis 2-valvis, calice tecta. *Frutices. Habitus omninò Hyperici. Nomen Aſcyri poſthàc reſtituendum Hypericis 5-ſtylis.*

BRATHYS, Mut. LS. * Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina plura. Styli 5; ſtigmata 5. Capſula 5-torulоſa 1-locularis polyſperma. *Frutex Ericæ aut Juniperi facie; folia oppoſita conferti ſſima linearia perennia; flores in ramulis plures terminales ſeſſiles. Caracter ex L. Suppl. An genus verè diſtinctum ab Hypericis 5-ſtylis?*

HYPERICUM, T. L. * ANDROSÆMUM, T. * ASCYRUM, T. * *Millepertuis.* Johanneskraut. Calix 5-partitus æqualis. Petala 5. Stamina variè polyadelpha. Styli 3 aut 5 aut rariùs 2; ſtigmata totidem. Capſula (bacca *in Androſæmo T.*) loculis & valvis totidem. *Herbæ aut frutices ſuffruticeſve; caules cylindracei aut ancipites aut 4-goni; folia ſæpè punctato-pellucida; flores nonnunquàm*

cymoſi, plerumque corymboſi pedunculis ſæpè trichotomis 3-floris terminalibus aut & axillaribus. Genus ſubindè forsàn in plura dividendum, quæ ſunt; 1°. Aſcyrum T. *5-ſtylum 5-loculare, cui addendæ ſpecies Aubletianæ Guyanenſes t. 311-312, ſucco reſinoſo luteo turgidæ, indè Guttiferis infrà memoratis affines*; 2°. Hypericum T. *3-ſtylum 3-loculare, filamentis vix baſi polyadelphis*; 3°. Androſæmum T. *baccatum ſubuniloculare, ſucco ſanguineo turgidum, præterea ſimillimum Hyperico;* 4°. Elodea *Adanſ. 3-ſtyla 3-locularis, filamentis ad medium uſque 3-5-adelphis, diſco germinis glanduloſo, petalorum unguibus pariter glanduloſis*; 5°. Knifa *Adanſ. 2 ſtyla 2-locularis. Species 1-ſtyla nulla eſt, ſed in* H. monogyno L. *ſeu* Komanâ *Adanſ. ſtyli 5 arctè juncti unicum mentiuntur.*

Obs. Ordo Guttiferis conterminus, numero ſituque partium & ſucco ſæpè reſinoſo compar; diſcrepat tamen fructu capſulari & ſeminibus minutiſſimis, quorum ideò ſtructura corculi difficiliùs agnoſcenda. Signis anteà memoratis p. 254 laxiùs Malpighiis annectitur.

ORDO IX.

GUTTIFERÆ, *LES GUTTIERS.*

CALIX definitè polyphyllus, aut monophyllus partitus, aut rariſſimè nullus. Petala definita, ſæpè quatuor. Stamina plerumque indefinita, rariùs definita, filamentis nunc diſtinctis, nunc rariùs monadelphis aut polyadelphis; antheræ filamentis adnatæ. Germen ſimplex; ſtylus unicus aut nullus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus plerumque unilocularis, baccatus drupaceuſve aut capſularis nunc integer nunc valvis dehiſcens, intùs mono aut polyſpermus. Semina nunc receptaculo centrali nunc parietibus affixa. Corculum rectum abſque periſpermo, lobis ſuberoſo-calloſis. Arbores aut frutices, plures ſucco reſinoſo turgidi.

Folia ſæpiùs oppoſita, plerumque coriacea integra glabra, nervo medio unico longitudinali, cæteris tranſverſis. Flores axillares aut terminales, interdùm abortu diclines.

I. Stylus nullus.

CAMBOGIA, L. * *Guttier.* Guttäbaum. Calix 4-phyllus. Petala 4. Stamina plurima, antheris ſubrotundis. Stylus o; ſtigma 4-fidum perſiſtens. Pomum ſubrotundum, 8-10 coſtulis extuberans, intùs pulpoſum (8-loculare loculis 1-ſpermis *ex Linn.*), ſub ſingulâ coſtulâ 1-ſpermum, ſemine intrà pulpam nidulante compreſſo. *Arbor gummi Guttam fundens; flores in ramulis terminales. Caracter ex Rheed. Mal. 1. t. 24. & ex Linnæo.*

CLUSIA, Pl. L. * Calix 4-6-phyllus, interdùm 9-16-phyllus, foliolis oppoſitè imbricatis perſiſtentibus. Petala 4-6. Stamina numeroſa (definita 5-8 *in C. albâ*, *ex Jacq.*); antheræ longæ. Stylus o; ſtigma ſeſſile peltatum 4-12-radiatum perſiſtens. Capſula ſphæroïdea magna 1-locularis polyſperma, 4-12-ſulcata, ab apice ad baſim 4-12-valvis, valvis coriaceis arcuatis, ſingulis continuo & perſiſtente ſtigmatis radio ſuperatis. Semina numeroſa parva pulpâ obtecta, affixa receptaculo centrali anguloſo aut & valvis intùs apice placentaribus. *Arbores ſucco glutinoſo tenaci turgidæ; pedunculi axillares aut plerumque terminales, 1-2-3-flori pedicellis bracteolatis; flores interdùm abortu maſculi aut fœminei.*

GARCINIA, L. * MANGOSTANA, Rumph. 1. t. 43. * *Mangouſtan.* Calix 4-partitus. Petala 4. Stamina 16, antheris ſubrotundis. Stylus o; ſtigma ſeſſile 5-8-radiatum perſiſtens. Bacca cortice coriaceo globoſa pomiformis ſtigmate coronata, 1-locularis 5-8-ſperma, ſeminibus anguloſis villoſis carne obvolutis, quibuſdam interdùm abortivis. *Arbores ſucco flaveſcente turgidæ; folia petiolo brevi tumido; flores ſubſolitarii axillares aut terminales, interdùm in diſtinctâ arbore maſculi ex Rumphio. An congener* Panitsjika-maram *Rheed. Mal. 3. t. 41?*

TOVOMITA, Aubl. * *Tovomite.* Calix 2-phyllus. Petala 4. Stamina numeroſa, antheris ovatis. Stylus o; ſtigma 4-lobum. Fructus... *Arbor reſinoſa; folia petiolo ſemiamplexicauli; flores trichotomè corymboſi terminales ſingulis diviſuris 2-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 363.*

QUAPOYA, Aubl. * Dioïca. Calix 5-phyllus foliolis concavis imbricatis, baſi 2-bracteatus. Petala 5. MASC. Antheræ 5 inſertæ pelto centrali ſtipitato concavo & intùs glutinoſo.

FŒM. Antheræ 5 longæ ſteriles hypogynæ. Stylus o; ſtigmata 5 craſſa perſiſtentia. Capſula parva 1-locularis polyſperma ab apice ad baſim 5-ſtriata & 5-valvis, valvis coriaceis ſuo ſtigmate ſuperatis; ſemina plurima parva pulpâ obtecta, receptaculo centrali 5-angulo affixa. *Frutices, ex cortice & ramis oppoſitis ſuccum flaveſcentem glutinoſum reſinoſum emittentes; folia carnoſa; flores oppoſitè paniculati terminales, diviſuris 2-bracteolatis; his interdùm ſexta pars additur aut quinta ſupprimitur. Car. ex Aubl. Guyan. t. 343-344.*

GRIAS, L. * Calix 4-fidus lacerus. Petala 4. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis. Germen calici immerſum; ſtylus o; ſtigma 4-gonum. Drupa magna 1-ſperma fœta nuce 8-ſulcatâ, 1-ſpermâ. *Arbor Calophyllo affinis. Caracter ex Linnæo.*

II. Stylus unicus.

MORONOBEA, Aubl. * *Mani.* Calix 5-partitus. Petala 5, imbricatìm latere convoluta & conniventia. Stamina plurima (15-20) germen ſpiraliter involventia, filamentis 5-faſciculatis, ſingulis faſciculis 3-4-fidis 3-4-antheriferis; antheræ longæ. Germen ſpiraliter ſtriatum; ſtylus 1; ſtigma 5-radiatum. Capſula ſubbaccata ovata 1-locularis 2-5-ſperma ſeminibus magnis ſubtomentoſis. *Arbor reſinoſa; ramuli nodoſi ſub-4-goni; folia ad nodos oppoſita; flores ſolitarii axillares aut ſubcorymboſi terminales, in arbore maritimâ parvi, in montanâ duplò majores. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 313.*

MACOUBEA, Aubl. * Calix... Corolla.. Stamina... Germen... Fructus aurantiiformis ſubcompreſſus, cortice tenui punctato ſubſcabro, 1-locularis polyſpermus; ſemina oblonga ſubcurva hinc ſulcata, arillara, parietibus fructus affixa. *Arbor lacteſcens, ramis oppoſitis; folia oppoſita, nervis ſecundariis tranſverſis; fructus racemoſi. Caracter ex Aubl. t. 378. An ex allatis rectè ordinata?*

MAMMEA, L. * MAMEI, Pl. * Calix 2-phyllus coloratus coriaceus. Petala 4. Stamina numeroſa, antheris oblongis. Stylus 1; ſtigma capitatum. Bacca maxima extùs coriacea, intùs carnoſa, ſubrotunda 1-locularis 4-ſperma ſeminibus magnis coriaceis. *Arbores; folia magna; flores ſolitarii aut gemini axillares, interdùm in eâdem vel diſtinctâ arbore maſculi monente D. Jacq.*

MACANEA. * MACAHANEA, Aubl. * Calix... Petala... Stamina... Stylus... Stigma... Bacca magna pyriformis extùs gibba inæqualis, cortice coriaceo, 1-locularis intùs pulpoſa 4-6-ſperma, ſeminibus ad receptacula lateralia affixis ovatis coriaceis in pulpâ nidulantibus. *Frutex ſarmentoſus; flores ſolitarii axillares. Caracter ex fructu ſicco & ex Aubl. Guyan. t. 371. Cætera deſiderantur, ſed affinitas cum Mammeâ & Singanâ cæteros propemodùm ordinis caracteres evocat.*

SINGANA, Aubl. * *Singane.* Calix 3-5-partitus. Petala 3-5, unguiculata limbo ſerrulato. Stamina numeroſa. Stylus 1, apice incurvus; ſtigma 1. Capſula longa (6-10-pollicaris) cylindrica fragilis 1-locularis polyſperma ſeminibus magnis (Æſculi) ſibi mutuò incumbentibus, pulpâ involutis, ad receptacula 3 lateralia affixis. *Frutex ſarmentoſus nodoſus; folia ad nodos bina ſuboppoſita magna; flores axillares aut ſparſi. Character ex Aubl. Guyan. t. 230 & ex fructu ſicco.*

MESUA, L. * Calix 4-phyllus perſiſtens. Petala 4. Stamina numeroſa, filamentis baſi in urceolum connatis. Stylus 1; ſtigma craſſiuſculum concavum. Nux 4-gona acuminata coriacea, ſciſſurâ 4-valvis 1-4-ſperma. *Arbor; folia avenia; flores axillares aut terminales ſubſolitarii, gratè odori; ſemen Caſtaneæ ſimile, eſculentum; fructus immaturus ſuccum tenacem glutinoſum exſudat. Character ex Linnæo & Rheedio & Rumphio.*

RHEEDIA, L. * VANRHEEDIA, Pl. Calix 0. Petala 4. Stamina numeroſa. Stylus 1; ſtigma infundibuliforme. Bacca ovata 1-locularis 3-ſperma. *Arbor ramis articulatis, ad ramulorum nodos reſinam exſudans; flores axillares pedunculis 3-floris. An verè calix nullus?*

CALOPHYLLUM, L. * Calix 4-phyllus coloratus, foliolis 2 exterioribus brevioribus. Petala 4. Stamina numeroſa, antheris oblongis. Stylus 1; ſtigma capitatum. Drupa globoſa aut ovata, fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbores; folia nervis tranſverſis numeroſis appreſſis; flores axillares & terminales, oppoſitè paniculati, pedicellis 3-floris. Ex Jacquinio calix 2-phyllus, ſtamina 10, ſtylus 0, flores quidam maſculi. Vidi ſpeciem polyadelpham. Confer in vivis.*

III. Genera alternifolia, hìnc Guttiferis, indè Aurantiis affinia.

VATERIA, L. * PŒNOE, Rheed. * Calix profundè 5-fidus. Petala 5. Stamina numeroſa antheris ſubſeſſilibus longis. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula *ex Rheed.* ovata coriacea, 3-lineata 1-locularis 3-valvis 1-ſperma, calici perſiſtenti reflexo ſupera. *Arbor cortice reſinoſo; folia alterna craſſa magna; flores corymboſi aut paniculati terminales. Character ex Rheed. Mal. 4. t. 15. Vidi in germine Vateriæ rudimenta 3 ſeminum, & 3-ſperma etiam dicitur in emendato Linn. Syſt.; an indè à Pœnoe diſſimilis? Confer cum Elæocarpo & Vaticâ & Tino.*

ELÆOCARPUS, Burm. L. * Calix 4-5-partitus coriaceus æqualis. Petala 4-5, unguiculata, limbo fimbriata. Stamina 16-20, filamentis brevibus, antheris longis apice 2-fidis. Germen diſco impoſitum villoſo inter ſtamina & petala prominulo; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa rotunda fœta nuce oſſeâ rugosâ (4-5-ſegmen-

toſâ & foraminulis undique eleganter pertuſâ *ex Rumph.*) *Arbores*; *folia alterna*; *flores ſpicati axillares. Caracter ex Linn. An ſpecies 3-petala 8-andra ab ipſo obſervata verè congener? An nux 1-ſperma; an corculum abſque periſpermo? An caractere ſimilis* Dicera *Forſt. hùc in Linn. Suppl. relata?*

VATICA, L. * Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 15, antheris ſeſſilibus 4-locularibus. Germen ſub5-gonum; ſtylus 5-ſtriatus. Stigma 1. Fructus... *Arbuſcula Citri facie*, *ramis angulatis*: *folia alterna*; *flores paniculati. Caracter ex Linnæo.*

ALLOPHYLLUS, L. * Calix 4-partitus, laciniis orbiculatis, 2 oppoſitis minoribus. Petala 4 calice minora, unguibus latis. Stamina 8 filamentis filiformibus, antheris ſubrotundis. Germen didymum; ſtylus 1, apice 2-fidus; ſtigmata 4. Fructus... *Arbor Lauri Perſeæ facie*; *folia alterna integra glabra*; *racemi axillares breves. Caracter ex Linnæo. Confer cum Tino.*

Obs. Guttiferarum ordo novus genera exhibet rectè conſociata, habitu & flore polyandro & fructu plerumque baccato & ſolido ſeminis corculo parilia, plurima gummi Guttam aut reſinam ſimilem fundentia & indè Hypericis quibuſdam affinia. A ſtyli præſentiâ aut defectu diſcrimen tenue: an majus à fructu polyſpermo aut monoſpermo? An Calophyllum utpotè monoſpermum, indè cæteris minùs conveniens? Huic accedunt genera ad calcem repoſita pariter monoſperma, ſed foliis alternis & fortè fructu in his recognoſcendo diſcrepantia, quæ ſtaminum præcipuè numero à monoſpermis Aurantiorum generibus diſtinguuntur.

ORDO X.

AURANTIA, *LES ORANGERS.*

(HESPERIDEÆ—ORANGENARTIGE GEWÄCHSE.)

CALIX monophyllus, ſæpè partitus. Petala definita, baſi lata, inſerta circà diſcum hypogynum. Stamina eidem diſco impoſita, definita aut rariùs indefinita, filamentis diſtinctis aut monadelphis polyadelphiſve. Germen unicum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs diviſum.

Fructus plerumque baccatus, interdùm capſularis, uni aut multilocularis, loculis mono aut diſpermis. Corculum rectum aſſurgens, abſque periſpermo. Caulis arboreſcens aut fruteſcens. Folia alterna, ſimplicia aut rariùs compoſita.

I. Fructus monoſpermus. *Folia non punctata. Aurantia ſpuria.*

XIMENIA, Pl. L. * Calix 4-fidus minimus perſiſtens. Petala 4, calici alterna, intùs piloſa, baſi conniventia, ſupernè revoluta. Stamina 8, filamentis brevibus, antheris longis erectis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa ovata fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbuſculæ inermes aut ſæpiùs ſpinoſæ; folia alterna ſpinis hinc adjecta; pedunculi axillares uni aut multiflori. Hujus congener* Heymaſſoli *Aubl. Guyan t. 125 caractere conformis, interdùm tamen 3-petala 6-andra. An congener etiam* Agihalid *Alpini, arbuſcula caneſcens, in Linn. ſpec.* Ximenia Ægyptiaca *dicta, dein in ejuſd. ſyſt. omiſſa? Huic folia alterna conjugata petiolo communi ultrà prominulo & baſi 2-ſtipulaceo, ſpinæ ſimplices axillares aut ſuprà-axillares, flores plures (8-10) ſub ſpinâ axillares; ſingulis ex Lippi mſſ. calix 5-partitus, petala 5, ſtamina 10, germen ſuperum, ſtylus 1, ſtigma 1, bacca fœta nuce 5-gonâ 1-ſpermâ. An potiùs genere & ordine diſtinguendum?*

HEISTERIA, Jacq. L. * Calix minimus ſub 5-lobus perſiſtens. Petala 5. Stamina 10, filamentis planis, alternis brevioribus; antheræ ſubrotundæ. Stylus brevis; ſtigma ſub 4-fidum. Drupa olivæformis 1-ſperma, ſemicincta calice plurimùm ampliato, campanulato colorato, ad limbum patente, obtusè 5-lobo. *Arbor Lauri facie; folia alterna integerrima; flores parvi ſolitarii axillares. Martinicenſibus dicitur* Bois Perdrix *quia fructus Perdicibus gratus. Caracter ex Jacq. Amer.*

FISSILIA, Commerſ. * Calix urceolatus brevis integer. Corolla hypogyna multò longior, aſpectu 1-petala tubuloſa regularis, ſed 3 partita ſeu fiſſilis in 3 petala conniventia erecta quorum 2 ſemibifida, 1 indiviſum. Staminum filamenta 8 inſerta petalis, 3 fertilia & 5 ſterilia, nempè petalis bifidis 1 fertile inter 2 ſterilia, petalo indiviſo 1 ſterile & alterum fertile. Stylus 1; ſtigma truncatum aut 3-gonum. Nux 1-ſperma glandiformis, calice elongato cupulæformi non patente arctè complexa & apice tantùm nuda. *Arbor lauriſolia ſempervirens; folia integerrima; racemuli axillares pauciflori, interdùm ſub 1-flori. Fructus Pſittacis gratus; indè Borbonienſibus* Bois de Perroquet *dicitur. Caracter ex Commerſ. & ex ſicco. Fiſſilia à corollâ fiſſili. Affinis hinc*

hinc Lauro ſed non apetala, indè Hopeæ ſed non polyandra monadelpha; aſſinior Heiſteriæ. Corculum ſeminis magnum rectum aſſurgens.

II. Fructus polyſpermus baccatus. *Folia pellucido-punctata. Aurantia vera.*

CHALCAS, L. * Calix 5-partitus perſiſtens minimus. Petala 5-6 unguiculata erecta. Stamina 10. Stigma capitato-verrucoſum. Bacca oblonga 2-ſperma. *Frutex; flores ſubpaniculati terminales. Caracter ex Linnæo. An Murrayæ congener; an hùc referenda* Trichogamila *Brown. diſtincta calice exiùs infrà 2-ſquamoſo?*

BERGERA, L. * Calix 5-partitus minimus perſiſtens. Petala 5 patentia. Stamina 10, alterna breviora. Stigma turbinatum, tranſversìm ſulcatum. Bacca ſubgloboſa 2-ſperma. *Arbor frondoſa; folia alternè & impari-pinnata; flores corymboſo-racemoſi terminales, pedicellis bracteatis. Caracter ex Linnæo. Genus in Linn. ſyſt. ed. 14 omiſſum; an idem cum Murrayâ?*

MURRAYA, L. * Calix 5-partitus minimus perſiſtens. Petala 5 aut interdùm 6, in campanam baſi conniventia, apice patula. Stamina 10, rariùs 11-12, filamentis inæqualibus, baſi ſubpolyadelphis. Germen diſco (nectarium *Linn.*) urceolari minimo infrà cinctum; ſtigma capitatum angulatum. Bacca parva, cortice tenui punctato, ſubpulpoſa 1-2-ſperma ſeminibus cartilagineis. *Frutex* (Marſania *Sonner. Ind. 2. t. 139.*) *dictus* Buis de Chine, *ramis alternis; folia alternè & impari-pinnata, punctato-pellucida; flores corymboſi terminales; corculum ſeminis rectum aſſurgens. Confer Chalcam & Bergeram. Congener* Camunium Japonenſe *Rumph. Amb. 5. t. 18. f. 2.*

COOKIA, Sonner. * *Wampi de la Chine.* Calix minimus 5-partitus. Petala 5 patentia. Stamina 10 diſtincta; antheræ ſubrotundæ. Germen ſubſtipitatum hirſutum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Bacca parva punctata multilocularis, loculo ſæpiùs gemino ſuperſtite, utroque 1-ſpermo. *Arbor; folia alternè & impari-pinnata, pellucido-punctata; flores racemoſo-paniculati terminales. Caracter ex Sonner. Ind. 2. t. 130. An corculum rectum abſque periſpermo?*

CITRUS, T. L. * AURANTIUM, T. * LIMON, T. * *Oranger, Citronnier, Limon.* Agrumenbaum. Calix 5-fidus parvus. Petala 5 patentia. Stamina circiter 20, filamentis in cylindrum diſpoſitis, baſi appreſſis & polyadelphis. Stigma globoſum. Bacca cortice carnoſo veſiculis innumeris papuloſo, multilocularis, loculis 9-18 membranâ propriâ diſtinctis, intùs celluloſis pulpoſis & 1-2-ſpermis; ſemina cartilaginea angulo interiori affixa. *Arbores aut frutices; folia punctato-pellucida petiolo ſæpè marginato;*

ſpinæ in pluribus axillares ſolitariæ; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori. Corculum ſeminis rectum aſſurgens, in C. Aurantii vulgaris *ſemine triplex diſtinctum nullâ membranâ interpoſitâ. Bacca* Aurantii T. *ſphæricea cortice tenui cum folii petiolo cordato*, Limonis T. *oblonga apice mammoſo & cortice tenui cum petiolo nudo*, Citri T. *oblonga cortice craſſo cum petiolo nudo.*

LIMONIA, L. * Limonienbaum. Calix 5-partitus minimus. Petala 5. Stamina 10. Stigma 1. Bacca 3-locularis 3-ſperma. *Character ex Linnæo. Arbores aut frutices; folia punctato-pellucida, ſimplicia aut ternata aut pinnata; ſpinæ axillares, ſolitariæ aut geminæ.* L. trifoliatam *vidi 3-petalam 5-andram. Meliis & Turrææ affinis* L. monophylla L. *4-petala 8-andra monadelpha & ſimplicifolia.*

III. Fructus polyſpermus capſularis. *Folia non punctata. Genera Aurantiis & Meliis affinia.*

TERNSTROMIA, Mut. LS. * Calix 5-6-partitus coriaceus, extùs 2-ſquamoſus. Corolla 5-partita aut rariùs 6-partita (petalis baſi ſubcoalitis?). Stamina numeroſa, duplici ſerie imæ corollæ inſerta, filamentis brevibus, antheris oblongis. Stylus 1; ſtigma capitatum. Bacca exſucca 2-locularis ſub 8-ſperma. *Arbor; folia alterna integerrima avenia coriacea; pedunculi axillares. Character ex Linn. Suppl. Genus idem cum ſequenti ex D. L'Herit.*

TONABEA. * TAONABO, Aubl. * Calix 5-partitus coriaceus perſiſtens baſi 2-ſquamoſus. Corolla hypogyna, 4-5-partita (petalis baſi ſubcoalitis?). Stamina numeroſa (20-60) hypogyna, germini imbricatim appreſſa, filamentis brevibus foliaceis medio latioribus; antheræ oblongæ filamentis intùs adnatæ. Stylus 1; ſtigma capitatum. Capſula parva ſubſphæricea acuminata, calici patulo perſiſtenti inſidens, 5-6-locularis 5-6-ſperma, ſeminibus oſſeis. *Arbores; folia alterna, craſſiuſcula, ſerrulata; pedunculi ſolitarii 1-flori ſæpiùs axillares. Character ex Aubl. Guyan. t. 227-228. Confer cum Ternſtromiâ. Capſulas habeo innominatas, fortè Ternſtromiæ, ſed iconi Aubletianæ ſimiles, tantùm 2-loculares loculis 3-4-ſpermis, ſeminibus teſtâ fragili luteâ incluſis, & lobis corculi in radiculam longam reflexis abſque periſpermo. Hujus congener Arbor minor diffuſa ... Brown Sam. t. 20. f. 3.*

THEA, L * THEE, Kæmpf. * *Thé.* Calix 5-6-partitus. Petala 6, interdùm 9 quorum 3 exteriora minora. Stamina numeroſa, diſtincta aut polyadelpha; antheræ ſubrotundæ. Stylus 1 (fortè triplex coalitus); ſtigmata 3. Capſula 3-cocca 3-locularis 3-6-ſperma; ſeminum teſta ſolida. *Frutices; folia alterna; flores axillares. Corculum ſeminis rectum abſque periſpermo.*

CAMELLIA, L. * TSUBAKKI, Kæmpf. * Calix 5-partitus coriaceus, ſquamis plurimis minoribus imbricatis infrà cinctus. Petala 5 magna baſi coalita. Stamina numeroſa, filamentis infrà coalitis in coronam, cui petala adnaſcuntur; antheræ ſubovatæ. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula *ex Kæmpf.* lignea pyriformis 3-ſulca 3-cocca 3-ſperma. *Frutex*; *folia alterna coriacea*; *gemmæ axillares, imbricatim ſquamoſæ*; *flores axillares & terminales ſubſeſſiles*, *in hortis pleni. Cav. monadelph.*

Obs. Ordo ex dictis p. 255 inter polypetalos ſtaminibus perigynis anteà recenſitus, nunc hypogynis intermixtus, iterato examine forsàn prioribus reſtituendus. Triplex hujus ſectio diſtinctiſſima, triplicis futuri ordinis exordium. Prima utpotè non polyandra, indè ab ultimis Guttiferarum generibus diſcrepat, licèt ſimiliter monoſperma. Poſtrema Theam & congeneres complectens hìc dubiè reponitur anteà Malvaceis adjecta, ſed corculo ſeminis recto non corrugato affinior tum Aurantiis tum Meliis: an Magnoliis rectiùs admovenda? Aurantia vera diſtinguuntur foliis punctato-pellucidis & fructu baccato ſimiliter punctato, multiloculari aut ſaltem polyſpermo. An indè his addenda quædam genera ex Terebintaceis deprompta, ut Vepris & Amyrides nonnullæ & fortè Copaïfera? Conferantur etiam plantæ Rumphianæ 5. t. 13-14, & Cudranus ibid. t. 15-16. & Camunium Sinenſe ibid. t. 18. f. 1. cujus fortè congener Vitex pinnata L., & Tobira Kæmpf. p. 796 fig. quæ ſpecies Evonymi ex Thunbergio. Peculiaris in Aurantii vulgaris ſemine corculi triplicis concurſus, in aliis ſeminibus nondùm obſervatus.

ORDO XI.

MELIÆ, *LES AZEDARACHS.*

CALIX monophyllus, partitus aut apice tantùm diviſus. Petala quatuor aut quinque, ungue lato, ſæpiùs baſi conniventia. Stamina definita, totidem aut ſæpiùs dupla, filamentis connatis in tubum aut urceolum, apice dentatum dentibus antheriferis aut antheras eidem intùs adnatas obtegentibus. Germen unicum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs diviſum. Fructus baccatus aut ſæpiùs capſularis, multilocularis,

loculis mono aut diſpermis, valvis numero loculorum, medio ſeptiferis. Caulis fruteſcens aut arboreſcens, ramis alternis. Folia alterna non ſtipulacea, ſimplicia aut compoſita.

I. Folia ſimplicia.

WINTERANIA, L. * CANELLA, Murr. * Calix 3-partitus laciniis rotundatis. Petala 5 ſubrotunda. Staminum filamenta omninò coalita in urceolum conicum truncatum, intrà cujus faucem antheræ 16 ſeſſiles conniventes. Stigma triplex. Bacca parva ſubrotunda 3-locularis 3-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Arbor* Canella alba *officinis dicta*; *folia ſimplicia*; *pedunculi multiflori axillares & terminales. Ex Montinio antheræ 20 & ſtigma capitatum ſimplex: an potiùs antheræ tantùm 8-10 didymæ?*

SYMPHONIA, LS. * Calix 5-partitus laciniis rotundatis. Petala 5 ſubrotunda coriacea, in globum conniventia. Stamina 5, filamentis omninò coalitis in tubum cylindricum germini arctè circumpoſitum, apice 5-antheriferum. Stigmata 5 antheris alterna. Bacca globoſa 5-locularis 5-ſperma. *Arbor*; *folia laurina ſimplicia*, *conferta*; *flores* (*Theæ*) *ſubumbellati terminales*; *fructus cortice coriaceo*, *intùs mucoſus. Caracter ex L. Suppl.*

TINUS, L. * VOLKAMERIA, * Brown. * Calix 5-fidus. Corolla 5-partita connivens (petalis baſi latâ coalitis?); ſtamina 9, filamentis baſi coalitis in urceolum concavum germini circumpoſitum, ore perforatum. Stigmata 3. Bacca ſubrotunda 3-locularis 3-ſperma. *Arbor*; *folia ſimplicia*; *ſpicæ florum ramoſæ terminales. Caracter ex Brown. An genus verè 9-andrum; an quandoque 5-10 andrum? An ab ordine diſtinctum corollâ ſubmonopetalâ & filamentis baſi tantùm coalitis? In ſpecimine ſicco ſemideflorato vidi eadem omninò diſtincta, corollæ adnata & ſimul quaſi perigyna, & fructum fortè potiùs capſularem: indè Clethræ p. 160 proximum adſtat, ipsâmet veriùs monopetalum & Ericis affinius. Hujus congener aut affinis frutex J. Juſſæi Peruvianus*, *alternifolius nondùm frugifer*, *cui flores ſpicati axillares*, *calix urceolatus 5-dentatus*, *corolla 5-partita connivens*, *ſtamina 10 tubo brevi & antheris longis conniventibus intùs villoſis*, *ſtylus 1*, *ſtigmata 3*, *germen fortè 3-loculare 6-ſpermum.* Frutex peruvianus huic adjectus generico *Strigilæ* nomine deſignatur in Cavan. Diſſ. vii. t. 201. Monad. Gen. non ſtip. germ. ſeſſil. urceol. decandr. Stylus trigonus, ſtigm. 3. Calix tubuloſ. 5-crenatus. Cor. 5-partita Capſ. 6-locularis?

GERUMA, Forsk. * Calix planus 5-dentatus parvus perſiſtens Petala 5 longiora truncata patentia. Stamina 5, filamentis bre-

vibus baſi interiore in annulum craſſiuſculum germini circumpoſitum coalita. Stigma triplex. Capſula ovata 4-5-locularis loculis 1-2-ſpermis; ſemina pulpæ trigonæ affixa. *Folia alterna.* Djerrum *Arabum Caracter ex Forsk. An Malvaceis affinior?*

AYTONIA, LS * Calix 4-5-dentatus. Petala 4-5. Stamina 8-10, tubo ad apicem 8-10-fido, laciniis antheriferis. Stigma obtuſum. Bacca membranacea (4-angularis 1-locularis ſeminibus columnæ affixis *ex LS.*). *Frutex; folia ſimplicia; flores axillares; fructus phyſalodes. Caracter ex Linn. Suppl. & flore ſicco. Cav. Monadelph.*

QUIVISIA, Commerſ. * *Quivi, Bois de Quivi.* Calix urceolatus 4-5-dentatus. Petala 4-5 brevia. Stamina 8-10, tubo brevi ſuprà 8-10-antherifero. Stigma capitatum. Capſula coriacea, 4-5-locularis, apice 4-5-valvis, valvis medio ſeptiferis, loculis 2-ſpermis. *Frutices; folia ſimplicia; pedunculi axillares 1-flori aut ſpicato-multiflori. Numerus quaternarius in flore frequentior. Quibuſdam corculum periſpermo carnoſo cinctum.*

TURRÆA, L. * Calix 5-fidus. Petala 5 longiſſima ligulæformia. Stamina 10, tubo longo ſuprà 10-fido, laciniis antheriferis. Stigma craſſiuſculum. Capſula 5-cocca coccis 2-ſpermis. *Frutices; folia ſimplicia; flores axillares. Cav. Monadelph.*

II. Folia compoſita.

TICOREA, Aubl. * Calix 5-dentatus. Petala 5 longa. Stamina 5, tubo ad apicem 5-dentato, dentibus antheriferis. Stigma 1 capſula 5-locularis... *Frutex; folia ternata; flores ſubcorymboſi. Diſcus germini ſubjectus. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 277.*

SANDORICUM, Rumph. 1. t. 64. * *Hantol des Philippines.* Calix brevis 5-dentatus. Petala 5 linearia. Stamina 10, tubo ad limbum 10-dentato, intrà faucem 10-antherifero. Stigmata 5 bifida. Bacca pomiformis extùs ſubtomentoſa, intùs pulpoſa, fœta 5 ſeminibus, ſingulis arillo coriaceo compreſſo infrà 2-valvi obvolutis. *Arbor; folia ternata; flores racemoſo-paniculati axillares; fructus acidus.* Hantol *Camelli ic. 136. Caracter ex ſicco & ex DD. Lamark & Cavanilles.*

PORTESIA. * Calix parvus 4-dentatus. Petala 4 conniventia. Stamina 8, tubo 8-fido, laciniis intùs antheriferis. Stigma capitatum. Capſula villoſa coriacea 2-locularis 2-valvis 2-ſperma loculo & ſemine 1 ſæpè abortivo. *Frutex Domingenſis (priſcum inter benèmulta botanicum munus Medici Deſportes Autoris libri de morbis & plantis Domingenſibus); folia impari-pinnata bijuga; flores racemoſi axillares. Caracter ex Cavan.*

TRICHILIA, L. * Calix tubuloſus brevis 5-dentatus. Petala 5. Stamina 10, tubo cylindrico 5-dentato, antheris ejuſdem limbo intùs adnatis. Stigma 3-dentatum. Capſula ſubrotunda 3-locu-

laris 3-valvis 3-ſperma, ſeminibus arillatis. *Arbores*; *folia ternata aut impari-pinnata*; *flores racemoſi aut paniculati*; *ſæpiùs axillares. Loculi* T. Spondioïdis *interdùm 2-ſpermi.*

ELCAJA, Forsk. * Calix campanulatus 5-partitus laciniis rotundatis. Petala 5 longiora linearia, baſi plana, villoſa. Stamina 10, filamentis ad medium connatis in priſma 4-gonum, ſuprà antheriferis & productis in ſquamam antheræ extùs appoſitam. Stigma capitatum. Capſula obovata tomentoſa 3-locularis 3-valvis loculis 2-ſpermis, valvis medio ſulcatis. *Arbor*; *folia impari-pinnata*, *foliolis 4-jugis*; *flores* (*Citri*) *corymboſi axillares & terminales. Caracter ex Forsk. Confer cum Trichiliâ.*

GUAREA, L. * GUIDONIA, Pl. * Calix minimus 4-dentatus. Petala 4. Stamina 8, tubo oblongo ſubcylindrico integro, intrà faucem 8-antherifero. Stigma capitatum. Capſula ſubgloboſa 4-ſulca 4-locularis 4-valvis valvis craſſiuſculis ſubcarnoſis inde genus Meliæ accedens. v. Cavanill. Monadelph. 4-ſperma ſeminibus arillatis. *Arbor*; *folia impari-pinnata*; *flores racemoſo-paniculati axillares.* Bois rouge *Domingenſium. Corculum abſque periſpermo.*

EKEBERGIA, Sparm. * Calix 4-fidus. Petala 4. Stamina 10, tubo breviſſimo integro, antheris intrà tubum ſubſeſſilibus. Stigma capitatum. Bacca globoſa 5-ſperma... *Arbor*; *folia abruptè aut impari-pinnata petiolo communi complanato*; *flores paniculati axillares. Caracter ex DD. Sparmann & Thunberg. An corolla verè 4-petala ſimul & 10-andra? Confer cum Guareâ.*

MELIA, L. * AZEDARACH, T. *Azédarach.* Azedrach. Calix minimus 5-fidus. Petala 5 oblonga. Stamina 10, tubo cylindrico 10-dentato, dentibus antheras intùs adnatas obtegentibus. Stigma capitatum. Drupa globoſa fœta nuce 5-loculari 5-ſpermâ. *Frutices*; *folia impari-pinnata, aut bipinnata*; *flores paniculati axillares. Corculum ſeminis intrà periſpermum carnoſum tenue. v. Cavanill. Monadelph.*

AQUILICIA, L. * Calix turbinatus 5-dentatus. Petala 5 ovata. Stamina 5, tubo urceolato 5-lobo inter lobos intùs antherifero, antheris ſtipitatis. Stigma obtuſum. Capſula baccata ſphæroïdea 5-toruloſa 5-locularis 5-ſperma. *Frutices Sambuci facie*; *folia bipinnata*; *flores corymboſo-umbellati.* Bois de Source *Mauritianorum. Hujus congener* Nalugu *Rheed. Mal. 2. t. 26*, *& ex Thunbergio* Leea æquata L. *v. Cavanill. Monadelph.*

III. Genera Meliis affinia.

SWIETENIA, Jacq. L. * Calix minimus 5-fidus deciduus. Petala 5. Stamina 10, filamentis in tubum coalitis apice 10-dentatum, intrà faucem 10-antheriferum antheris oblongis. Stylus 1; ſtigma capitatum. Capſula oviformis densè lignoſa,

5-locularis polyſperma, à baſi ad apicem 5-valvis; valvæ margine appoſitæ ad angulos receptaculi centralis 5-goni numeroſis tecti ſeminibus imbricatis, compreſſis apice alatis. *Arbor; folia abruptè pinnata ſub 4-juga, foliolis falcatis; flores parvi racemoſi axillares.* Acajou meuble *Domingenſium. Flos Meliarum, ſed fructus omninò diſpar, habituſque diſſimilis ad Sapindos aut Terebintaceas accedens.*

CEDRELA, Brown. L. * Calix minimus 5-dentatus. Petala 5 obtuſa, baſi latâ approximata. Stamina 5, filamentis brevibus diſtinctis, antheris oblongis. Germen ſtipitatum ſtipite incraſſato ſuprà ſtaminifero, infrà corollifero; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſula Swieteniæ, multò minor, lignoſa tenuior, ab apice ad baſim 5-valvis, receptaculo conſimili, ſeminibus numeroſis compreſſis imbricatis infrà alatis. *Arbores; folia abruptè pinnata 7-8-juga, flores laxè paniculati.* Acajou à planches *Martinicenſium. Fructus habituſque Swieteniæ, ſed ſtamina diſtincta ſtipiti impoſita: an ſtipes ex filamentorum coalitione abſolutâ?*

Obs. Ordo facilè deſignatus filamentis ſtaminum definitorum coalitis, petalis baſi latis, ſtylo ſimplici, fructu multiloculari & ſeminibus definitis. Indè diſcrepat à Citro polyadelphâ, à Camelliâ polyandrâ, à Vitibus non monadelphis, à Malvaceis polyſtigmatoſis & ſæpè polyandris prætereà diſtinctis corculo corrugato. An tamen verè naturalis ſeries quæ corculum nunc periſpermo inſtructum, nunc eodem deſtitutum exhibet? An à ſeminis ſtructurâ Quiviſia affinior Evonymo, Guarea Guttiferis? inſuper non certò conſtat hypogynia ſtaminum quæ, ut in Aurantiis, inter piſtilli fulcrum & calicis baſim inſeruntur. Habitu tamen ſimiles Vitibus Aquilicia & Melia, ægrè ab iis dimovendæ. In omnibus intereà ſemen enucleandum & iterùm definiendus partium ſitus.

ORDO XII.

VITES, *LES VIGNES.*

Calix monophyllus brevis ſubinteger. Petala definita, quatuor aut quinque aut ſex, baſi lata. Stamina totidem, petalis oppoſita, filamentis diſtinctis, inſerta diſco hypogyno. Germen ſimplex; ſtylus unicus aut nullus; ſtigma ſimplex. Bacca uni aut multilocularis, monoſperma aut definitè polyſperma; ſemina oſſea, ſuperficie inæqualia, imo loculo inſerta. Corculum deſcendens, lobis rectis abſque periſpermo. Caulis fruteſcens aut rarò arboreus, ſarmentoſus nodoſus; folia alterna ſtipulacea; cirrhi aut pedunculi floriferi foliis oppoſiti.

CISSUS, L. * Vitis T. * Calix minimus integer. Petala 4. Stamina 4. Germen ſemiimmerſum diſco ſtaminifero ad ambitum producto; ſtylus 1; ſtigma acutum. Bacca rotunda 1-ſperma. *Folia ſimplicia aut 1-2-ternata aut digitata; flores umbellati involucro polyphyllo aut corymboſi. Hujus congeneres* Neriam-pulli *Rheed. Mal. 7 t. 48, &* Kaieta-Valli *ibid. t. 45, &* Sælanthus quadragonus *Forsk. idem cum* C. quadrangulari *ac diſtinctus caule 4-gono. An proximus etiam* Sælanthus glanduloſus *ejuſd. cui ex Autore caulis teres, folia oppoſita, cirrhi extràaxillares, flores cymoſi, pedicello & imo calice extùs glanduloſo, diſco germinis 4-lobo ad inſertiones filamentorum? An Ciſſus interdùm 2-ſpermus?*

VITIS, T. L. * *Vigne.* Weinſtock. Calix minimus 5-dentatus. Petala 5, ſæpiùs apice cohærentia, & inſtar calyptræ baſi abſcedentia ſimulque decidua. Stamina 5. Stylus 0; ſtigma capitatum. Bacca rotunda aut rariùs ovata, 2-locularis loculis ſæpè 2-ſpermis. *Folia ſimplicia, aut ternata aut digitata aut bipinnata; flores racemoſi, non rarò 6-petali 6-andri; racemus frugifer Uva dictus; cirrhi dichotomi, interdùm floriferi, ideò pro*

pedunculis ſterilibus habendi. Hujus congeneres Hedera quinquefolia L., Valli *Rheed. Mal. 7. t. 6-11, & fortè* Nialel *ibid. 4. t. 16, & Vites Rumphianæ 5. t. 164-167. Diverſa fortè* V. trifolia *Burm. Ind. t. 24.*

Obs. Vites Aquiliciam & Meliam extùs æmulantur petalis baſi latis, foliis quandoque conformibus & alternis non tamen nudis, floribus racemoſis aut umbellatis ſed prætereà oppoſitifoliis. Harum diſcus germini circumpoſitus & ſtaminifer aſſimilatur tubo Meliarum ſtaminifero, ſed in Meliis ſtamina ſæpè intrà tubum, in Vitibus extrà diſcum inſeruntur, indè forsàn pro perigynis habenda. Vites Linnæus in ord. nat. 46 adjicit Hederæ & Araliæ, diſtinctas tamen germine ſupero & ſtaminibus non epigynis. Rhamnis fortè ſimiliores petalorum & ſtaminum oppoſitione mutua, diſcrepant depreſſiori organi utriuſque ſitu non ut in iis apertè perigyno, & petalis non unguiculatis, & periſpermo nullo. Eodem ſigno Berberidibus affines, diſſentiunt germinis diſco, antherarum ſtructurâ, periſpermi ſtipularumque defectu. Compar oppoſitio ſupradicta in Meniſpermo, Ciſſampelo & confinibus quibus pariter caulis ſarmentoſus & folia alterna & flores ſæpè racemoſi; ſed in iis ſtyli plures, germen ſæpè multiplex, corculum in periſpermo incurvo, cirrhi nulli nec ſtipulæ, racemi axillares aut ſuprà axillares non oppoſitifolii. Rectiùs fortè Vitibus accedunt Gerania quædam fruticoſa alternifolia ſtipulacea, pedunculis floralibus oppoſitifoliis & germine ſimplici inſtructa, facilè tamen diſtinguenda calicis & petalorum formâ, ſtaminum ſitu eorumque monadelphiâ ad baſim inchoatâ, ſtigmate quintuplici, fructu quinquecapſulari & lobis corculi non rectis.

ORDO XIII.

GERANIA, *LES GERAINES.*

CALIX ſimplex pentaphyllus aut quinque partitus, perſiſtens. Petala quinque. Stamina definita, filamentis baſi coalitis, nunc omnia fertilia, nunc quædam ſterilia. Germen ſimplex; ſtylus unicus; ſtigmata quinque oblonga. Fructus quinquelocularis aut quinquecapſularis, loculis aut capſulis mono aut diſpermis. Corculum abſque periſpermo. Caulis ſuffruteſcens aut herbaceus;

folia ſtipulacea, oppoſita aut alterna; flores foliis alternis oppoſiti, oppoſitis axillares.

GERANIUM, T. L. * Pelargonium, Burm. * *Geranion*, *Geraine.* Storchſchnabel. Calix 5-phyllus aut 5-partitus. Petala 5 æqualia aut inæqualia. Staminum filamenta 10, baſi in urceolum aut tubum coalita, nunc omnia antherifera, nunc quædam ſterilia. Germen modò baſi 5-glanduloſum, modò pedicello inſidens fiſtuloſo intrà florem hinc hianti. Fructus dehiſcens in capſulas 5, ovatas aut baſi acutas, 1-2-ſpermas, ariſtatas ariſtis ſtylo perſiſtenti adnatis, à baſi ad apicem dehiſcentibus unà cum capſulis; corculum lobis à medio reflexis. *Herbæ aut ſuffrutices*; *folia alterna*, *aut oppoſita*; *pedunculi florum 1-2-flori aut multiflori. Corolla in Europæis ſpeciebus regularis admittit calicem 5-phyllum aut 5-partitum*, *germen baſi 5-glanduloſum*, *glandulas petalis alternas*, *caulem herbaceum*, *folia ſæpiùs oppoſita & pedunculos axillares*, *in 1-2-floris ſtamina omnia fertilia & capſulas ovatas ariſtis ſuprà revolutis*, *in multifloris ſtamina 5 ſterilia & capſulas baſi acutas ariſtis tortilibus. Corolla in Africanis irregularis quaſi papilionacea*, *petalis 2 ſuperioribus erecto-reflexis*, *intrà calicem 5-partitum non polyphyllum*, *profert germen non baſi glanduloſum*, *ſtaminum filamenta 7 aut pauciora antherifera cæteraque ſterilia*, *capſulas baſi acutas ariſtis tortilibus barbatis*, *pedicellum floris hinc fiſtuloſo-cavum intrà petala & extrà ſtamina apertum*, *caulem ſæpè ſuffruteſcentem*, *folia plerumque alterna*, *pedunculos ſæpiùs multifloros & foliis oppoſitos. Numeroſiſſimas D. Cavanilles in accuratâ Monographiâ nitidis expreſſas iconibus recenſuit ſpecies generis in poſterum dividendi*, *Africanis ad Pelargonium Burmanni rejectis. Ex ipſo congener* Grielum L. *5-ſtylum*, *prætereà ſimillimum Europæis : an idem poſthàc reſtituendum? Geranium robertianum v. Batſch Anal. Fl. P. II. n. 22. p 14-22. Cfr. Cavanill. de Geranio.*

MONSONIA, L. * Calix 5-partitus æqualis, laciniis acuminatis. Petala 5 æqualia, imo ſtaminum tubo inſerta. Staminum filamenta 5 plana, baſi in urceolum breviſſimum coalita, ſingula apice 3-partita & 3-antherifera. Germen 5-gonum. Capſula 5-gona 5-locularis (loculis 1-ſpermis?). *Herbæ*, *folia faſciculata* (*radicalia alterna?*); *pedunculi* (*radicales?*) *1-flori. v. Cavanilles Monad.*

Genera Geraniis affinia.

TROPÆOLUM, L. * Cardamindum, T. * *Capucine.* Kapuzinerblume. Calix profundè 5-fidus coloratus, laciniâ ſuperiore baſi calcaratâ, calcare intrà florem hinc hiante extrà ſtamina.

Petala 5 calici inſerta, ejuſdem laciniis alterna, quorum 2 ſuperiora ſeſſilia remota, calcaris fauci infixa; 3 unguiculata germen ex oppoſito ambientia. Stamina 8, filamentis diſtinctis, germini arctè circumpoſitis & ejuſdem diſco (perigyno?) impoſitis; antheræ oblongæ erectæ 2-loculares (4-loculares *ex Linnæo*). Germen 3-gonum; ſtylus 1 cylindricus 3-ſtriatus; ſtigmata 3 aucta. Pericarpia 3 reniformia ſuberoſa 1-ſperma non dehiſcentia, hinc ſulcata, indè imo ſtylo perſiſtenti affixa; ſemina conformia; corculum magnum abſque periſpermo, radiculâ intrà lobos rectos ſuprà latente non prominulâ. *Herbæ diffuſæ aut volubiles; folia alterna non ſtipulacea, ſimplicia peltata, aut rariùs digitata; pedunculi 1-flori longi axillares. Flores* T. pentaphylli *Juſſ. Peruv. & Commerſ. herb. Bonar. tantùm 2-petali, petalis cæteris nullis aut citiùs caducis; iidem in ſummo caule vix calcarati ferè regulares, inferioribus longè calcaratis multò minores. Genus affine Geranio ſtaminum & petalorum ſitu, ſtylo unico, ſtigmate multiplici, pericarpiis imo ſtylo affixis, periſpermi defectu. Affinitas quædam calcaris Tropæoli & tubi Geraniorum Africanorum intrà florem ſimiliter hiantis, ſed tubus pedicello arctè inhæret, non autem calcar. Prætereà Tropæolum diſcrepat ſtipulis nullis, floribus non oppoſitifoliis, lobis corculi rectis.*

BALSAMINA, T, * IMPATIENS, L. * *Balſamine.* Springkraut. Calix 2-phyllus minimus. Petala 4 hypogyna, irregularia & inæqualia: ſuperius latius fornicatum; inferius breve baſi calcaratum; lateralia ſeu interiora 2 majora baſi appendiculata aut interdùm 2-partita, undè corolla tunc quaſi 6-petala. Stamina 5 hypogyna, filamentis brevibus primò monadelphis, deìn maturatione diſtinctis, antherarum perſiſtente ſupernâ coalitione. Germen 1; ſtylus 0; ſtigma acutum. Capſula oblonga 5-locularis polyſperma 5-valvis, elaſticè diſſiliens valvis in ſpiram intortis, diſſepimentis membranaceis ex receptaculo columnari centrali ſeminifero enatis & valvularum margini appoſitis; corculum ſeminis rectum abſque periſpermo. *Herbæ; folia alterna aut rariùs oppoſita, non ſtipulacea; pedunculi axillares uni aut multiflori. Genus, anteà Papaveraceis adjectum, ſimile calice 2-phyllo & corollâ 4-petalâ & ſtylo nullo, ſed diſcrepans antheris definitis & connatis, fructu multiloculari & multivalvi, receptaculo centrali & foliis interdùm oppoſitis. Extùs convenit Geraniis Africanis ſimiliter calcaratis, ſed huic ut & Tropæolo calcar liberum, non pedicello inhærens ut in Geraniis; diverſa inſuper ſtaminum & fructûs & ſeminis ſtructura. Genus ergò ſui ordinis nunc verè unicum. An pro calice habenda petala 2 exteriora, calicis munus jam obeuntia in flore nondùm explicato?*

OXALIS, L. * OXYS, T. * *Surelle.* Sauerklee. Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 hypogyna, latere leviter connexa. Stamina 10 hypogyna, filamentis baſi coalitis, alternis brevioribus; antheræ ſubrotundæ. Germen ſimplex; ſtyli 5; ſtigmata 5. Capſula brevis aut oblonga, 5 gona 5-locularis loculis mono aut polyſpermis, 5-valvis valvis introflexis & receptaculo centrali affixis, ſingulis loculum conſtituentibus & extùs elaſticè bipartitis; ſemina compreſſa tranſverſim multi-ſtriata arillata, receptaculo annexa. *Herbæ, quædam radice tuberoſâ, caulefcentes aut ſcapoſæ; folia confertim alterna, ternata aut rariùs abruptè pinnata, petiolo baſi dilatato (ſtipulaceo?), juniora Filicum more in ſpiram involuta; pedunculi in ſcapis terminales, in caulibus axillares aut & terminales, nunc 1-flori medio 2-ſquamuloſi, nunc umbellatim multiflori umbellâ ſubinvolucratâ. Seminis minimi corculum videtur rectum abſque periſpermo. Genus à Geraniis diſtinctum ſtylis pluribus, capſulæ formâ & dehiſcendi modo, corculo recto, periſpermi defectu: an Tribulo aut Zygophyllo affinius?*

Obs. Gerania hìnc Vitibus indè Malvaceis affinia. Habitu, ſtaminum monadelphiâ & foliis ſtipulaceis Malvaceas referunt, diſſimiles tamen corculi lobis non corrugatis, capſularum ariſtis ſtylo applicitis & à baſi dehiſcentibus, foliis interdùm oppoſitis. Pedunculus multiflorus folio alterno ſtipulaceo oppoſitus ſignum eſt Vitibus & Geraniis nonnullis commune, ſed Vitium habitus paulò diſpar, calix minimus, petala ſtaminibus oppoſita, germen diſſimile & fructus baccatus. An ex Tropæoli & Ciſſi cum Geraniis comparatione concludenda in his ſtaminum perigynia?

ORDO XIV.

MALVACEÆ, *LES MALVACÉES.*

MALVEN FAMILIE.

CALIX quinquefidus aut quinquepartitus; nunc ſimplex, nunc duplex caliculo cinctus mono aut polyphyllo. Petala quinque æqualia, modò diſtincta hypogyna, modò baſi connata & imo ſtaminum tubo adnata. Stamina hypogyna, definita aut indefinita; filamenta nunc maximâ ſui parte coalita in tubulum ſtylo appreſſum, ipſi ſubæqualem, baſi corolliferum, apice & ſæpè in ſummâ ſuperficie externâ antheris onuſtum filamento proprio ſtipitatis aut rariùs ſeſſilibus; nunc eadem infrà connata in urceolum cujus diviſuræ aut omnes antheriferæ, aut quædam ſteriles fertilibus intermixtæ. Germen unicum, in quibuſdam ſtipitatum; ſtylus ſæpè unicus, raro multiplex; ſtigma multiplex, rariſſimè ſimplex. Fructus modò multilocularis, multivalvis valvis medio ſeptiferis, modò multicapſularis capſulis dehiſcentibus aut rariùs non dehiſcentibus, in fructum unicum compactis, aut circà ſtyli baſim verticillatis, aut raro ſuprà receptaculum capitatis. Semina in loculis aut capſulis ſolitaria aut plura, angulo interiori inſerta aut receptaculo fructûs centrali columnari loculos & capſulas connectenti. Corculum abſque periſpermo, lobis in radiculam incurvis ac corrugatis. Caulis arboreſcens aut fruteſcens aut herbaceus. Folia alterna ſtipulacea, ſæpè ſimplicia,

rarò digitata. Flores axillares aut terminales, rariſſimè abortu diclines.

De Univerſâ Familiâ & Sing. Generibus conſulend. abſolutiſſ. Ill. Cavanilles opus. Gen. Monadelpha Diſſ. I-X.

I. Stamina in tubum corolliferum connata, indefinita. Fructus multicapſularis; capſulæ capitatæ.

PALAVA, Cav. * Calix 5-fidus ſimplex. Antheræ in apice tubi. Stigmata plura. Capſulæ plures 1-ſpermæ non dehiſcentes. *Herbæ; flores ſolitarii axillares.*

MALOPE, L. * MALACOÏDES, T. * Calix 5-fidus caliculo 3-phyllo cinctus. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stigmata plura. Capſulæ plures 1-ſpermæ non dehiſcentes. *Herbæ; flores axillares.*

II. Stamina in tubum corolliferum connata, indefinita. Fructus multicapſularis; capſulæ verticillatæ, in orbem diſpoſitæ aut in unam compactæ.

MALVA, T. L. * ALCEA, T. * *Mauve*, *Alcée.* Malve. Calix 5-fidus, caliculo cinctus 3-phyllo, rariùs 1-2-4-phyllo. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stigmata 8 aut plura. Capſulæ totidem in orbem diſpoſitæ, 1-ſpermæ non dehiſcentes, rariùs 2-3-ſpermæ (in *M. Carolinianâ* & *M. proſtratâ* 2-loculares 2-ſpermæ *ex Cav.*). *Frutices aut ſæpiùs herbæ; flores axillares aut terminales.*

ALTHÆA, T. L. Cav. * ALCEA, T. L * MALVA, T. * *Guimauve.* Althæe. Calix 5-fidus, caliculo 6-9-fido cinctus. Capſulæ plures 1-ſpermæ. Cætera ut in Malvâ. *Herbæ, quædam lignoſæ aſſurgentes; flores axillares aut ſpicati terminales. Hùc retulit meritò D. Cavanilles* Alceam L. *caliculo 6-fido deſignatam, interdùm tamen 8-fido.*

LAVATERA, T. L. * ALTHÆA, T. * MALVA, T. * Lavatere. Calix 5-fidus, caliculo 3-fido cinctus. Capſulæ plures 1-ſpermæ. Cætera ut in Malvâ. *Frutices aut herbæ; flores axillares. Capſulæ in* L. trimeſtri *tectæ peltâ orbiculari planâ quæ* Lavateræ T. *ſignum præcipuum*

MALACHRA, L. * MALACOÏDES, Pl. * Involucrum 3-6-phyllum multiflorum. Singulo flori calix 5-fidus, caliculo 8-12-phyllo cinctus. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stigmata 10. Capſulæ 5, in orbem diſpoſitæ, 1-ſpermæ. *Herbæ; flores axillares.*

PAVONIA, Cav. * HIBISCUS, L. * Calix 5-fidus, caliculo 5-20-phyllo aut multipartito cinctus. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stigmata 8-10. Capſulæ 5 in orbem diſpoſitæ, 2-valves 1-ſpermæ. *Frutices, rariùs herbæ; flores axillares aut ſpicati terminales. Hibiſco affinis ſed multicapſularis. Capſulæ quarumdam apice ſpinoſae.*

URENA, Dill. L. * Calix 5-partitus, caliculo 5-fido cinctus. Antheræ in apice tubi. Stigmata 10. Capſulæ 5 conniventes 1-ſpermæ, extùs echinatæ. *Herbae aut ſuffrutices; foliorum nervi 1-3 primarii ſubtùs glandulâ poroſâ inſtructi; flores axillares & terminales.*

NAPÆA, L. * Calix campanulatus 5-fidus ſimplex. Antheræ in apice tubi. Stigmata 10. Capſulæ 10 in unam conniventes, 1-ſpermæ. *Herbae altiſſimae; pedunculi multiflori, axillares aut corymboſi terminales. Species una abortu dioïca germine in maſculis abortivo, antheris fœminearum effœtis. Napæa Sidæ congener ex D. Cavanilles: petala tamen non obliqua nec pedicellus articulatus & calix praetereà baſi latior.*

SIDA, L. * ABUTILON, T. * Calix 5-fidus ſimplex. Antheræ in apice tubi. Styli plures (5-30) baſi approximati (rarò ſtylus verè unicus); ſtigmata totidem. Capſulæ totidem 1-loculares 1-3-ſpermæ 2-valves, in unam conniventes. *Frutices aut herbae, rarò arbores; flores axillares aut terminales, pedicellis ſub calice quaſi articulatis, in articulo ſolubilibus, obſervante D. Cavanilles. Ex eodem petala in ſpeciebus 5-10-capſularibus 1-ſpermis ſaepiùs hinc falcatìm & obliquè productiora, in caeteris non item. Capſulae in* S. veſicariâ *ejuſd. 5-ſpermae.*

III. Stamina in tubum corolliferum connata, indefinita. Fructus ſimplex multilocularis.

ANODA, Cav. * SIDA, L. * Calix 5-fidus ſimplex. Antheræ in apice tubi. Stylus 1; ſtigmata plura (10-25). Capſula loculis totidem 1-ſpermis, ſtellatìm diſpoſitis, apice roſtratis & divaricatis. *Herbae; flores ſolitarii axillares, pedunculis non articulatis. A Sidâ diſcrepat praecipuè fructu ſimplici.*

LAGUNA, Cav. * Calix tubuloſus 5-dentatus ſimplex, hinc fiſſus. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stylus 1; ſtigma peltatum. Capſula 5-locularis oblonga loculis polyſpermis extùs 2-valvibus. *Herba; folia 3-partita; flores axillares & terminales. Genus dubium & à ſequenti vix diſtinctum.*

SOLANDRA, Murr. * Calix 5-fidus ſimplex. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stylus 1; ſtigmata 5. Capſula oblonga 5-locularis polyſperma, in 5 valvulas medio ſeptiferas ſolubilis, ſuperſtite receptaculo centrali filiformi. *Herba erecta; flores*

axillares & terminales. An ſervandum nomen, jam ſpeciei Umbelliferæ & alteri Solanaceæ addictum?

HIBISCUS, L. * KETMIA, T. * Eibiſch. Calix 5-fidus aut 5-dentatus caliculo polyphyllo (5-30, rariſſimè 3) aut multipartito cinctus. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stylus 1; ſtigmata 5. Capſula formâ varia, 5-locularis 5-valvis, loculis polyſpermis, raro 1-ſpermis. *Frutices aut herbæ; flores axillares & terminales. In* H. eſculento *ſtigmata 5-10 & capſulæ totidem. Species quædam nervo foliorum præcipuo ſubtùs glanduloſo*

MALVAVISCUS, Dill. Cav. * HIBISCUS, L. * Calix tubuloſus 10-ſtriatus 5-dentatus, caliculo 8-phyllo cinctus. Petala convoluta, baſi hinc auriculata. Antheræ in apice & ſuperficie tubi contorti. Stylus 1; ſtigmata 10. Bacca 5-locularis 5-ſperma. *Frutex; flores ſolitarii axillares.*

GOSSYPIUM, Bauh. L. * XYLON, T. * *Coton.* Baumwolle. Calix cyathiformis punctatus ſub5-lobus, caliculo cinctus majore 3-fido laciniis dentato-criſtatis. Antheræ in apice & ſuperficie tubi. Stylus 1; ſtigmata 3-4. Capſula 5-locularis 5-valvis polyſperma, ſeminibus lanâ involutis. *Arbuſculæ, aut frutices quidam ſubherbacei; flores axillares. Folia quorumdam nervo præcipuo ſubtùs glanduloſo.*

IV. Stamina in tubum corolliferum connata definita. Fructus multilocularis.

SENRA, Cav. * Calix cyathiformis 5-fidus, caliculo cinctus majore 3-phyllo. Antheræ circiter 10, ſtipitatæ in apice & ſuperficie tubi. Membrana 4-loba ſub germine. Stylus 1; ſtigmata 5. Fructus (5-locularis?) 10-ſpermus. *Herba; flores ſolitarii axillares. Caracter ex D. Cavanilles.*

FUGOSIA. * CIENFUEGOSIA, Cav. * Calix 5-fidus, caliculo cinctus minimo circiter 12-phyllo. Antheræ paucæ, in mediâ ſuperficie tubi quaſi verticillatæ. Stylus 1; ſtigma clavatum. Capſula globoſa 3-locularis 3-ſperma. *Herba; flores ſolitarii axillares & terminales.*

PLAGIANTHUS, Forſt. * Calix 5-fidus ſimplex. Petala à cæteris remota. Tubus apice 12 antheris circiter onuſtus. Stylus 1; ſtigma clavatum. Bacca...? *Caracter ex Forſt. t. 43.*

QUARARIBEA, Aubl. * Calix coriaceus tubuloſus 3-5-dentatus ſimplex, interdùm latere fiſſus. Petala 5 longa anguſta, ex imo calice orta, ſuprà divaricata. Staminum filamenta connata in tubum gracilem longiſſimum integrum, apice 4-5-glanduloſum, ſubtùs 9-andrum antheris ſeſſilibus verticillatis; infrà multiglanduloſum glandulis pariter verticillatis antherarum æmulis, baſi nudum. Stylus longus, tubo ſtaminum vaginatus; ſtigma

2-lobum

2-lobum exſertum. Capſula coriacea, calice infrà cincta ovata 2-locularis 2-ſperma, ſeminibus hinc planis, indè convexis. *Frutex; folia alterna ſtipulacea ſtipulis caducis; flores 1-5-axillares, pedunculis 1-floris ſquamuloſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 278. An affinior Meliis & Turrææ cui ſimilis habitu; an corculum corrugatum?*

V. Stamina baſi in urceolum ſeſſilem connata, omnia fertilia, definita aut indefinita.

MELOCHIA, Dill. L. * Calix 5-fidus ſimplex. Stamina 5. Styli 5; ſtigmata 5. Fructus 5-capſularis calice angulato cinctus; capſulis conniventibus apice 2-roſtratis & 2-valvibus 1-ſpermis. *Frutices aut herbæ; flores axillares & terminales interdùm glomerati.*

RUIZIA, Cav. * KOENIGIA, Commerſ. * Calix 5-partitus, caliculo 3-phyllo deciduo cinctus. Petala obliquè falcata. Stamina numeroſa. Styli 10 breves; ſtigmata 10. Fructus parvus globoſo-umbilicatus, 10-toroſus, 10-capſularis capſulis in unam conniventibus 1-locularibus 2-ſpermis. *Arbuſculæ aut frutices; flores corymboſo-umbellati axillares & terminales. Caracter ex Commerſonio & Cavan.*

MALACHODENDRUM, Mitch. Cav. * STEWARTIA, L. * Calix 5-partitus 1-bracteatus. Petala interdùm 6 limbo crenulato. Stamina numeroſa. Germen 5-ſulcatum; ſtyli 5; ſtigmata 5 capitata. Capſulæ 5 monoſpermæ. *Frutex; folia alterna non ſtipulacea; flores magni ſolitarii axillares extùs ſericei. Caracter ex Mitchell apud Catesb. Car. 3. p. 13 & ex D. Cavanilles. Genus Stewartiæ 1-ſtylæ anteà adjunctum, Gordoniæ affinius. An tamen corculum corrugatum? Fructus in immaturo obſervatus, an verè 5-capſularis.*

GORDONIA, L. * Calix 5-partitus ſimplex coriaceus laciniis rotundatis. Petala ſtaminum urceolo infrà inſerta. Stamina numeroſa. Stylus 1; ſtigmata 5. Capſula parva conica 5-locularis; 5-valvis valvis medio ſeptiferis, loculis 2-ſpermis; ſemina foliacea compreſſa. *Frutices; flores ſolitarii axillares. Habitus à Malvaceis paulò diverſus & ſtipulæ nullæ, ſed corculum lobis corrugatis.*

HUGONIA, L. Cav. * Calix 5-partitus ſimplex perſiſtens, laciniis 2 exterioribus. Stamina 10. Styli 5; ſtigmata 5. Bacca globoſa piſiformis, fœta nucibus 5 bivalvibus 1-ſpermis. *Frutices; flores ſubcorymboſi axillares & terminales. Ramuli* H. Myſtacis *ſæpè gemino inſtructi cirrho lignoſo recurvo corniformi.*

BOMBAX, L. * CEIBA, Pl. * *Fromager.* Wollſaame. Calix coriaceus campanulatus 5-lobus ſimplex. Petala baſi juncta

V

& ſtaminum urceolo inſerta. Stamina 5 aut plura indefinita. Stylus; ſtigma capitatum aut 5-fidum. Capſula magna oblonga, cylindrica aut ovata aut turbinata, 5-locularis 5-valvis valvis lignoſis, polyſperma; ſemina numeroſa denſâ lanugine obvoluta, affixa receptaculo columnari centrali. *Arbores cortice trunci nunc inermi interdùm ſuberoſo, nunc aculeis maximis lignoſis numeroſis tecto; folia digitata; flores faſciculati axillares aut racemoſi terminales.*

ADANSONIA, L. * *Baobab du Sénégal.* Adanſonie. Calix cyathiformis 5-fidus coriaceus ſimplex. Petala baſi ſtaminum urceolo oblongo inſerta. Stamina numeroſa, ultrà urceolum patentia. Stylus 1 longus intortus; ſtigmata 10. Capſula maxima ovata lignoſa non dehiſcens, intùs pulpoſa 10-locularis, diſſepimentis membranaceis, loculis polyſpermis; ſemina numeroſa reniformia ſuboſſea pulpâ involuta. *Arbor trunco craſſiſſimo tranſversè 20-30-pedali; folia digitata; flores ſolitarii axillares.*

VI. Stamina baſi in urceolum ſeſſilem connata, ſterilia fertilibus intermixta, definita aut rariùs indefinita.

PENTAPETES, L. * Calix 5-fidus coriaceus oblongus ſimplex. Petala oblonga, calici æqualia. Staminum filamenta baſi in tubulum connata, 15 fertilia 5 ſterilibus longioribus interjectis quinquiès ternata. Stylus 1; ſtigma craſſiuſculum. Capſula lignoſa, clavato-ovata 5-locularis loculis 2-valvibus polyſpermis; ſemina oblonga compreſſa, alâ membranaceâ aucta. *Caracter ex Linn. Amœn. 1. p. 134. Arbores; folia ſimplicia ſtipulacea; flores axillares aut terminales; fructus ferè Theobromæ. An corculum corrugatum? Hinc eliminat D. Cavanilles* P. phæniceam L. *cæteris ſpeciebus nuperiùs adjunctam & Dombeyæ veriùs congenerem calice caliculato, fructu globoſo parvo, ſeminibus non alatis.*

THEOBROMA, L. * Cacao, Pl. Aubl. * *Cacaoyer, Cacao.* Cacaobaum. Calix 5-partitus. Petala imo ſtaminum urceolo inſerta, baſi concavâ ſaccata, ultrà producta in ligulam integram recurvam apice dilatatam. Staminum filamenta 10, baſi in urceolum connata, 5 longiora lanceolata ſterilia, 5 alterna breviora reflexa fertilia (ſingula 5-antherifera *ex Linn.*) antheris in petalorum cavitate reconditis. Stylus 1; ſtigmata 5. Capſula magna, coriaceo-lignea ovata, 5-angulata & ſæpè ſalebroſa, 5-locularis loculis polyſpermis; ſemina amygdaliformia numeroſa in pulpâ nidulantia, receptaculo columnari affixa. *Arbuſculæ; folia magna; flores parvi, ſuprà*

ramos faſciculatim ſparſi, pedunculis 1-floris. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 275-276.

ABROMA, Jacq. Murr. * AMBROMA, LS. * THEOBROMA, L. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala baſi fornicata (nectarium exteriùs LS.) & introrsùm concava, ſuprà ovata magna. Staminum filamenta connata in urceolum (nectarium interius LS.) apice 10-fidum, laciniis 5 brevibus 3-fidis 3-antheriferis, 5 alternis ſterilibus erectis linearibus apice recurvato fornicatis. Styli 5 approximati; ſtigmata 5. Capſula oblonga truncata mucronata, 5-alata 5-locularis ſuprà dehiſcens polyſperma; ſemina numeroſa reniformia receptaculis barbatis utrinque adhærentia. *Frutex; flores* (*Theobromæ*) *axillares*; *fructus Hibiſci. Caracter ex Linn. Suppl.*

GUAZUMA, Pl. * THEOBROMA, L. * Calix 5-partitus. Petala baſi concavâ ſaccata, ultrà producta in ligulam apice bifurcam. Staminum filamenta 10 in urceolum baſi connata, 5 longiora lanceolata ſterilia, 5 alterna breviora fertilia 3-anthe-rifera. Stylus 1; ſtigmata 5. Fructus parvus globoſus ſcaber, cortice verrucoſo cribriformi lignoſo, 5-locularis polyſpermus. *Arbor Ulmi facie, indè* Orme d'Amérique *vernaculè dicta; flores racemoſi & axillares & terminales.*

MELHANIA, Forsk. * Calix 5-partitus caliculo cinctus 3-phyllo. Petala cuneata retuſa. Staminum filamenta 10 in urceolum baſi connata, 5 longiora ſterilia, 5 alterna 1-antherifera. Stylus 1; ſtigmata 5. Capſula globoſa 5-locularis 5-valvis, loculis 4 ſpermis. *Frutex; pedunculi ſolitarii axillares umbellatìm multiflori. Caracter ex Forskalio. An congener* Dombeya decanthera *Cav. diſtincta tamen filamentis fertilibus 2-antheriferis; an potiùs Melhania Dombeyæ addenda?*

DOMBEYA, Cav. * STEWARTIA, Commerſ. * Calix 5-partitus caliculo cinctus 3-phyllo, lato aut anguſto, deciduo. Staminum filamenta 20, baſi in urceolum corolliferum connata, 5 longiora ſterilia, 15 fertilia 1-antherifera ſterilibus ternatìm alternantia. Stylus 1; ſtigmata 5. Fructus globoſus aut turbinatus, toroſus, 5-capſularis capſulis in unam conniventibus, 1-locularibus 2-valvibus, mono aut polyſpermis. *Arbuſculæ aut frutices; flores corymboſo-umbellati axillares & terminales; petala quorumdam hìnc obliquè falcata, plurimorum marceſcentia. Caracter ex Commerſ. herb. Borb., & ex D. Cavanilles qui* Pentapetem phæniceam L. *caractere ſimilem hùc retulit.* D. punctata *fortè abortu dioïca.* D. decanthera *filamentis tantùm 10 inſtruitur, 5 ſterilibus, 5 brevioribus 2-antheriferis, indè Melhaniæ proxima.*

ASSONIA, Cav. * KOENIGIA, Commerſ. * Calix 5-partitus, cinctus foliolo laterali 3-lobo. Petala obliquè falcata. Stamina Dombeyæ, ſterilia fertilibus breviora. Styli 5; ſtigmata 5. Fructus globoſus umbilicatus 5-capſularis capſulis conniven-

tibus 1-locularibus 2-ſpermis. *Arbuſcula Borbonienſibus dicta* Bois de ſenteur bleu; *flores corymboſi axillares & terminales*; *petalorum baſis marceſcens. Caracter ex Commerſ., & ex D. Cavanilles qui pleraſque deſcripſit delineavitque Malvaceas in ſextuplici de generibus monadelphis diſſertatione. Congener Vahlia Dahl. Obs. Bot.*

BYTTNERIA, L. * Calix ſimplex 5-fidus patens. Petala baſi arcuato-inflexa concava, ſuprà 3-loba lobo intermedio in ligulam filiformem integram longam producto. Staminum urceolus brevis margine 10-dentatus, dentibus 5 nudis, 5 biantheriferis petalorum baſi concavâ tectis. Germen ſeſſile urceolo cinctum; ſtylus 1; ſtigma 5-gonum. Fructus globoſus echinatus, 5-capſularis capſulis arctè conniventibus, intùs dehiſcentibus & 1-ſpermis. *Frutices aculeati, ramis ſæpè angulatis, interdùm ſarmentoſis; nervus foliorum medius in quibuſdam ſubtùs baſi glanduloſus aut tumidus; flores axillares.*

VII. Stamina baſi in urceolum germini arctè circumpoſitum & cum ipſo ſtipitatum connata, plerumque definita & fertilia.

AYENIA, L. * Calix 5-partitus ſimplex. Petala imo ſtipiti inſerta, ungue filiformi longo arcuatim incurva, ſuperiùs latiora & in planam conniventia ſtellulam quam ſuperant 5 glandulæ minimæ pedicellatæ, ſingulæ in ſummo petalo mediæ. Staminum urceolus ſtellulâ petalinâ obtectus, màrgine 10-dentatus, dentibus alternis obtuſis, alternis filiformibus monandris. Germen ſtipitatum; ſtylus 1; ſtigma ſub5-lobum. Fructus globoſus parvus muricatus 5-capſularis capſulis conniventibus 2-valvibus 1-ſpermis. *Suffrutices minimi; flores minimi axillares, pedunculis 1-floris. Corculum corrugatum. Cavanilles. Monadelph. Gen: ſtipulat. germ. ſtipitat. pentandr. — ſtylus. 1. Calyx 5-phyllus. Petala 5. Capſ. 5 monoſperma.*

KLEINHOVIA, L. Cav. * Calix 5-partitus ſimplex. Petala imo ſtipiti inſerta, lanceolata, ſupremo latiore fornicato. Staminum urceolus minimus 5-fidus (10-fidus 10-ander *ex Linn.*), ſingulis laciniis 3-antheriferis. Germen ſtipiti longo inſidens; ſtylus 1; ſtigma crenulatum. Capſula (Cardioſpermi) membranacea veſicaria turbinata 5-gona 5-locularis 5-valvis, loculis 1-ſpermis; ſemina globoſa. *Arbuſcula; flores paniculati axillares & terminales minimi. Caracter ex Linn. & Cavan. Corculum corrugatum. An Kleinhoviae aut Helicteri affinis Glutta. Congener Arbor Judae Luzonis Camell. ſc. 31. Raj. Hiſt. 3. Luz. 77. n. 5.*

HELICTERES, L. * ISORA, Pl. * Calix ſimplex tubuloſus coriaceus, extùs tomentoſus, 5-fidus inæqualis. Petala imo ſtipiti inſerta, plerumque longa & ligulata, baſi attenuata in unguem

filiformem calici ſubæqualem, ſuprà 2-dentatum aut rariùs fimbriatum. Staminum urceolus nunc oblongus ſuprà multifidus laciniis numeroſis antheriferis, nunc 10-15-partitus, laciniis 5 ſterilibus ſquamiformibus germini appreſſis, filamentis 5-10 monantheris ſolitariè aut geminatim interjectis. Germen ſtipiti longiſſimo inſidens, 5-ſulcatum; ſtylus 1 ſubulatus; ſtigma ſub5-fidum. Fructus ovatus aut oblongus 5-capſularis, capſulis arctè conniventibus, in ſpiram mutuò complexis aut rariùs rectis, 1-locularibus polyſpermis, intùs dehiſcentibus. *Arbuſculae tomentoſae; pedunculi axillares pauciflori; corculum certè corrugatum.* H. Iſoram *Aubletius dicit 6-andram 5-ſtylam.*

STERCULIA, L. * IVIRA, Aubl. * Calix coriaceus 5-partitus. Petala 0. Staminum urceolus patens, villoſus aut lævis, 5-dentatus dentibus 2-3-antheriferis. Germen 5-ſtriatum ſtipiti longo inſidens; ſtylus 1 ſubulatus; ſtigma ſæpè ſub5-lobum. Fructus rudimento urceoli fimbriato infrà cinctus, dehiſcens in capſulas 5 (aut pauciores quibuſdam abortivis) divaricatas aut & reflexas, coriaceas reniſimiles aut leguminiformes, ſingulas pedicellatas 1-loculares polyſpermas, ſuturâ interiore dehiſcentes marginibus ſeminiferis, intùs ſæpè villoſo-prurientes. *Caracter ex Aubl. Guyan. t. 279 & ex D. Cavanilles. Arbores; folia ſimplicia aut digitata, ſtipulis caducis; flores paniculati terminales diviſuris bracteatis. Monoïcam dixit Linnaeus, quia ſtipes diù ſolis terminatur antheris in globum compactis, germine tardiùs prodeunte aut quandoque abortivo. Helicteri affinis ſed apetala: hujus ergò congener* Helicteres apetala *Jacq., ut &* Culhamia *Forsk. eadem ex D. Vahl cum* S. platanifolia LS. *Capſulae* S. Balanghas *gelatinâ per rimam exſudante tumentes. An corculum corrugatum? Cavanilles. Monad. gen. ſtipulat. germ. ſtipitat. dodecandr. ſtylus. 1. Cal. 5-partitus. Cor. 0. Capſ. 5 univalves.*

VIII. Genus Malvaceis affine.

PACHIRA, Aubl. * CAROLINEA, LS. * Calix tubuloſus, limbo truncato ſub5-dentato. Petala 5 longiſſima, imo calici inſerta, in tubum baſi conniventia, ſuprà patentia. Staminum filamenta numeroſa, baſi connata in tubum longum apice 15-partitum, laciniis 10-11-partitis, lacinulis 2-partitis, diviſuris omnibus filiformibus longis, ultimis monandris; antheræ (300-320) oblongæ erectæ. Germen (inferum *ex LS.*) ſimplex ſuperum; ſtylus 1 longiſſimus; ſtigmata 5. Capſula magna (Theobromæ) ovata ſulcata 1-locularis (2-locularis *ex Linn.*) multivalvis valvis coriaceis, polyſperma ſeminibus angulatis rufeſcentibus. *Arbor; folia alterna digitata ſtipulacea; flores ſolitarii axillares maximi; ſemina (cotyledonibus plicatis ex LS.) eſculenta.*

[r] *Caracter ex Aubl. Guyan. t. 291-292. An Carolinea LS. Pachirae verè congener?*

Obs. Malvaceæ inter ordines verè naturales & facilè definiendos annumerandæ. Affines Geraniis habitu & ſtaminum monadelphiâ & petalorum numero ac ſitu, diſcrepant corculo corrugato, ſtaminibus ſæpè numeroſis, capſulis aliter ſtylo annexis, foliis ſemper alternis & pedunculis non oppoſitifoliis. Flos à Tournefortio dictus in plurimis monopetalus, ab aliis rectiùs polypetalus habetur, quia petala baſi juncta inhærent potiùs (p. 255) ſtaminum tubo quàm ſibi invicem; inſuper in congeneribus omninò diſtincta ſunt, nec dantur in his pſeudo-monopetalis omnes cæteri caracteres corollæ monopetalæ comites. An autem ſtamina verè ſub piſtillo, an potiùs imo calici inhæreant, inter Autores ambigitur. Hæc tamen potiùs hypogyna videntur tum ex obſervatis tum analogiâ confirmante: talia enim certè extant in generibus urceolo ſtipitato inſtructis, quæ licet à cæteris paululùm diſſimilia, ab his tamen dimoveri nequeunt, utpotè pariter ſtipulacea & in urceolo ac corculo conformia. Cuticula ſtipitis exterior fortè habenda pro ſtaminum tubo ſuprà in urceolum dilatato & ſtipitem vaginante, ſed cum ipſo concreta nec acu divellenda. Simili ſtipite & urceolo 5-partito 5-andro inſtruitur Paſſiflora indè Malvaceis affinis, ſed diſpar ſtylo triplici & fructu ſimplici uniloculari & corollâ multipartitâ & præcipuè corculo intrà periſpermum carnoſum recto. Hæc corculi ſtructura Tiliaceas etiam ab iiſdem repellit, licèt habitu & quibuſdam ſignis ſimiles.

ORDO XV.

MAGNOLIÆ, *LES MAGNOLIERS.*

CALIX definitè polyphyllus, interdùm bracteatus. Petala plerumque definita, verè hypogyna. Stamina numeroſa diſtincta, ibidem inſerta; antheræ filamentis adnatæ. Germina plura definita, aut indefinita, receptaculo communi impoſita; ſtyli totidem aut nulli; ſtigmata totidem. Capſulæ aut baccæ totidem uniloculares mono aut polyſpermæ, quandoque in fructum unicum coalitæ. Corculum ſeminis rectum abſque periſpermo. Caulis fruteſcens aut arboreſcens. Folia al-

terna, plerumque integra, juniora ſtipulis cincta ramulos vaginantibus, Ficuum more convolutis in cornu gemmam terminalem fovens, mox tamen caducis ſuperſtite earumdem veſtigio circulari. Flores terminales aut axillares.

EURYANDRA, Forſt. * Calix 5-phyllus. Petala 3. Staminum antheræ didymæ, adnatæ filamentis apice dilatatis. Germina 3; ſtyli 3; ſtigmata 6. Folliculi 3 divaricati, intùs dehiſcentes polyſpermis. *Planta ſcandens. Caracter ex Forſt. t. 41.*

DRYMIS, Forſt. * Calix 3-lobus deciduus. Petala 6-12 majora. Antheræ didymæ, filamentis apice incraſſatis adnatæ. Germina 4-8; ſtyli o; ſtigmata 4-8. Baccæ 4-8 ſubſeſſiles, 2-4-ſpermæ. *Arbores Lauri facie, cortice aromatico; flores 1-3 axillares. Caracter ex Forſt. t. 42 & L. Suppl. Synonim. Wintera Murr.*

ILLICIUM, L * *Badiane.* Sternanis. Calix 6-phyllus, foliolis 3 intimis anguſtioribus alternis & petaloïdeis. Petala 27, triplici ordine, interiora breviora. Antheræ 30 oblongæ. Germina circiter 20; ſtyli 20; ſtigmata 20, in ſummis ſtylis lateralia. Capſulæ totidem in ſtellam diſpoſitæ, 2-valves 1-ſpermæ, ſeminibus nitidis. *Caracter ex Linnaeo. Arbores Lauri facie, cortice aromatico; flores axillares. Ex Kaempferi deſcriptione calix* I. aniſati *concluditur 4-phyllus, corolla 8-petala 8-andra, germina 20, capſulae 8 ſuperſtites caeteris abortivis.*

MICHELIA, L. Lamark. * *Champac de l'Inde.* Calix Magnoliæ. Petala 15, exteriora majora. Antheræ numeroſæ longæ, filamentis intùs adnatæ. Germina numeroſa axi centrali oblongo impoſita, quaſi ſpicata; ſtigmata totidem, ſtylis nullis. Capſulæ totidem axi elongato quaſi racemoſæ, ſubbaccatæ globoſæ, extùs punctatæ, ſemibivalves 1-loculares 3-7-ſpermæ. *Arbuſculae; folia magna; flores ſolitarii axillares, magni odori. Caracter ex D. Lamark.*

MAGNOLIA, L. * *Magnolier.* Bieberbaum. Calix 3-phyllus corollæformis deciduus, bracteâ cinctus membranaceâ hinc fiſſa & fugaciore. Petala 9. Antheræ numeroſæ longæ, filamentis utrinque adnatæ. Germina numeroſa axi centrali clavato impoſita; totidem ſtyli breviſſimi & ſtigmata villoſa. Capſulæ totidem in ſtrobilum densè compactæ perſiſtentes compreſſæ acutæ 2-valves 1-loculares 1-ſpermæ; ſemina oſſea, baccata ſeu arillata, ex dehiſcente capſulâ filo pendentia. *Arbores; folia magna; flores axillares maximi odori.*

TALAUMA. * MAGNOLIA, Pl. * Calix, petala, ſtamina & fortè germina Magnoliæ. Fructus ſtrobiliformis magnus ovatus, extùs ſquamoſus ſquamis craſſis granulatis ſuberoſis perſiſten-

tibus, intùs ligneus durus plurimis in ambitu loculis 1-ſpermis excavatus fortè non dehiſcentibus, quibuſdam abortivis. *Arbor*; *folia magna coriacea; flores ſolitarii terminales maximi adoratiſſimi. Caracter floris ex Plum. mſſ. vol. 6 & icone 90 à Burmanno non editâ, fructùs ex eodem & ex ſicco. In herbario Suriani nunc meo* Talauma *dicitur.*

LIRIODENDRUM, L.* *Tulipier.* Tulpenbaum. Calix 3-phyllus corollæformis deciduus, bracteâ 2-phyllâ deciduâ cinctus. Petala 6 in campanam conniventia. Antheræ numeroſæ longæ, filamentis utrinque adnatæ. Germina numeroſa, in conum digeſta; ſtigmata totidem globoſa, ſtylis nullis. Capſulæ totidem, baſi tumidæ 1-2-ſpermæ non dehiſcentes, apice in ſquamam planam lanceolatam attenuatæ, ſuprà axim ſubulatum densè imbricatæ, deciduæ. *Arbores; folia magna, in* L. Tulipiferâ *3-loba lobo medio truncato; ſtipulæ latiores, tardiùs deciduæ; flores ſolitarii terminales, tulipæformes.*

MAYNA, Aubl * Calix 3-partitus. Petala 8. Stamina circiter 30, antheris oblongis 4-gonis apice craſſioribus. Germina nulla... *Frutex; folia magna ſtipulacea, ſtipulis deciduis; flores parvi, plurimi axillares, odori. Genus fortè dioïcum, fœminâ nondum detectâ. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 352.*

Genera Magnoliis affinia.

DILLENIA, L. * Calix 5-phyllus perſiſtens foliolis ſubrotundis coriaceis. Petala 5 ſubrotunda magna. Stamina numeroſa; antheræ longæ, filamentis adnatæ. Germina circiter 20, introrsùm connexa, ſtigmata totidem ſtylis nullis, in ſtellam ſimul patentia. Capſulæ totidem oblongæ, applicitæ receptaculo centrali magno pulpoſo, & intùs foventes aut obtegentes ſemina numeroſa minima in pulpæ ſuperficie nidulantia. *Arbores; folia coriacea magna; flores axillares aut terminales, interdùm maximi; fructus ferè Cluſiæ. An Magnoliis minùs affinis & Guttiferis propior licèt alternifolia?*

ÇURATELLA, Loëfl. L. Aubl. * Calix 4-5-partitus perſiſtens, laciniis rotundatis quarum 1 interior petaliformis. Petala 4-5 calici ſimilia. Stamina numeroſa (hypogyna ut & petala *ex Aubl.*); antheræ ſubrotundæ. Germina 2 hirſuta; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſulæ 2 baſi junctæ, minimæ ſphæriceæ hirſutæ, 1-loculares 2-ſpermæ, tardiùs 2-valves. *Arbuſcula; folia alterna magna aſperrima (ſtipulacea?); flores racemoſi, ex foliorum jam antè deciduorum axillis orti, diviſuris racemi 2-bracteatis. Caracter ex Loefl. & Aubl. Guyan. t. 232. Habitus à Magnoliis diverſus; calix perennior ut & ſtamina, antheræ non ſimiles, ſtamina non certò hypogyna, ſtipulæ forte nullæ, ignota*

corculi ſtructura. An affinior Tetraceræ & Roſaceis, an potiùs Ranunculaceis? Nodum ſolvet ſtaminum & corculi ſitus determinatus.

OCHNA, L. * JABOTAPITA, Pl. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 unguiculata patentia. Stamina numeroſa conniventia; antheræ ſubrotundæ. Germen deſinens in ſtylum ſubulatum; ſtigma 1. Receptaculum carnoſum ſubſphæriceum tectum baccis 2-5 diſtinctis ſubrotundis ſemiimmerſis 1-ſpermis. *Caracter ex Linnæo. Arbuſculæ; folia alterna ſtipulacea; flores ſpicati aut paniculati terminales. Speciem geminam Madagaſcarienſem* Sophiſteques *nomine memorat Commerſonius, alteram polyandram filamentis longis perſiſtentibus antheriſque brevibus 10-carpam corculo ſeminum recto, alteram 10-andram antheris longis erectis ſubſeſſilibus caducis 5-carpam, utramque prætereà 1-ſtylam & Ochnæ ſimilem. Genus ergò aliter definiendum collatis aliis ſpeciebus, ſtylo ſimplici diverſum à Magnoliis & Anonis, habitu fortè ſimilius Hirtellæ & Roſaceis. An ſtamina verè hypogyna?*

QUASSIA, L. * SIMAROUBA, Aubl. * *Quaſſi, Simarouba.* Quaſſie. Monoïca. Calix parvus 5-partitus. Petala 5 lanceolata, multò majora, ſub diſco hypogyno inſerta. MASC. Stamina 10 eidem diſco impoſita, filamentis longis baſi intùs ſquamulâ inſtructis; antheræ oblongæ incumbentes. Germen ſterile. FŒM. Germen 5-lobum diſco impoſitum & ſquamulis 10 cinctum; ſtylus unicus; ſtigma ſub5-fidum. Capſulæ 5 olivæformes laterales diſtantes ſubcarnoſæ 1-ſpermæ. *Caracter Simaroubæ ex Aubl. Guyan. t. 332, cui convenit Quaſſia certè 10-ſquamuloſa & non hermaphrodita. Arbores amaræ cortice lacteſcente; folia alterna, non ſtipulacea, abruptè pinnata, foliolis in* Quaſſiâ *oppoſitè 3-4-jugis rachi marginatâ, in* Simaroubâ *alternè 2-9-jugis rachi nudâ; flores paniculati axillares & terminales diviſuris bracteatis, in* Quaſſiâ *dioïci ex Murrayo. Genus Ochnæ affine ſtylo ſimplici & fructu multiplici, affinius fortè Guayaco & Rutaceis.*

OBS. Ordinis caracter facilis & habitus proprius, idem tamen in Ficu & Artocarpo & congeneribus quibus ſimilis foliorum & ſtipularum diſpoſitio. Sed in his receptaculum commune floribus monogynis apetalis obtegitur, in illo germinibus numeroſis intrà florem unicum polypetalum. Magnoliæ utpotè polygynæ & alternifoliæ hìnc Malvaceis pariter ſtipulaceis, indè Anonis accedunt, ab utriſque tamen corculo diſcrepantes.

ORDO XVI.

ANONÆ, *LES ANONES.*

CALIX brevis trilobus perſiſtens. Petala ſex, quorum tria exteriora calicem interiorem æmulantia. Stamina numeroſa, antheris ſubſeſſilibus receptaculum hemiſphæricum obtegentibus, ſubtetragonis, apice latioribus. Germina numeroſa, receptaculo medio impoſita, conſertiſſima, vix ab antheris diſtincta & iiſdem quaſi obtecta; ſtyli totidem breves aut ſubnulli; ſtigmata totidem. Baccæ aut capſulæ totidem mono aut polyſpermæ, nunc diſtinctæ seſſiles aut ſtipitatæ & receptaculo communi impoſitæ, nunc coadunatæ in fructum unicum pulpoſum, numeroſis ſub cortice excavatum loculis monoſpermis. Membrana ſeminum exterior coriacea, interior membranacea tranſversìm pluriès intùs plicata, plicis innumeros diſtinguentibus lobulos tranſverſos ſeminis ſeu periſpermi magni ſolidi, in cujus hylo corculum minimum. Caulis arboreſcens aut fruteſcens; rami & ramuli alterni cortice ſæpiùs reticulato. Folia alterna ſimplicia integra non ſtipulacea. Flores axillares.

ANONA, L. * GUANABANUS, Pl. * *Anone*, *Coroſſol*, *Cachiment.* Schupenapfel. Petala 3 interiora minora. Germina concreta in unum ſtigmatibus numeroſis tectum. Bacca unica ex pluribus concreta, cortice muricato aut ſquamoſo aut reticulato aut rariùs lævi, intus pulpoſa, ad ambitum multilocularis loculis 1-ſpermis.

UNONA, LS. * Petala baſi intùs excavata & in urceolum conniventia. Germina diſtincta; ſtyli circiter 10. Baccæ diſtinctæ ovatæ, umbellatìm divergentes, 2-ſpermæ ſemine uno ſuprà alterum. *Caracter ex Linn. Suppl.*

UVARIA, L. *. Petala patentia. Germina numeroſa. Baccæ to-

tidem diſtinctæ globoſæ pedunculatæ polyſpermæ. *Caracter ex Linnæo. Baccae* U. Zeylanicæ *Aubl. t. 243 &* Funis Muſarii *Rumph. 5. t. 42 ſiliquaeformes cylindricae 2-3-4-toroſae, in ſingulo torulo 1-ſpermae, quas Unona LS. ſibi potiùs vindicat quàm Uvaria. Baccae* U. Japonicæ *ſeſſiles 2-ſpermae ex Kaempfero: indè genus aliter poſthàc definiendum.*

CANANGA, Aubl. * Petala parva. Germina numeroſa. Capſulæ aut baccæ totidem ovatæ ſtipitatæ 1-ſpermæ. *Caracter ex Aubl. Guyan. t. 244 Congener fortè* Uvaria longifolia *Sonner. Ind. 2. p. 233. t. 131, ut &* Aberemoa *Aubl. t. 245 cujus baccae majores breviùs ſtipitatae.*

XILOPIA, L. Aubl. * Petala parva, exteriora latiora. Germina 2-15. Capſulæ totidem ſubſeſſiles compreſſæ coriaceæ 2-valves 1-loculares 1-2-ſpermæ. *Caracter ex Aubl. Guyan. t. 242.*

Obs. Anonæ Magnoliis ſimillimæ flore polyandro fructuque polygyno & anteà iiſdem coordinatæ, diſſentiunt ſtipularum defectu, calice trilobo, petalis ſemper ſenis, antheris ſeſſilibus & præcipuè ſtructurâ ſeminis. Organum amygdaliforme non tamen bipartiendum & tranſversìm pluriès ſulcatum, pro vero habetur ſemine à plurimis, ſed Adanſonio teſte diverſum eſt à corculo ſuperiùs poſito. Corculum autem in vivo recognoſcendum evaneſcit in ſicco, indè mihi prætervisum. Accedunt Anonis Meniſperma ſequentia pariter polygyna & periſpermo inſtructa, ſed eodem non ſulcato & ſtaminibus definitis diſtincta. An duplex tantùm in ordine genus admittendum, alterum monocarpum, alterum polycarpum?

ORDO XVII.

MENISPERMA, *LES MENISPERMES.*

CALIX definitè polyphyllus. Petala definita calici oppoſita; ſquamulæ in quibuſdam totidem interiores petalis oppoſitæ. Stamina definita, petalis numero æqualia & iiſdem oppoſita. Germina plura definita, ſtyli & ſtigmata totidem. Fructus totidem baccati aut capſulares reniformes monoſpermi, ſemine conformi, plures ſæpè abortivi, unico ſuperſtite. Corculum planum

parvum lobis tenuibus, in apice periſpermi carnoſi multò majoris incurvi. Caulis fruteſcens, plerumque ſarmentoſus; folia alterna ſimplicia non ſtipulacea; flores axillares aut terminales, ſæpè faſciculatìm ſpicati aut racemoſi faſciculis unibracteatis, ſæpiùs abortu diclines.

CISSAMPELOS, L. * CAAPEBA, Pl. * Grieſwurzel. Dioïca. Calix o. Petala 4 patentia. MASC. Stamina 4, antheris brevibus, filamentis in unicum coalitis, è medio floris diſco membranaceo rotato exſertum breve. FŒM. Germen minimum, margine laterali membranaceo extrorsùm dilatato; ſtyli 3 breves; ſtigmata 3. Bacca 1-ſperma ſemine rugoſo compreſſo. *Caracter ex Linnæo. Flores axillares minimi, præ tenuitate difficillimè obſervandi; maſculi racemoſi, pedunculis in racemo corymbiferis tenuibus, pluribus baſi ſimul 1-bracteolatis; fœminei (apetali ex Linn.) ſpicati, ſpicâ craſſiore è faſciculis 1-bracteatis compoſitâ; fructus Meniſpermi & habitus idem. An indè genera conformia & ſimiliores cæteri utriuſque caracteris; an calix idem, ſed vix conſpicuus; an germen triplex ſtylo triplici prænuntiatum, unico perſiſtente ſuprà pedunculum obliquè infixo?*

MENISPERMUM, T. L. * *Meniſperme.* Mondſaame. Calix 6-phyllus extùs 2-bracteatus, interdum numero varius. Petala 6 apice craſſiuſcula. Stamina 6. Germina 3-6; ſtyli & ſtigmata 3-6. Baccæ totidem compreſſæ reniformes, unicâ ſæpè ſuperſtite. *Flores ſpicati aut racemoſi, ſupràaxillares aut terminales, ſinguli bracteati. Caracter fructûs ex ſiccis, floris ex* M. Virginico *in hortis botanicis vegeto, ſed antheris aut germinibus effœtis non frugifero. Indè genus dioïcum ex Linnæo qui in* M. Canadenſi *deſcribit calicem 2-phyllum, petala 4 exteriora & 8 interiora, ſtamina maris 16 fertilia & fœminæ 8 ſterilia, germina 2 & baccas totidem.* M. Virginici *omninò congener* Cebatha *Forsk.; caractere ſimillima omiſſis tamen bracteis, & verè dioïca 3-gyna, nullo in Maſculis floribus germine, in fœmineis ſtamine. Congener etiam* Calumbra *Commerſ. diſtincta fructu olivæformi hirto, flore pariter non bracteato & forsàn hermaphrodito. Caracter corculi in* M. cocculo *præcipuè obſervatus, analogiâ prænuntiatus in cæteris.*

LEÆBA, Forsk. * Dioïca. MASC. Calix 5-phyllus patens, foliolis 2 exterioribus minimis. Petala 3 calice majora. Squamæ 6 interiores. Stamina 6, ſquamis oppoſita & iiſdem convolutis baſi cincta. FŒM.... *Caracter ex Forskalio qui flores fœmineos non vidit. An mutato partium nomine idem cum Meniſpermo caracter?*

EPIBATERIUM, Forsk. * Monoïcum. Calix duplex uterque deciduus, exterior 6-phyllus minimus, interior 3-phyllus multò major. Petala 6, calice interiore minora. Masc. Stamina 6 (petalis oppoſita *in icone Forſt.*); antheræ ſubrotundæ. Fœm. Germina 3; ſtyli & ſtigmata 3. Drupæ 3 ſubgloboſæ, ſtylo mucronatæ, fœtæ nuce reniformi compreſsâ 1-ſpermâ. *Planta ſcandens. Caracter ex Forſt. Auſtr. t. 54.*

ABUTA, Aubl. * Calix.... Petala.... Stamina.... Germina....

Baccæ 3 magnæ, ovatæ exſuccæ ſubcompreſſæ, fœtæ teſtâ fragili 1-ſpermæ. *Frutices ſcandentes alternifolii; fructus racemoſi axillares; caetera non obſervata. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 250-251. Pareirae ſpecies ex eodem. Affinis certè praecedentibus & caractere non plurimùm abſimilis, fortè dioïca 6-andra & plus quàm 3-gyna.*

Obs. Ordo naturalis ſed in caractere & partium nomine reformandus, poſtquàm ex in vivis certiùs innotuerint. An admittendæ ſquamulæ interiores, an potiùs ſquamulis in petala converſis calix duplicatus? Intereà ſtaminum definitorum cum petalis aut ſquamulis oppoſitio, ab Anonis polyandris diſcernit omninò Meniſperma, indè proxima Berberidibus eâdem oppoſitione deſignatis. Sed meniſpermis germen multiplex, fructus monoſpermi, periſpermum incurvum, corculum ſuperum parvum; Berberidibus autem germen ſimplex, fructus polyſpermus, periſpermum rectum corculo longiori circumpoſitum, & antherarum ſtructura diverſa.

ORDO XVIII.

BERBERIDES, *LES VINETTIERS.*

Calix definitè polyphyllus aut partitus. Petala definita, calicinis foliolis numero æqualia & iiſdem ſæpè oppoſita, nunc ſimplicia, nunc baſi aucta petalo interiore. Stamina definita, totidem quot petala, iiſdem oppoſita; antheræ filamentis adnatæ, à baſi ad apicem valvulâ dehiſcentes. Germen ſimplex; ſtylus unicus aut nullus; ſtigma ſæpè ſimplex. Bacca aut capſula unilocularis, ſæpè polyſperma, ſeminibus imo loculo

affixis. Corculum deſcendens planum, periſpermo carnoſo cinctum. Caulis fruteſcens aut herbaceus. Folia plerumque alterna, ſtipulacea aut ſæpiùs nuda, ſimplicia aut compoſita.

BERBERIS, T. L. * *Vinettier*, *Epine-Vinette.* Sauerdorn. Calix 6-phyllus extùs 3-bracteatus. Petala 6, ungue intùs 2-glanduloſo, calicinis foliolis oppoſita. Stamina 6. Stylus 0; ſtigma latum orbiculatum. Bacca parva, ovata aut rariùs ſubſphæricea, 1-locularis 2-3-ſperma. *Frutices; folia alterna, ſaepè alternatìm faſciculata, faſciculo ſquamis imbricatis baſi cincto & ſubtùs ſpinâ ſimplici aut partitâ plerumque ſtipato; flores è medio faſciculo ſpicati, aut rariùs ſubcorymboſi ſolitariive ut in Magellanicis Commerſ., pedicellis baſi 1-bracteolatis. Staminum filamenta glandulis petalorum implicita elaſticè ſolvuntur. Berberis vulgaris v. Batſch. Anal. Florum. P. 1. n. 10. ſ. 47-52.*

LEONTICE, L. * LEONTOPETALON, T. * Calix 6-phyllus caducus. Petala 6 calici oppoſita; ſquamulæ 6 interiores, petalorum unguibus inſertæ. Stamina 6. Stylus brevis, obliquè germini inſertus; ſtigma 1. Capſula veſicaria ſubbaccata globoſo-acuminata, 1-locularis 3-4-ſperma ſeminibus globoſis. *Herbae; folia alterna, pinnata aut 1-2-3-ternata, petiolo communi infrà dilatato ſemivaginante; flores laxiſſimè paniculati terminales, diviſuris 1-bracteatis. An congener* L. Leontopetaloïdes *ex Linnaeo monopetala?*

EPIMEDIUM, T. L. * Calix 4-phyllus patens caducus, foliolis 2 baſi 1-bracteolatis. Petala 4 patentia calici conformia & eidem oppoſita, ſingula petalo interiore calceiformi diſcolore aucta. Stamina 4. Stylus 1, è ſummo germine lateralis; ſtigma 1. Silicula oblonga 1-locularis 2-valvis polyſperma. *Herba caule ſimplici, propè radicem ſquamis cincto, ſupernè trichotomo foliato, ſubtùs ad nodum florifero; folia ex trichotomiâ 2-3-ternata diviſuris villoſis; florum panicula lateralis laxa, baſi nuda, diviſuris 1-bracteolatis. Epimedium alpinum v. Batſch. Anal. Florum. P. 1. n. 7. ſ. 30-34.*

RINOREA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5 longiora, ad unguem aucta petalo interiore minore. Stamina 5, petalorum unguibus inſerta. Stylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Arbuſcula ramis alternis; folia alterna, ſtipulacea ſtipulis caducis; flores racemoſi axillares & terminales, pedicellis 1-floris baſi 2-ſquamoſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 93.*

CONORIA. * CONOHORIA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5 baſi conniventia & aucta petalo interiore minore, apice patentia. Stamina 5, petalorum interiorum unguibus inſerta; antheræ ſubſeſſiles (an a baſi ad apicem dehiſcentes?). Sty-

lus 1; ſtigma 1. Fructus... *Frutex apice ramoſus ramis nodoſis; folia oppoſita (ſtipulacea?): flores ſpicati, ſpicae baſi ſquamuloſâ, pedicellis 1-floris infrà 1-bracteatis & medio 2-ſquamuloſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 95.*

Genera Berberidibus affinia.

RIANA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5, baſi conniventia, limbo revoluta; ſquamulæ 5 hypogynæ, petalis interiores & alternæ, minores. Stamina 5, ſquamularum unguibus inſerta; antheræ ſubſeſſiles. Germen 5-ſtriatum; ſtylus incraſſatus; ſtigma clavatum. Capſula oblonga 1-locularis 3-valvis valvis compreſſis medio 3-ſpermis. *Frutex ramoſus; folia oppoſita ſtipulacea; flores ſpicati terminales, in ſpicâ alterni, pedicellis 1-floris baſi 4-bracteolatis. Caracter floris ex Aubl. Guyan. t. 94, fructûs exſicco. An congener* Paſſoura *Aubl. t. 380, fructu ſimillima & pariter oppoſitifolia; an ſquamulae verè petalis alternae?*

CORYNOCARPUS, Forſt. LS. * Calix 5-phyllus. Petala 5...; ſquamulæ 5, petalis alternæ, minores petaliformes, baſi intùs glanduloſæ. Stamina 5, unguibus petalorum inſerta; antheræ oblongæ. Stylus 1; ſtigma 1. Nux turbinato-clavata 1-ſperma. *Frutex?...; folia alterna; flores paniculati terminales. Caracter ex Forſt. t 16, & ex Linn. Suppl.*

PORAQUEIBA, Aubl. * Calix minimus 5-dentatus. Corolla hypogyna 5-partita, laciniis oblongis apice & baſi concavis, foveâ ſupernâ geminâ, infernâ ternatâ. Stamina 5 hypogyna, laciniis oppoſita & in earumdem foveis recepta, filamentis latis emarginatis, antheris articulatis longis 4-gonis quaſi 4-alatis. Stylus 1; ſtigmata 3. Fructus... *Arbor; folia alterna; flores ſpicati axillares parvi. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 47, in vivo recognoſcendus. An corolla verè 1-petala, & genus Maeſae Ericiſque affine?*

HAMAMELIS, L. * Calix 4-fidus extùs 2-ſquamoſus. Petala 4 longa ligulæformia (hypogyna?), laciniis calicinis alterna, ungue intùs 1-ſquamuloſo. Stamina 4, petalis alterna; antheræ 2-loculares ſubrotundæ filamento brevi adnatæ, utrinque 1-valves valvâ operculæformi penès liberâ. Germen deſinens in ſtylos 2 breves; ſtigmata 2. Capſula coriacea, calicis baſi perſiſtente ſemicincta & quaſi ſemiinfera, 2-locularis apice 2-valvis valvis 2-fidis, fœta arillis 2 coriaceis 1-ſpermis oppoſitè & elaſticè ſuprà 2-valvibus; ſemina oblonga nitida, hylo ſuperiore; corculi plani periſpermo carnoſo cincti radicula deſcendens, hylo adverſa. *Arbuſcula habitu Alni; folia alterna ſtipulacea; involucra quaedam glomerata axillaria ſeſſilia, ſingula 3-phylla & 3-flora. Petalorum ſquamulae ſtaminibus ſterilibus*

ferè ſimiles. Ex Linn. Mant. petala interdùm o, *& flores abortu monoïci aut dioïci. Antherarum dehiſcendi modus cum Lauris & Berberidibus conſtituit ex Bern. Juſſæo affinitatem diverſo ſtaminum ſitu infirmatam*

OTHERA, Thunb. * Calix 4-partitus perſiſtens. Petala 4... Stamina 4, imis petalis inſerta, breviora. Stylus o; ſtigma ſeſſile. Capſula... *Frutex; folia alterna integra coriacea; flores aggregati axillares pedunculati. Caracter ex Thunb. Jap. Hùc relata ob ſtamina petalis oppoſita.*

RAPANEA, Aubl. * Calix parvus 5-6-fidus. Corolla hypogyna 5-6-partita. Stamina 5-6, imis corollæ laciniis oppoſita; antheræ 4-gonæ. Stylus breviſſimus; ſtigma 1. Bacca piſiformis 5-6-ſperma, ſemine 1 ſæpiùs ſuperſtite. *Frutex apice ramoſus; folia alterna coriacea integerrima; flores in ramis & ramulis conferti ſubſeſſiles. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 46. Confer cum Otherâ. An affinior Rhamnis aut Sapotis; an corolla verè 1-petala?*

Obs. Mutua ſtaminum & petalorum oppoſitio, antheræ à baſi ad apicem dehiſcentes, germen ſimplex, corolla polypetala definiunt ordinem indè diſtinctum à cæteris. Diſcedunt Meniſperma germine multiplici & antherarum ſtructurâ diſſimili. Lauri antherarum ſtructurâ conformes diſſentiunt corollæ defectu. Genera hìc adjecta, quibuſdam ſignis affinia, quibuſdam etiam extranea.

ORDO XIX.

TILIACEÆ, *LES TILIACÉES.*

CALIX polyphyllus aut multipartitus. Petala definita diſtincta (in Sloaneâ nulla), laciniis aut foliolis calicinis alterna & plerumque numero æqualia. Stamina ſæpiùs indefinita & diſtincta. Germen ſimplex; ſtylus ſæpè unicus, rarò multiplex aut nullus; ſtigma ſimplex aut diviſum. Fructus baccatus aut capſularis, plerumque multilocularis loculis mono aut polyſpermis, valvis capſularum medio ſeptiferis. Corculum ſeminis planum

perispermo

periſpermo carnoſo cinctum. Caulis arboreſcens fruteſcensve aut raro herbaceus. Folia alterna ſimplicia ſtipulacea.

I. Stamina baſi aut omninò monadelpha, definita. *Tiliaceæ dubiæ. Cfr. Cavanilles Gen. Monadelpha.*

WALTHERIA, L. * Calix turbinatus 5-fidus, caliculo 3-phyllo ſemicinctus. Petala 5 Stamina 5, filamentis omninò coalitis in tubum baſi corolliferum, apice 5-dentatum dentibus antheriferis. Stylus 1; ſtigmata plura. Capſula membranacea 1-locularis 1-ſperma. *Frutices; folia alterna ſimplicia ſtipulacea, tomentoſa; flores glomerati ſeſſiles, ſæpiùs axillares, lutei. Corculum planum periſpermo carnoſo tectum; indè genus Tiliaceis affine licèt monadelphum & definitè ſtaminiferum. Duplici hoc ſigno Malvaceis pariter monadelphis accedit, ab iis tamen diſtinctum corculo non corrugato, fructu 1-ſpermo & tubo ſtaminum non columnari ut in Malvâ, nec urceolari ut in Melochiâ; indè nulli horum ſectioni potiſſimè tribuendum.* W. ovatæ *Cav. ſtamina baſi tantùm monadelpha.*

HERMANNIA, T. L. * Calix campanulatus 5-fidus. Petala unguibus utroque margine in tubum convolutis, baſi conniventia. Stamina 5, filamentis latioribus utrinque marginatis, baſi in annulum brevem coalitis; antheræ ſagittatæ conniventes. Styli 5 in unum approximati; ſtigmata 5 pariter juncta. Fructus parvus 5-gonus 5-locularis 5-valvis, valvis medio ſeptiferis, loculis polyſpermis; corculum planum in periſpermo carnoſo. *Frutices; folia alterna ſimplicia ſtipulacea; flores axillares & terminales, ſæpè geminati, lutei. Malvacearum habitus & quarumdam annulus ſtaminifer, ſed corculum ut in Tiliaceis.*

MAHERNIA, L. * Petalorum ungues non convoluti. Staminum filamenta infrà plana anguſta, ſuprà dilatata obcordata, apice protinùs contracto filiformia. Stylus & ſtigma 1, fortè potiùs quintuplex arctiſſimè cohærens. *Cætera ut in Hermanniâ.*

II. Stamina diſtincta, plerumque indefinita. Fructus multilocularis. *Tiliaceæ veræ.*

ANTICHORUS, L. * Calix 4-phyllus patens deciduus. Petala 4. Stamina 8, antheris ſubrotundis. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula (Corchori) oblonga ſiliquæformis 4-locularis 4-valvis polyſperma. *Herbula procumbens Corchori facie, eadem cum* Juſſiæâ eduli *Forsk.; folia alterna ſtipulacea; flores minimi axillares lutei. Hujus congener Juſſiææ affinis herbacea octandra. Loefl. p. 314.*

CORCHORUS, T. L. * GUAZUMA, Pl. * *Coréte.* Calix 5-phyllus caducus. Petala 5. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis. Stylus 1 brevis aut o; ſtigmata 1-3. Capſula ſiliquæformis aut rariùs ſphæricea, 2-5-locularis 2-5-valvis polyſperma. *Herbæ aut rariùs frutices; flores axillares lutei. Infimi foliorum dentes in quibuſdam ſubulato-ariſtati. An genere diſtinguendi* C. capſularis *fructu ſphæriceo, &* C. hirſutus *ſeu* Guazuma Pl. *frutescens Helicteris facie, fructu ſimiliter lanuginoſo?*

HELIOCARPOS, L. * Calix 4-phyllus coloratus deciduus. Petala 4. Stamina 16, antheris didymis. Styli 2 (an ſtylus 1 brevis?); ſtigmata 2. Capſula ſtipitata ovata parva ſubcompreſſa, 2-locularis, 2-valvis 2-ſperma, valvis ovatis margine eleganter ciliatis, ciliis longis radiantibus plumoſis. *Frutex; folia (Tiliæ) ſerrata, dentibus infimis glanduloſo-concavis; flores paniculati terminales. Habitus Triumfettæ.*

TRIUMFETTA, Pl. L. * Calix 5-phyllus deciduus. Petala 5 linearia, ſub apice acuminata. Stamina 16. Stylus 1; ſtigmata 2. Capſula globoſa parva, undique echinata aculeis uncinatis, 4-locularis loculis 2-ſpermis. *Frutices; pedunculi axillares, umbellatìm 1-5-flori. Infimi foliorum dentes in quibuſdam glanduloſo-concavi.*

SPARMANNIA, LS. * Calix 4-phyllus. Petala 4 longiora. Stamina numeroſa; filamenta exteriora cæteris breviora ſterilia, baſi toruloſa. Germen 5-gonum hiſpidum; ſtylus 1; ſtigma truncatum papilloſum. Capſula 5-angularis, ſetis rigidis undique & præſertìm ad angulos echinata, 5-locularis loculis 2-ſpermis. *Frutex habitu Triumfettæ; pedunculi ut in Geranio oppoſitifolii & umbellatìm multiflori, involucro umbellæ polyphyllo breviſſimo. Caracter ex L. Suppl.*

SLOANEA, Pl. Aubl. * Calix 5-10-partitus. Petala o. Stamina numeroſa; antheræ longæ filamentis brevibus adnatæ, apice foliaceæ. Germen villoſum; ſtylus 1; ſtigma 1 (4-5-fidum *ex Aubl.*). Capſula coriaceo-lignea ſubrotunda, echinata ſetis lignoſis acutis variè inflexis, 5-locularis 5-valvis, loculis (1-2 ſæpè abortivis) 1-3-ſpermis, ſeminibus oblongis arillo carnoſo involutis. *Arbores ligno parùm compacto; folia magna; flores ſpicati axillares & terminales, ſinguli 1-bracteolati. Caracter ex Plum. & Aubl. & ex flore ſicco. An corolla verè nulla; an omninò congener & verè apetala* S. Sinemarienſis *Aubl. t. 212 cui lignum durum, capſula longior ſetis minùs rigidis, valvis laxiùs connexis, loculis 1-2-ſpermis, periſpermo carnoſo corculum involvente? An in cæteris periſpermum idem?* Sloanea L. *diverſa & Apeïbæ adjicienda.*

APEIBA, Marcg. Aubl. * SLOANEA, L. * Calix 5-partitus magnus. Petala 5, calici æqualia aut minora. Stamina numeroſa, filamentis brevibus, antheris longis apice foliaceo acuminatis.

Germen hirtum; ſtylus 1 ſenſim craſſeſcens; ſtigma perforatum infundibuliforme, margine dentatum. Capſula magna coriacea ſphæroïdea depreſſa, pilis rigidis denſis echinata aut limæ inſtar rugoſa, multilocularis (8-24), polyſperma ſeminibus numeroſis minutis receptaculo centrali carnoſo affixis. *Arbores aut arbuſculæ ligno levi; folia magna; pedunculi ſolitarii oppoſitifolii ut in Geranio, di aut trichotomè multiflori in diviſuris 2-4-bracteati, baſi 2-ſtipulacei. Fructus rarò dehiſcens ſemina emittit per ſciſſuram ſuperiorem aut per foramen inferius dimiſſo pedunculo ſuccedaneum.* A. aſpera *interdùm 4-petala calice 4-partito. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 213-216, & ex fructibus ſiccis immaturis. Semina quorumdam pauciora majora. Hùc referenda* Sloanea *Linn. & Loëfl., non autem Plumerii.*

MUNTINGIA, Pl. L. * Calix 5-partitus deciduus. Petala 5. Stamina plurima, antheris ſubrotundis. Germen globoſum; ſtylus o; ſtigma capitatum radiatum perſiſtens. Bacca globoſa ceraſiformis, ſtigmate coronata, 5-locularis polyſperma, ſeminibus minimis in pulpâ nidulantibus. *Arbuſcula; folia Apeïbæ, minora, baſi hinc productiora; flores ſolitarii (2 ex Jacq.) axillares, longè pedunculati. An corculum periſpermo inſtructum?*

FLACURTIA, Commerſ. L'Herit. * *Ramontchi.* Dioïca. Calix 5-7-partitus laciniis ſubrotundis parvis. Petala o. MASC. Stamina numeroſa (50-100) ſuprà receptaculum hemiſphæricum densè congeſta; antheræ ſubrotundæ. FŒM. Germen ſubrotundum; ſtylus ſubnullus; ſtigma latum 5-9-radiatum perſiſtens, radiis 1-ſulcatis. Bacca (Prunaſtri) globoſa multilocularis loculis 2-ſpermis, ſeminibus oſſeis. *Frutices; folia alterna; ſpinæ ſolitariæ paſsim axillares; flores in ramulis terminales, maſculi racemuloſi, fœminei ſæpè ſolitarii; bacca pruniformis, maturior ſiccata 5 gona. Caracter ex Poivre & Commerſ. mſſ. & ex D. l'Heritier.* Alamotou *Madagaſcarienſium ex Flacourt qui anno 1661 in Madagaſcariâ præfectus ejuſdem hiſtoriam adumbravit non omiſſis plantis indigenis. Genus Muntingiæ & Oncobæ accedens ſed apetalum & dioïcum: an indè Euphorbiis & Maprouneæ affinius?*

ONCOBA, Forsk. * Calix 4-partitus perſiſtens. Petala 11-12, alterna interiora & minora. Stamina numeroſa, antheris oblongis erectis. Germen globoſum; ſtylus craſſus; ſtigma orbiculatum, ſuprà concavum, margine 7-12-lobatum. Bacca globoſa citriformis, epidermide carnosâ tenui, fœta nuce magnâ conformi lignosâ non dehiſcente, extùs 6-12-lineatâ, intùs 6-12-loculari polyſpermâ, ſeminibus numeroſis in pulpâ nidulantibus. *Arbores ramis ad axillas aut in apice ſpinoſis; axillæ foliorum 1-2-ſpinoſæ aut inermes (ſtipulaceæ?); flores ſolitarii terminales magni. Corculum planum periſpermo carnoſo cinctum. Caracter ex ſicco & ex Forsk. & ex Adanſ. herb. Seneg. ubi* Dimb *aut* Rimbot *dicitur.*

STEWARTIA, Catesb. L. * Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina numeroſa. Stylus 1; ſtigma capitatum ſub5-lobum. Capſula lignoſa conica, calici reflexo perſiſtenti inſidens, 5-locularis 5-valvis, valvis craſſis ligneis medio ſeptiferis, loculis 1-2-ſpermis; ſemina ovata, corculo intrà periſpermum carnoſum plano. *Frutex Oncobæ facie; folia alterna (ſtipulacea?); flores ſolitarii (axillares?) magni. Caracter ex Catesb. & ex fructu ſicco. Huic adjunxerat Linnæus* Malachodendrum *diſtinctum ex Cavan. ſtaminibus monadelphis, fructu multicapſulari & nunc adjunctum Malvaceis p. 305.*

GREWIA, L. * Calix 5-phyllus coriaceus, extùs tomentoſus, intùs coloratus deciduus. Petala 5, calici conformia, baſi intùs 1-ſquamuloſa. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis germini appreſſis. Germen ſtipitatum, ſtipite brevi craſſiore infrà corollifero, ſuprà ſtaminifero, inter petala & ſtamina mellifluo; ſtylus 1; ſtigma 4-fidum. Drupa parva 4-loba, fœta 4 nucibus oſſeis 2-locularibus 2-ſpermis. *Arbores aut frutices; pedunculi axillares aut terminales 1-3-flori, rariùs paniculatìm multiflori. Corculum in* G. occidentali *planum periſpermo carnoſo tectum: an & in cæteris? Ex Sonner. Ind. 2. t. 138 petala* G. Aſiaticæ *non ſquamuloſa & bacca piſiformis tantùm 2-ſperma, aliis forsàn abortivis: an indè* Microci *genus reſtituendum? In Linn. Suppl. Grewiæ adjicitur* Mallococca *Forſt. t. 39, diſtincta petalis non ſquamuloſis, germine ſeſſili & nucibus non 2-locularibus, in vivo tamen aut in ſicco recognoſcendis. Congener etiam* Chadara *Forsk. ex D. Vahl.*

TILIA, T. L. * *Tilleul.* Linde. Calix 5-partitus deciduus. Petala 5, baſi ſquamuloſa in *T. Americanâ*, nuda in *T. Europæâ.* Stamina indefinita, antheris ſubrotundis. Stylus 1; ſtigma ſub5-lobum. Capſula ovata parva coriacea 5-lineata 5-locularis 5-valvis 5-ſperma, loculo & ſemine 1 ſæpiùs ſuperſtite. Corculum lobis ſinuatis in periſpermo carnoſo. *Arbores; folia cordata; pedunculi ſolitarii axillares longi, tri aut multiflori, ſuprà nudi, infrà adnati nervo medio alæ floralis utrinque marginantis & ultrà ſeorsìm in ligulam producta.*

III. Stamina diſtincta indefinita. Fructus unilocularis. *Genera Tiliaceis affinia.*

BIXA, L. * MITELLA, T. * *Rocou.* Orleanbaum. Calix 5-partitus magnus (petala exteriora L.) laciniis rotundis coloratis, extùs 5 glanduloſis (calix L.) aut 5-tuberculatus. Petala 5, calici alterna & æqualia. Stamina numeroſiſſima, filamentis longis, antheris ſubrotundis. Germen hirtum; ſtylus 1; ſtigma 2-fidum. Capſula conica acuminata, ſetulis rigidis undique echinata, 2-valvis 1-locularis polyſperma, valvis

intùs omninò veſtitis membranâ cui mediæ receptaculum ſeminiferum adnaſcitur lineare non prominulum; ſemina numeroſa ſucco miniato obducta, ſingula turbinata & cupulæ pedicellatæ infixa; corculum parvum in periſpermo carnoſo. *Arbuſcula ; folia (Tiliæ) alterna (ſtipulacea ſtipulis caducis ?); flores paniculati terminales. Caracter ex ſicco. A Tiliaceis diſcrepat receptaculo in mediis valvis non prominulo & fructu ideò 1-loculari, indè affinis Helianthemo.*

LAETIA, Loëfl. Jacq. L. * Calix 5-partitus coloratus marceſcens. Petala 5 aut 0. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus 1-locularis polyſpermus, capſularis 3-valvis aut ſubbaccatus extùs 3-lineatus, valvis aut parietibus membranâ cartilagineâ intùs veſtitis; ſemina plurima, membranæ affixa *ex Brown.*, arillata arillo pulpoſo. *Arbuſculæ, folia alterna (ſtipulacea ?); pedunculi axillares tri aut multiflori. Caracter ex Jacq.*

BANARA, Aubl. * Calix 6-partitus. Petala 6, diſco hypogyno inſerta. Stamina numeroſa ibidem infixa, antheris ſubrotundis. Germen diſco inſidens; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Bacca parva globoſa, ſtylo acuminata 1-locularis polyſperma. *Arbuſcula ramis vimineis ; folia alterna ſtipulacea; flores racemoſi axillares & terminales, pedicellis 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 217. Confer cum Laëtiâ completâ.*

Obs. Tiliaceas veras definiunt ſtamina numeroſa ſæpiùs diſtincta & fructus multilocularis & corculi recti periſpermum carnoſum & folia alterna ſtipulacea. Indè diſſident ab iiſdem Berberides definitè ſtaminiferæ ac uniloculares. Diſcrepant etiam Ciſti corculo incurvo, periſpermo tenui, fructu ſæpè uniloculari, foliis plerumque oppoſitis & ſæpè nudis. An rectè ordini præpoſita genera habitu & ſtaminibus monadelphis Malvacea, ſed periſpermo Tiliaceis accedentia ? Statuendus anteà in organorum & caracterum ſerie verus periſpermi gradus, quem indicabunt dijudicati ordines quorum fabricæ aut diſtributioni præfuerit. Genera unilocularia à multilocularibus diſſentiunt receptaculo in ſingulis valvis non prominulo, indè ſequenti ordini affinia. An Tiliaceis in poſterum addenda genera polypetala polyandra quæ nunc minùs nota indeterminatis extrà ordines adjiciuntur, nempè Soramia, Calinea, Cleyera, Vallea, Dicera, Caraipa, Mahurea, Houmiria, Vantanea, Trilix &c. ? An ab iiſdem removendæ Sloanea, Flacurtia, Laëtia utpotè apetalæ, cæterùm tamen ordini proximæ?

ORDO XX.

CISTI, *LES CISTES.*

Calix quinquepartitus. Petala quinque. Stamina numeroſa. Germen ſimplex ; ſtylus unicus ; ſtigma unicum. Capſula polyſperma ſeminibus parvis, unilocularis trivalvis aut multilocularis multivalvis, valvis medio ſeminiferis, receptaculo nunc ſeptiformi loculos diſtinguente, nunc lineari non prominulo ; ſemina numeroſa, parva. Corculi radicula in lobos incurva, intrà periſpermum tenue. Caulis fruteſcens aut ſuffruteſcens aut herbaceus. Folia plerumque oppoſita, ſtipulacea aut nuda. Flores ſpicati aut umbellatìm corymboſi.

CISTUS, T. L. * *Ciſte.* Calix æqualis. Capſula ſæpè 5-locularis, nonnunquàm 10-locularis, valvis totidem medio ſeptiferis, ſepto infrà utrinque ad marginem ſeminifero, receptaculo centrali nullo ; ſemina arillata. *Frutices aut ſuffrutices ; folia oppoſita nuda ; flores umbellati terminales, purpurei aut albi.*

HELIANTHEMUM, T. * Cistus, L. * *Hélianthême.* Calix nunc æqualis, nunc ſæpius inæqualis laciniis 2 extimis minoribus. Capſula 1-locularis 3 valvis ; membrana valvas intùs veſtiens, medio exarata lineâ ſeminiferâ. *Herbæ aut ſuffrutices ; folia oppoſita aut rariùs alterna, ſtipulacea aut nuda ; flores plerumque ſpicati terminales (excepto* H. umbellato*), plures lutei, pauciores purpuraſcentes aut albi.*

Genera Ciſtis affinia fructu trivalvi valvis ſeminiferis, ſed definitè ſtaminifera.

VIOLA, T. L. * *Violette.* Calix 1-phyllus hinc ſub petalo ſupremo fiſſus, 5-partitus laciniis baſi productis. Petala 5 inæqualia ; ſupremum impar majus, baſi corniculatum. Stamina 5, antheris coalitis apice membranaceis, filamentis diſtinctis (aut

monadelphis ?) quorum 2 baſi appendiculatâ in ſuperioris petali corniculum irrepentia. Stylus 1 ; ſtigma acutum aut urceolatum. Capſula 3-gona 1-locularis polyſperma, 3-valvis valvis medio ſeminiferis ; corculum rectum tenue ſubcylindricum in periſpermo carnoſo centrale. *Herbæ aut rarò frutices* ; *folia alterna ſtipulacea ; pedunculi axillares 1-flori, flore ſæpè inverſo. Viola odorata v. Batſch. Anal. Flor. P. I. n. 19. p. 93-98.*

PIRIQUETA, Aubl. * Calix 5-phyllus deciduus. Petala 5 æqualia, calici alterna. Stamina 5 hypogyna, antheris ovatis. Styli 5-6; ſtigmata 5-6 dilatata 5-ſtriata. Capſula 1-locularis 3-4-valvis, valvis receptaculo medio lineari prominulo 7-8-ſpermo intùs auctis. *Herba villoſa* ; *folia alterna* (*ſtipulacea ?*) ; *pedunculi axillares ſolitarii 1-flori, ſub apice articulati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 117. Confer cum Turnerâ ciſtoïde.*

PIPAREA, Aubl. * Calix... Petala... Stamina... Germen... Capſula ſupera 3-gona 1-locularis 3-valvis valvis lineâ longitudinali mediâ prominulâ 1-3-ſpermâ intùs auctis ; ſemina tomentoſa, ſingula placentæ fimbriatæ impoſita. *Frutex* ; *folia alterna ſtipulacea* ; *fructus ſolitarii axillares* ; *flores nondùm obſervati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 386. An rectè ordinata & 5-andra* ; *an potiùs polyandra & Laëtiæ Tiliaceiſque affinior ?*

TACHIBOTA, Aubl. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 hypogyna, calici alterna. Stamina 5 hypogyna, antheris ſubrotundis. Stylus 0; ſtigmata 3. Capſula calice cincta, 3-gona 3-locularis polyſperma 3-valvis, valvis medio ſeptiferis & ſeminiferis. *Frutex ramis ſparſis* ; *folia alterna ſtipulacea* ; *flores ſpicati axillares & terminales pedicellis 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 112.*

Obs. Fructus in Ciſto & Tiliaceis multilocularibus idem, idem in Helianthemo & Tiliaceis unilocularibus, receptaculo ſeminum in his lineari non prominulo, in illis prominente & ſeptiformi. Difficilis ideò ordinis utriuſque polyandri & monoſtyli diſtinctio ; ſed in Tiliaceis corculum rectum, periſpermum magnum, folia ſemper alterna & ſtipulacea ; in Ciſtis corculum incurvum, periſpermum tenue ac fortè ſubnullum, folia plerumque oppoſita & perſæpè nuda. An tamen duplex in unum colligendus ordo ? Ciſtis accedunt genera quædam, primitiæ novi ordinis, Helianthemi fructu inſignia ſed definitè ſtaminifera & indè primis affinia Rutaceis. An his addendæ Sauvageſia, Roridula, Aldrovanda, Dionæa, &c.

ORDO XXI.

RUTACEÆ, *LES RUTACÉES.*

Calix monophyllus, ſæpè quinquepartitus. Petala ſæpiùs quinque, laciniis calicinis alterna. Stamina definita diſtincta, ſæpiùs decem, alterna petalis & alterna calici oppoſita. Germen ſimplex; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs diviſum. Fructus multilocularis aut multicapſularis, loculis aut capſulis ſæpè quinis, mono aut polyſpermis; ſemina angulo interiori affixa. Corculum planum in periſpermo carnoſo. Caulis herbaceus aut fruteſcens aut rariùs arboreſcens. Folia in aliis alterna nuda, in aliis ſtipulacea ſæpiùs oppoſita. Flores axillares aut terminales.

I. Folia ſtipulacea ſæpiùs oppoſita.

TRIBULUS, T. L. * *Herſe.* Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 10. Stigma ſub5-fidum. Fructus ſæpius 5-capſularis, capſulis extrinſecùs latioribus 3-4-ſpinoſis, introrsùm contractis ac coalitis, ſingulis tranſversè 2-3-locularibus 2-3-ſpermis. *Herbæ ſæpè diffuſæ; folia abruptè pinnata, altero ſæpè minore aut interdùm abortivo; flores ſolitarii alterni, folio minori axillares, lutei. Fructus* T. maximi *10-capſularis non ſpinoſus. Species una 5-andra ex Forskalio.*

FAGONIA, T. L. * Calix 5-partitus deciduus. Petala 5 unguiculata. Stamina 10. Stigma 1. Capſula ſubrotunda acuminata 5-toroſa 5-locularis, loculis 2-valvibus 1-ſpermis. *Herbæ baſi lignoſæ; folia ſimplicia aut ternata; ſtipulæ quarumdam ſpineſcentes; flores ſolitarii axillares.*

ZYGOPHYLLUM, L. * Fabago, T. * Calix 5-partitus. Petala 5 unguiculata. Stamina 10, filamentis baſi intùs 1-ſquamuloſis, ſquamulis circà germen conniventibus. Stigma 1. Capſula ob-

longa 5-gona 5-locularis 5-valvis, valvis medio ſeptiferis, loculis polyſpermis. *Frutices aut ſuffrutices*; *folia conjugata aut rariùs ſimplicia*; *flores ſolitarii axillares. Guaïaco affine Z.* arboreum *cui caulis arboreſcens ligno duro, folia abruptè pinnata, pedunculi multiflori, ſtamina Zygophylli.*

GUAIACUM, Pl. L. * *Gayac.* Pockenholz. Calix 5-partitus inæqualis. Petala 5. Stamina 10, filamentis nudis. Stigma 1. Fructus ſubpedicellatus, angulatus angulis compreſſis, 2-5-locularis loculis 1-ſpermis ſemine corneo. *Arbores ligno duro; folia abruptè pinnata*; *pedunculi axillares 1-flori*; *fructus* G. officinalis *2-locularis compreſſus obcordatus*, G. ſancti *4-5-locularis quaſi 4-5-alatus.*

II. Folia alterna nuda.

RUTA, T. L. * *Rue.* Raute. Calix 5-partitus parvus perſiſtens. Petala 5 unguiculata concava. Stamina 10, filamentis baſi latioribus. Stigma 1. Capſula 5-loba 5-locularis inter apices quinquefariàm dehiſcens, loculis polyſpermis; ſemina reniformia. *Herbæ aut ſuffrutices graveolentes; folia ſimplicia aut ſæpiùs 1-2-pinnata; flores terminales corymboſi aut cymoſi*, *in* R. graveolente *omnes ſummo excepto 4-petali 8-andri 4-loculares.*

PEGANUM, L. * HARMALA, T. * Calix 5-partitus perſiſtens, laciniis longis anguſtis, quibuſdam dentatis. Petala 5. Stamina 15, filamentis baſi dilatatis. Stigma triquetrum. Capſula ſubſtipitata ſubſphæricea 3-locularis apice 3-valvis polyſperma. *Herba*; *folia ſimplicia aut multifida; flores extràaxillares ſolitarii. Stamina interdùm pauciora, additis ſimul in fructu loculis.*

DICTAMNUS, L. * FRAXINELLA, T. * *Fraxinelle.* Diptam. Calix 5-partitus minimus deciduus. Petala 5 lanceolata inæqualia unguiculata patula. Stamina 10, filamentis declinatis inæqualibus punctato-glanduloſis. Germen ſubſtipitatum; ſtylus declinatus; ſtigma 1. Capſulæ 5, introrsùm coalitæ compreſſæ, apice acuminato divaricatæ, 2-valves, fœtæ arillo cartilagineo 2-valvi 2-ſpermo. *Herba undique punctato-glanduloſa; folia impari-pinnata; flores ſpicati terminales.*

III. Genera Rutaceis affinia.

MELIANTHUS, T. L. * *Méliante.* Calix magnus profundè 5-fidus coloratus perſiſtens, laciniis inæqualibus, infimâ remotâ cæteris minore, deorsùm gibbâ & cucullata, intùs cavâ & fovente glandulam mellifluam (ex diſco hypogyno hìnc enatam?) membranâ propriâ conduplicatâ cinctam. Petala 5 li-

gulæformia; 4 inferiora declinata, glandulæ inſerta extrà membranam, baſi & apice diſtincta, medio agglutinata; quintum nunc cæteris proximum, nunc procul inter lacinias 2 calicinas ſuperiores enatum. Stamina 4, germini circumpoſita; horum filamenta 2 ſuperiora diſtincta, 2 inferiora breviora baſi connata inter germen & glandulam media; antheræ incumbentes. Germen 4-ſtriatum; ſtylus 1; ſtigma ſub4-fidum. Capſula membranacea veſicaria 4-loba 4 locularis, quaſi 4-capſularis; loculi medio 1-ſpermi, compreſſi alæformes, ſuprà diſtincti & angulo interiore dehiſcentes, infrà margine connati in diſſepimenta anguſta, introrsùm apice inciſa pro ſeminum receptaculo centrali; ſemina ſubrotunda nitida; corculum lobis parvis, radiculâ longiore intrà periſpermum carnoſum. *Frutex; folia alterna, impari-pinnata petiolo alato, ſtipulacea ſtipulis diſtinctis aut in unam petiolo intùs adnatam connatis; flores ſpicati axillares aut terminales, ſinguli bracteati. Genus Tropæolo affine calicis cucullo, petalorum & ſtaminum ſitu, Dictamno ſimilius habitu & fructu & ſeminis periſpermo, plurimùm tamen ab utroque diſcrepans.*

DIOSMA, L. * Calix profundè 5-fidus perſiſtens, baſi intùs veſtitus diſco (hypogyno?) ad limbum 5-crenato aut in 5 ſquamulas producto. Petala 5 ſeſſilia, ſæpè marceſcentia, ſub diſco inſerta & ejuſdem crenis aut ſquamulis oppoſita. Stamina 5 ibidem inſerta, petalis alterna. Germen diſco infià cinctum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Fructus 3-5-capſularis, capſulis compreſſis conniventibus oblongis, intùs dehiſcentibus, fœtis arillo conformi cartilagineo ſimiliter dehiſcente, mono aut polyſpermo; ſemina nitida. *Frutices Ericoïdei; folia oppoſita aut ſparſa, ſæpè conferta & linearia, interdùm ſubtùs margine punctata; flores corymboſi aut capitati terminales. Genus à Bern. Juſſæo Rutaceis adjectum & Dictamno affine præcipuè fructu multicapſulari & ſeminis arillo, ſed diſtinctum habitu & ſtaminibus quinis & floris diſco fortè perigyno. An affinius Rhododendris & Ledo? An corculum periſpermo inſtructum? Calices quorumdam punctato-glanduloſi.*

EMPLEVRUM, Soland. Lamark. * DIOSMA, LS. * Calix turbinatus punctato-glanduloſus 4-lobus. Petala 0. Stamina 4 exſerta; antheræ magnæ apice glanduloſæ, utrinque dehiſcentes, filamentis adnatæ. Germen apice hinc in alam deſinens, indè ſtylum emittens lateralem; ſtigma 1. Capſula oblonga compreſſa, gladiata aut leguminiformis, ſuprà alata, 1-locularis hinc dehiſcens, 1-ſperma ſemine nitido intrà arillum coriaceum elaſticè 2-valvem contento. *Frutex ſalicifolius; folia alterna; margine dentata & punctata; flores parvi axillares, plures maſculi. Habitu & ſeminis arillo ſimile Dioſmæ, ſed apetalum & 1-capſulare.*

ARUBA, Aubl. * Calix 5-6-partitus. Petala 5-6, diſco hypogyno inſerta. Stamina ſæpiùs 5, rariùs 6-8, ibidem inſerta, filamentis baſi intùs ſquamâ villosâ inſtructis, antheris 4-gonis. Germen 3-6-ſtriatum; ſtyli 3-6 in unum approximati; ſtigmata 3-6. Fructus 3-6-capſularis capſulis 1-ſpermis. *Frutex ramoſus; folia alterna, ſimplicia aut ſæpiùs ternata; flores ſubcorymboſi axillares & terminales, pedicellis medio 2-ſquamoſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 115. Confer cum Zygophyllo & Quaſſiâ ſimiliter intrà filamenta ſquamuloſis.*

Obs. Rutacearum ſectio ſtipulacea Geraniis affinis, ſed diſtincta periſpermo carnoſo & corculo recto. Habitu ſimilior Caſſiæ & congeneribus inter Leguminoſas pariter ſtipulaceis abruptè pinnatis & decandris monoſtylis, ſed diverſa foliis oppoſitis & fructu multiloculari & præcipuè ſtaminibus hypogynis. An huic affines Quaſſia, Thryallis, Trigonia, &c.? An utraque ſectio rectè conſociata, licèt habitu diſſimilis; an potiùs duplex diſtinguendus ordo, & in fructu definiendus? Intereà Rutaceas diſtinguunt ſtamina definita à Tiliaceis & Ciſtis, eadem corollæ alterna à Berberidibus.

ORDO XXII.

CARYOPHYLLEÆ, *LES CARYOPHYLLÉES.*

NELKENARTIGE GEWÄCHSE.

CALIX monophyllus plerumque perſiſtens, tubuloſus aut partitus. Petala definita (raro nulla), laciniis calicinis alterna & numero æqualia, ſæpiùs unguiculata. Stamina definita, interdùm petalis pauciora, ſæpiùs iiſdem numero æqualia & alterna, aut dupla alternis hypogynis, alternis epipetalis. Germen ſimplex; ſtyli plures (raro unicus) & ſtigmata totidem. Fructus capſularis plerumque polyſpermus, uni aut multilocularis, ſeminibus receptaculo centrali affixis. Corculum incurvum, typo

farinaceo circumpoſitum. Caulis plerumque herbaceus. Folia oppoſita baſi connata aut rariùs verticillata, in paucis ſtipulacea, in plurimis nuda. Flores axillares aut ſæpiùs terminales.

I. Calix partitus. Stamina tria. Stylus unicus aut ſæpiùs triplex.

ORTEGIA, Loëfl. L. * Calix 5-partitus. Petala o. Stylus 1; ſtigma capitatum. Capſula 1-locularis polyſperma, apice 3-valvis. *Folia oppoſita ſtipulacea ſtipulis minimis; pedunculi ſæpè multiflori, axillares aut terminales. Stigma* O. dichotomæ *triplex.*

LOEFLINGIA, L. * Calix 5-partitus, laciniis baſi 2-dentatis. Petala 5 minima conniventia. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 1-locularis 3-valvis. *Folia oppoſita ſtipulacea ſtipulis appendiciformibus; flores ſolitarii axillares ſeſſiles.*

HOLOSTEUM, L. * ALSINE, T. * Calix 5-partitus. Petala 5 bipartita. Styli 3. Capſula 1-locularis apice dehiſcens. *Folia oppoſita, in* H. cordato *ſtipulacea; flores dichotomè corymboſi, axillares & terminales, in* H. umbellato *umbellati & interdùm 4-5-andri 4-ſtyli.*

POLYCARPON, L. * Calix 5-partitus. Petala 5 breviſſima emarginata perſiſtentia. Styli 3. Capſula 1-locularis 3-valvis. *Folia 4 verticillata ſtipulacea; flores dichotomè corymboſi terminales.*

DONATIA, Forſt. * POLYCARPON, LS. * Calix 3-partitus. Petala 9, interdùm pauciora, integra. Styli 3. Fructus... *Planta digitalis ſimplex foliis imbricatis. Caracter ex Forſt. t. 5 & ex Linn. Suppl. Habitu & corollâ 9-petalâ diſpar à Polycarpo. An rectè ordinata; an germen verè ſuperum?*

MOLLUGO, L. * Calix 5-partitus, intùs coloratus. Petala o. Styli 3. Capſula 3-locularis 3-valvis. *Folia oppoſita aut ſæpiùs verticillata; flores axillares aut terminales.*

MINUARTIA, Loëfl. L. * Calix 5-partitus. Petala o. Styli 3. Capſula minima 1-locularis 3-valvis. *Caracter ex Linnæo. Folia oppoſita conferta; flores conferti, fortè petalodes, petalis 5-3 ex Linnæo & Loëfl. glandulæformibus minimis.*

QUERIA, Loëfl. L. * Calix 5-partitus. Petala o. Styli 3. Capſula 1-locularis 3-valvis 1-ſperma. *Habitu ſimilis Minuartiæ, ſed fragilior & præcipuè 1-ſperma. Diſcrepat* Q. canadenſis *caule dichotomo, in dichotomiis 1-floro, foliis ſtipulaceis; habitu Lini cathartici.*

II. Calix partitus. Stamina quatuor. Styli duo aut quatuor.

BUFONIA, L. * Calix 4-partitus. Petala 4. Styli 2. Capſula 1-locularis 2-valvis 2-ſperma. *Herba graminifolia*; *flores contractè paniculati terminales*, *interdùm 2-3-andri ex D. Gerard.*

SAGINA, L. * ALSINE, T. * Calix 4-partitus. Petala 4, rariùs o. Styli 4. Capſula 4-locularis 4-valvis. *Herbulæ*; *flores ſubſolitarii*, *terminales & axillares longè pedunculati*, *petali ſæpè caducis : an* S. apetala L. *verè iiſdem deſtituta?*

III. Calix partitus. Stamina quinque aut octo. Styli duo aut tres aut quatuor.

ALSINE, T. L. * *Morgeline.* Hühnerdarm. Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 5. Styli 3. Capſula 1-locularis 3-valvis. *Flores axillares & terminales.* A. mediæ *petala 2-fida & numerus ſtaminum varius.*

PHARNACEUM, L. * Calix 5-partitus intùs coloratus. Petala o. Stamina 5. Styli 3. Capſula 3-locularis 3-valvis. *Folia ſæpè verticillata*; *flores axillares aut terminales. Habitus Mollugini*s. *Capſula* P. diſtichi *1-locularis. Species quædam ſtipulaceæ.*

MOERHINGIA, L. * ALSINE, T. * Calix 4-partitus. Petala 4. Stamina 8. Styli 2. Capſula 1-locularis 4-valvis. *Flores ſubſolitarii axillares aut terminales*, *longè pedunculati.*

ELATINE, L. * ALSINASTRUM, V. * Calix 4-partitus. Petala 4 ſeſſilia. Stamina 8. Germen orbiculatum depreſſum; ſtyli 4. Capſula 4-locularis 4-valvis. *Herbæ aquaticæ diffuſæ humillimæ*; *folia verticillata aut oppoſita*; *flores axillares minimi*, *in* E. Hydropipere *interdùm 3-petali 6-andri*, *in* E. Alſinaſtro *nonnunquàm 4-andri.*

IV. Calix partitus. Stamina decem. Styli tres aut quinque.

BERGIA, L. * Calix 5-partitus patens. Petala 5. Styli 5 breves approximati; ſtigmata perſiſtentia. Capſula 5-toruloſa 5-locularis 5-valvis valvis patentibus. *Caulis ſimplex*; *folia oppoſita*; *flores conferti axillares ſubſeſſiles*; *ſtatura Ammaniæ. Caracter ex Linnæo. An ſtamina hypogyna? An Ficoïdeis affinior?*

SPERGULA, L. * ALSINE, T. * *Spargoute.* Sparck. Calix 5-partitus. Petala 5 integra. Styli 5. Capſula 1-locularis 5-valvis; ſemina marginata. *Folia verticillata ſtipulacea aut oppoſita nuda*; *flores axillares & terminales*, *interdùm 5-andri.*

CERASTIUM, L. * MYOSOTIS, T. * *Céraiſte.* Hornkraut. Calix 5-partitus. Petala 5 bifida. Styli 5. Capſula globoſa calici æqualis, aut ſubcylindrica eodem longior, 1-locularis apice dehiſcens. *Flores terminales. Species quædam 5-10-andræ 3-5-ſtylæ, Alſines fortè congeneres.*

CHERLERIA, Hall. L. * Calix 5-partitus. Petala 5 minima emarginata. Styli 3. Capſula 3-locularis 3-valvis loculis 2-ſpermis. *Herba muſcoïdes cæſpitoſa; folia minima densè congeſta, apice patentia in roſulas medio 1-floras.*

ARENARIA, L. * ALSINE, T. * *Sabline.* Calix 5-partitus. Petala 5 integra. Styli 3. Capſula 1-locularis apice 5-valvis. *Flores axillares aut terminales. Folia ſtipulacea & flores interdùm 5-8-andri 5-ſtyli & ſemina margine membranacea in* A. rubrâ *&* A. mediâ *fortè non congeneribus & Spergulæ affinioribus. Minuartiæ affinis* A. tetraquetra *cui flores capitati & capſula omninò 5-valvis.*

STELLARIA, L. * ALSINE, T. * *Stellaire.* Calix 5-partitus. Petala 5 bipartita. Styli 3. Capſula 1-locularis 6-valvis. *Flores axillares & ſæpiùs terminales. Petala* S. radiantis *5-fida.*

V. Calix tubuloſus. Stamina decem (alterna hypogyna, alterna ſæpiùs epipetala). Styli duo aut tres aut quinque.

GYPSOPHILA, L. * LYCHNIS, T. * Calix campanulatus, profundè 5-fidus. Petala 5, parùm unguiculata. Styli 2. Capſula 1-locularis 5-valvis. *Flores 2-3-chotomè paniculati numeroſiſſimi parvi, in* G. paniculatâ *dioïci, ſub calice 4-ſquamuloſi in* G. Saxifragâ *indè Diantho proximâ.* G. Struthium *baſi ſuffruteſcens.*

SAPONARIA, L. * LYCHNIS, T. * *Saponaire, Savoniere.* Seifenkraut. Calix tubuloſus 5-dentatus, baſi nudus. Petala 5, unguiculata. Styli 2. Capſula 1-locularis. *Flores axillares aut ſæpiùs corymboſi terminales, calice quorumdam angulato.* S. officinalis *varietas monopetala.*

DIANTHUS, L. * CARYOPHYLLUS, T. * *Œillet.* Nelke. Calix tubuloſus 5-dentatus, baſi ſquamis 4 aut pluribus cruciatìm imbricatis cinctus. Petala 5 unguiculata, limbo ſæpè dentato. Styli 2, ſæpè recurvi. Capſula cylindrica 1-locularis apice dehiſcens. *Flores terminales, aggregati aut ſolitarii pluresve diſtincti. Species quædam ſuffruteſcentes. Varietas* D. Caryophylli *ſub calice multiſquamoſa ſquamis in ſpicam 4-gonam imbricatis.*

SILENE, L. * LYCHNIS, T. * Leimkraut. Calix tubuloſo-ventricoſus 5-dentatus. Petala 5 unguiculata, ad faucem 2-dentata, ſuprà ſæpè 2-fida. Styli 3. Capſula 3-locularis apice

5-fariàm dehiſcens. *Pedunculi uni aut multiflori, axillares aut terminales aut ex dichotomiâ caulis. Species quædam baſi ſuffruteſcentes, una muſcoïdes cæſpitoſa. Silene armeria. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 27 p. 44—52.*

CUCUBALUS, T. L. * LYCHNIS, T. * *Carnillet.* Taubenkropf. Calix tubuloſus ventricoſus 5-dentatus. Petala 5 unguiculata, ad faucem nuda, apice plerumque 2-fida. Styli 3. Capſula 3-locularis apice 5-fariàm dehiſcens. *Flores axillares aut ſæpiùs terminales ſpicato-paniculati.* C. Bacciferi *capſula ſubbaccata, petalorum faux 2-dentata & caulis quaſi ſcandens; an Silene affinior?* C. Otites *abortu dioïcus.*

LYCHNIS, T. L. * Lychnis. Calix tubuloſus 5-dentatus. Petala 5 unguiculata, limbo ſæpè fiſſa. Styli 5. Capſula 3-locularis 5-valvis. *Flores ſæpè corymboſi terminales, rariùs ſpicato-paniculati, in* L. alpinâ *&* L. quadridentatâ *interdùm 4-ſtyli, in* L. dioïca *abortu dioïci. Fructus in* L. viſcariâ *5-locularis, in* L. flore cuculli *1-locularis.*

AGROSTEMMA, L. * LYCHNIS, T. * Raden. Calix tubuloſus apice 5-fidus. Petala 5 unguiculata, fauce nuda aut appendiculata. Styli 5. Capſula 1-locularis, apice 5-valvis. *Flores ſolitarii aut plures terminales. Petala* A. Githaginis *integra fauce nuda & calicinis laciniis breviora, cæterorum longiora apice emarginata & fauce appendiculata.*

VI. Calix tubuloſus. Stamina pauciora quàm decem. Styli duo aut tres.

VELEZIA, L. * Calix tubuloſus filiformis 5-dentatus. Petala 5 parva unguiculata. Stamina 5 aut 6. Styli 2. Capſula cylindrica 1-locularis. *Herba rigida dichotoma; flores 1-2-axillares ſubſeſſiles.*

DRYPIS, Ger. Mich. L. * Calix tubuloſus 5-dentatus. Petala 5 unguiculata, fauce 2-dentata, ſuprà 2-partita. Stamina 5. Styli 3. Capſula 1-locularis circumſciſſa 1-ſperma ſemine reniformi. *Folia caulina & floralia dentata dentibus ſubulatis; ramea integra linearia mucronata pungentia; flores glomerati terminales.*

SAROTHRA, L. * Calix profundè 5-fidus connivens. Petala 5 linearia. Stamina 5. Styli 3. Capſula oblonga acuta 1-locularis 3-valvis. *Herba gentianelloïdes, ſubtrichotoma; folia minima linearia; flores axillares ſolitarii ſeſſiles. Affinis Gentianis ſed polypetala.*

VII. Genera Caryophylleis affinia.

ROTALA, L. * Calix tubuloſus 3-dentatus. Petala o. Stamina 3. Stylus 1; ſtigmata 3. Capſula minima calice incluſa, 3-locularis 3-valvis polyſperma. *Herba ramis articulatis, inferioribus oppoſitis, ſuperioribus alternis; folia 4 verticillata; flores 4 verticillati, axillares ſeſſiles minimi. An affinis Iſnardiæ?*

FRANKENIA, L. * Calix ſubcylindricus 5-dentatus. Petala 5, ungue intùs canaliculato. Stamina 6. Stylus 1; ſtigmata 3. Capſula 1-locularis 3-valvis polyſperma. *Caracter ex Linnæo. Herbæ minimæ; folia oppoſita minuta; flores parvi, glomerati terminales, aut axillares ſeſſiles interdùm ſecundi, ex Adanſonio 5-10-andri fructu 3-loculari. An ſtylus verè unicus?*

LINUM, T. L. * *Lin.* Lein. Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 unguiculata, ſtaminum annulo inſerta. Staminum filamenta 10, baſi in annulum connata, alterna fertilia antheris ſagittatis, alterna breviora ſterilia. Styli 5; ſtigmata 5. Capſula globoſa acuminata 10-locularis 10-valvis valvis geminatis, ſingulis margine utroque introflexo loculum conſtituentibus 1-ſpermum; receptaculum centrale nullum; ſemina ovata compreſſa nitida; corculum rectum planum abſque periſpermo. *Herbæ aut ſuffrutices; folia plurimorum alterna, pauciorum oppoſita; flores ſolitarii axillares aut rariùs oppoſitifolii, apice corymboſi aut ſpicati aut ſparſi, in* L. radiolâ *4-andri 4-ſtyli. Genus à Caryophylleis diſtinctum ſtaminibus baſi monadelphis, nullo nec receptaculo fructûs centrali nec ſeminis periſpermo, foliis ſaepè alternis.*

LECHEA, Kalm. L. * Calix 3-partitus perſiſtens. Petala 3. Stamina 3, interdùm 4-5. Stylus o; ſtigmata 3 plumoſa. Capſula 3-locularis 3-valvis 3-ſperma, valvis totidem aliis interioribus versùs exteriores conniventibus. *Caracter ex Linnæo. Herbæ aut ſuffrutices habitu Lini; folia alterna aut oppoſita; pedunculi multiflori, axillares aut paniculati terminales.*

Obs. Caryophylleæ à cæteris Polypetalis hypogynis diſcrepantes periſpermo (p. 255) farinaceo, indè Amaranthos apetalos collimant ex dictis p. 100, & inſuper accedunt ſubſequentibus Sempervivis polypetalis ſimilique inſtructis periſpermo ſed ſtaminum perigyniâ & germine multiplici diverſis. Triplicem ordinem in diverſis claſſibus hìc repoſitum penès conjunxerat in Horto Trianonenſi Bern. Juſſæus de corollæ exiſtentiâ aut defectu minùs ſollicitus, ſtaminum inſertioni libentiùs obtemperans, non tamen habitâ ratione inſertionis mediatæ aut immediatæ, quæ multiplicandis claſſibus utilis (p. 79) tanquàm primarius caracter, in inſtituendâ verâ ſerie naturali quan-

doque

ſioque minùs eſt proficua & præmiſſis tantùm exceptionibus admittenda. Utraque enim interdùm in eodem ordine & in eâdem plantâ concurrit inſertio, præcipuè in plurimis Caryophylleis decandris quarum ſtamina alterna hypogyna & alterna epipetala, dùm in iiſdem pentandris duntaxàt hypogyna habentur. Indè corolla in decandris eſſentialis utpotè ſtaminifera, in pentandris faciliùs evaneſcit, perſiſtente tamen generum analogiâ & ideò infirmatâ Apetalarum & Polypetalarum diſtinctione.

CLASSIS XIV.

PLANTÆ DICOTYLEDONES POLYPETALÆ.

STAMINA PERIGYNA.

CALIX monophyllus, ſuperus aut inferus, apice diviſus aut profundè partitus. Corolla perigyna ſeu imo aut ſummo calici inſerta, polypetala aut quandoque nulla aut rariùs monopetala petalis in unum coalitis. Stamina perigyna, definita aut indefinita, ſæpè diſtincta aut interdùm filamentis coalita. Germen ſuperum ſimplex multiplexve, aut rariùs inferum ſimplex; ſingulo germini ſtylus unicus aut multiplex aut nullus, ſtigma integrum aut diviſum. Fructus nunc ſimplex ſuperus aut inferus, uni aut multilocularis, nunc rariùs multiplex ſuperus ſingulo pericarpio uniloculari. Sexus interdùm abortu diſtincti.

Obs. Numeroſi Polypetalarum ordines in triplici claſſe collecti, jam prodiére pauciſſimi p. 241. Staminum epigyniâ inſignes & multò plures p. 255. hypogyniâ deſignati, nunc tredecim circiter ſiſtendi ſuperſunt communi perigyniæ nexu conjuncti. Quos in Apetalis ſocios habuit caracteres ſtaminum perigynia, eoſdem ferè in Polypetalis ſibi vindicat adæquatos, nempè calicem ſemper monophyllum, ſtamina definita aut indefinita, germen ſuperum aut inferum, ſimplex aut multiplex, & prætereà corollam plerumque exſtantem, ſæpiùs polypetalam & non ſtaminiferam, ſemper perigynam.

Hæc autem corolla, licet inter præcipuos caracteres enumerata, minùs eſſentialis utpotè non ſtaminifera, paſsim aboletur recidivâ exceptione, generibus apetalis inter polypetalos nonnunquàm immixtis, pluribus quidem in perigyniâ quàm in hypogyniâ, ex jam dictis p. 82. 98. 256, & ex obſervandis in præſenti claſſe cujus ordines vix quidam habentur omninò polypetali, dùm in præcedenti numeroſiore pauciſſimi generibus apetalis implicantur. Rarior corollæ polypetalæ perigynæ in monopetalam converſio, parcè reſerata in Sempervivis, Portulaceis, Leguminoſis & Rhamnis, non in generibus polyandris habita, ſed in definitè ſtaminiferis quorum ſtamina tunc, generaliori legi obtemperantia, mutato ſitu ex perigynis fiunt ſæpiùs epipetala. Cuilibet præthereà ſcrutanti varios inſertionum modos manifeſtus fiet uniformis in ſingulo ordine ſtaminum ſitus, in quibuſdam tamen ægrè definiendus habitâ ratione piſtilli, inter hypogyniam & perigyniam anceps indeterminatâ (p. 172. 256) diſci ſtaminiferi origine, & analogiâ conjiciendus.

Ut in Hypogynis præcedentibus p. 255, ſic & in Perigynis nunc ſcrutandis facilis claſſica deſignatio ex eſſentialibus & primariis caracteribus deprompta, difficilior ordinum diſtributio defectu caracterum inter ſecundarios generaliorum. Nulla enim in eâ partitione utilitas percipienda ex organorum ſexualium ſitu aut numero, dùm in iiſdem ordinibus & præcipuè in Roſaceis concurrunt ſtamina definita cum indefinitis, germen ſuperum cum infero, cum ſimplici multiplex. Certius in intimo ſemine latet diviſionis primordium jam anteà in hypogynis inſigne & in perigynis non poſthabendum: ſic ordiendo à ſeminibus corculo incurvo & periſpermo aut typo farinaceo inſtructis datur connexio cum Caryophylleis in præcedenti claſſe ultimis & comparent ſuo ordine Sempervivæ, Saxifragæ, Cacti, Portulaceæ, Ficoïdeæ. Proximè inſtant ſemina periſpermo deſtituta in Onagris, Myrtis, Melaſtomis, Salicariis, Roſaceis, Leguminoſis & Terebintaceis. Poſtremi prodeunt Rhamni periſpermo carnoſo à præcedentibus diverſi & Euphorbiis in ſequenti claſſe primis ſubſimiles.

ORDO I.

SEMPERVIVÆ, *LES JOUBARBES.*

Saftige Gewächse.

Calix inferus, definitè partitus. Petala imo calici inſerta, definita, calicinis diviſuris numero æqualia & iiſdem alterna, aut rariùs corolla monopetala, tubuloſa vel partita. Stamina totidem alterna petalis, aut dupla quorum alterna petalorum ungui inſerta, alterna imo calici; antheræ ſubrotundæ. Germina plura, petalis numero æqualia, baſi interiori juncta, exteriori glanduloſa glandulis interdùm ſquamiformibus; ſtyli & ſtigmata totidem. Capſulæ totidem uniloculares, polyſpermæ, intùs bivalves, marginibus valvarum ſeminiferis. Corculum ſeminis incurvum, farinaceo typo circumpoſitum. Caulis herbaceus aut ſuffruteſcens. Folia oppoſita aut alterna, ſucculenta.

TILLÆA, Mich. L. * Sedum, V. * *Tillée.* Calix 3-4-partitus. Petala 3-4. Stamina 3-4. Germina 3-4. Capſulæ 3-4. *Herbæ minimæ; folia oppoſita; flores minimi axillares.*

CRASSULA, Dill. L. * *Craſſule.* Calix 5-partitus. Corolla 5-partita. Stamina 5. Germina 5. Capſulæ 5. *Herbæ aut ſuffrutices; folia alterna aut oppoſita, interdùm connata, rariùs pinnata; flores terminales faſciculati aut corymboſi aut ſpicati. Species tubuloſæ ad Cotyledonem repellendæ.*

COTYLEDON, T. L. * *Cotylet.* Calix 5-partitus. Corolla monopetala, tubuloſa, 5-fida. Stamina 10, rariùs 5, corollæ inſerta. Germina 5. Capſulæ 5. *Herbæ aut ſuffrutices; folia op-*

poſita aut alterna, interdùm pinnata; flores terminales, corymboſi aut ſpicati.

RHODIOLA, L. * ANACAMPSEROS, T. * Roſenwurtz. Dioïca. Calix 4-partitus. Petala 4. MASC. Stamina 8. Germina 4 abortiva. FŒM. Germina 4. Capſulæ 4. *Herba; folia alterna plana; flores densè corymboſi terminales.*

SEDUM, T. L. * ANACAMPSEROS, T. * *Trique, Orpin.* Mauerpfeffer. Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 10. Germina 5. Capſulæ 5. *Herbæ; folia alterna, plana aut teretia; flores corymboſi, axillares & ſæpiùs terminales.*

SEMPERVIVUM, L. * SEDUM, T. * *Joubarbe.* Hauslaub. Calix 6-12-partitus. Petala 6-12. Stamina 6-12. Germina 6-12. Capſulæ 6-12. *Herbæ aut ſuffrutices; folia alterna, plana, in roſam terminalem congeſta; flores corymboſo-cymoſi terminales, in* S. arboreo *20-andri.*

SEPTAS, L. * Calix 7-partitus. Petala 7. Stamina 7. Germina 7. Capſulæ 7, parallelæ. *Herbula; folia radicalia; ſcapus apice umbellatim multiflorus.*

Genus Sempervivis affine.

PENTHORUM, Gron. L. * Calix 5-10-fidus. Petala 5 (rariùs 0) calici alterna, minima. Stamina 10, antheris ſubrotundis. Germen 5-cuſpidatum; ſtyli 0; ſtigmata 5. Capſula 5-locularis, loculis apice diſtinctis & divaricatis, ſingulis 1-locularibus circumſciſſis polyſpermis; ſemina minutiſſima. *Herba; folia alterna non ſucculenta; flores ſpicati aut ſpicato-paniculati terminales. A Sempervivis diſcrepat habitu & fructûs dehiſcentiâ.*

OBS. Sempervivæ utpotè periſpermo ſeminis farinaceo inſtructæ, accedunt tum Caryophylleis præcedentibus ſub piſtillo ſtaminiferis, tum ſubſequentibus ſtaminum perigyniâ inſignibus Saxifragis, Cactis, Portulaceis, Ficoïdeis; utpotè polygynæ, à prædictis omnibus monogynis diſcrepant; utpotè definitè ſtaminiferæ, à Roſaceis diſſentiunt polyandris & prætereà periſpermo deſtitutis.

ORDO II.

SAXIFRAGÆ, *LES SAXIFRAGES.*

CALIX ſuperus aut ſæpiùs inferus; quadri aut quinquefidus. Petala quatuor aut quinque (rarius nulla), ſummo calici inſerta, ejuſdam laciniis alterna. Stamina totidem aut ſæpiùs dupla, ibidem inſerta. Germen ſimplex, ſuperum aut rariùs inferum; ſtyli & ſtigmata duo. Fructus ſæpè capſularis, polyſpermus, apice bivalvis, unilocularis aut bilocularis valvis introflexione diſſepimentum conſtituentibus. Corculum incurvum, typo farinaceo aut ſubcarnoſo circumpoſitum. Caulis plerumque herbaceus. Folia alterna aut rariùs oppoſita, interdùm craſſiuſcula.

I. Fructus ſuperus capſularis, apice biroſtris.

HEUCHERA, L. * Calix 5-fidus. Petala 5 parva. Stamina 5. Capſula 2-locularis. *Folia* H. Americanæ *radicalia & flores in ſcapo paniculati terminales.* H. dichotomæ *caulis dichotomus & pedunculi 2-flori foliis oppoſitis axillares.*

SAXIFRAGA, T. L. * GEUM, T. * *Saxifrage.* Steinbrech. Calix 5-fidus perſiſtens. Petala 5. Stamina 10. Capſula 1-locularis inter apices dehiſcens, *in Saxifragâ T.* ſemiinfera ſeu infrà cincta calice, *in Geo T.* ſupera. *Folia alterna aut rariùs oppoſita, indiviſa aut partita, interdùm omnia radicalia; flores ſæpè plures, variè diſpoſiti.*

TIARELLA, L. * MITELLA, T. * Calix 5-fidus perſiſtens. Petala 5 integra. Stamina 10. Capſula 1-locularis 2-valvis valvâ alterâ majore. *Folia pleraque radicalia, ſimplicia aut ternata; flores in ſcapo nudo aut alternè 2-phyllo laxè ſpicati terminales.*

MITELLA, T. L. * Petala laciniata aut pinnatifida. Capſula 2-valvis valvis æqualibus. Cætera ut in Tiarellâ. *Folia ſimplicia, pleraque radicalia; flores in ſcapo nudo aut oppoſitè 2-phyllo laxè ſpicati terminales.*

II. Fructus inferus, capſularis aut baccatus.

CHRYSOSPLENIUM, T. L. * *Dorine*, *Saxifrage dorée.* Calix ſuperus 4-5-fidus, inæqualis perſiſtens, intùs coloratus. Petala o. Stamina 8-10 brevia. Germen inferum, deſinens in ſtylos 2; ſtigmata 2. Capſula 2-roſtris 1-locularis 2-valvis polyſperma. *Herbæ; folia craſſiuſcula ſimplicia, oppoſita aut alterna; flores parvi ſeſſiles, plurimi terminales foliis floralibus cincti, 4-fidi & 8-andri omnes excepto primario interdùm 5-fido 10-andro.*

ADOXA, L. * MOSCHATELLINA, T. * *Moſcatelle.* Biſamkraut. Calix ſuperus (corolla L.) 4-5-fidus, baſi extùs 2-ſquamoſus (calix L.) ſquamis perſiſtentibus. Petala o. Stamina 8-10, antheris ſubrotundis. Germen inferum; ſtyli 4-5 perſiſtentes; ſtigmata 4-5. Bacca globoſa umbilicata 4-5-locularis loculis 1-ſpermis. *Herba; folia biternata radicalia; ſcapus medio oppoſitè 2-phyllus, apice ſæpiùs 5-florus floribus capitatis, lateralibus 5-fidis 10-andris 5-ſtylis 5-ſpermis, ſupremo 4-fido 8-andro 4-ſtylo 4-ſpermo. Habitus Panacis trifolii.*

III. Genera Saxifragis affinia.

WEINMANNIA, L. * *Tan-rouge.* Calix 4-partitus. Petala 4 majora. Stamina 8 brevia. Germen ſuperum, diſco 8-glanduloſo infrà cinctum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula ovata 2-acuminata 2-locularis 6-8-ſperma, apice 2-valvis, valvis introflexione diſſepimentum conſtituentibus. *Arbores aut frutices; folia oppoſita, oppoſitè & impari-pinnata petiolo communi alato & articulato, aut rariùs ternata ſimpliciave; in plurimis ſtipula utrinque ſimplex foliis intermedia maxima, mox decidua; flores longè racemoſi axillares & terminales, in racemo paſsim faſciculati pedunculis 1-floris; fructus ferè Iteæ: an ideò genus Rhododendris quodammodò affine?*

CUNONIA, L. * Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 10. Germen ſuperum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula ovata acuminata 2-locularis polyſperma. *Arbores; folia oppoſita, oppoſitè & imparipinnata, petiolis articulatis; flores racemoſi axillares, pedicellis paſsim faſciculatis 1-floris; ſtipula foliis & racemis ſuperioribus interjecta magna plana petiolata. Genus Weinmanniæ proximum. Congener* Ooſterdykia... *Burm. Afr. t. 95, cui racemi denſiores alopecuroïdei.*

HYDRANGEA, Gron. L. * Calix ſuperus 5-dentatus. Petala 5 majora. Stamina 10, alterna longiora; antheræ ſubrotundæ. Germen inferum; ſtyli 2; ſtigmata 2 perſiſtentia. Capſula didyma 2-roſtris, apice 2-valvis aut circumſciſſa, calice

coronata, bilocularis polyſperma ſeminibus minutis. *Frutex; folia oppoſita; flores parvi oppoſitè & densè corymboſi terminales. Saxifragis adjecta à Bern. Juſſæo & à Linn. ord. nat. 13 & ab Adanſonio; an affinior Corno, an Philadelpho aut Myrtoïdeis inter Onagras?*

Obs. Germen ſimplex ſuperum diſtylum & fructus bivalvis valvis introflexis veras deſignant Saxifragas, quibus indè cognatæ Weinmannia & Cunonia arboreo tamen habitu foliiſque oppoſitis abſimiles. Pro Saxifragis ſpuriis habeantur Chryſoſplenium & Adoxa, utrumque germine infero & corollæ defectu & flore ſupremo aliter ſtamineo diſtinctum, ſed alteri non affinius ordini.

ORDO III.

CACTI, *LES CACTES.*

CALIX ſuperus, apice diviſus. Petala definita aut indefinita, ſummo calici inſerta. Stamina definita aut indefinita, ibidem inſerta. Germen inferum ſimplex; ſtylus unicus; ſtigma partitum. Bacca infera unilocularis polyſperma, ad parietes ſeminifera. Caulis fruteſcens aut arboreſcens; folia alterna aut ſæpè nulla.

I. Petala & ſtamina definita.

RIBES, L. * GROSSULARIA, T. * *Groſelier, Caſſis.* Johannisbeeren-Strauch. Calix ventricoſus 5-fidus coloratus. Petala 5, calici alterna. Stamina 5, eidem oppoſita; antheræ compreſſæ incumbentes. Stylus 2-fidus; ſtigmata 2. Bacca globoſa umbilicata, receptaculis 2 oppoſitis ſeminiferis. *Frutices, alii inermes, alii ſpinoſi ſpinis ſimplicibus aut partitis, quibus axillares gemmæ ramulorum ſquamoſae; folia alterna, in ſpineſcentibus pariter axillaria, petiolo baſi dilatato ſemiamplexicauli in inermibus ciliato aut interdùm ciliis rigidis ſpinuloſo; pedunculi axillares aut è gemmis erumpentes, ſpineſcentium 1-3-flori, inermium race-*

moſo-multiflori; flores 1-bracteati, in R. alpino *dioïci, baccae eſculentae. Periſpermum* R. rubri *Ranunculaceo more corneum videtur, non farinaceum; an idem in caeteris? An reſtituendum aptius Groſſulariae nomen?*

II. Petala & ſtamina indefinita.

CACTUS, L. * ECHINO-MELOCACTUS, Herm. * MELOCACTUS, T. * CEREUS, J. * OPUNTIA, T. * EPIPHILLUM, Herm. * PERESKIA, Pl. * *Cacte, Cierge, Nopal.* Calix urceolatus aut longior tubuloſus, ſquamis numeroſis appendiciformibus ſæpè imbricatis tectus, ſuprà germen deciduus. Petala numeroſa multiplici ſerie, baſi ſubcoalita, interiora majora. Stamina numeroſa, pariter infrà coalita, antheris oblongis. Stylus longus, ſtigma multifidum. Bacca umbilicata ſquamularum veſtigiis exaſperata, polyſperma ſeminibus in pulpâ nidulantibus. *Arbores aut frutices, pingues formâ varii, ſaepiùs aphylli & articulati, plerumque obducti ſpinis faſciculatis & pilis in ſingulo faſciculo intermixtis. Spinarum faſciculi nunc ſummis tuberculis impoſiti in* Echino-melocacto *undique tuberculato & inter tubercula florifero*; *nunc unâ ſerie jugis coſtarum inſidentes, tum in* Melocacto *ovato vix ſeſquipedali 14-15-coſtato ſuprà deſinente in capitulum amplum hemiſphaericum ex floribus & ſpinis piliſque compactum densè commixtis, tum in* Cereo *altiùs aſſurgente articulatim ramoſo ſaepè ſubcylindrico 5-10-coſtato, rariùs 3-4-gono, & in faſciculorum axillis florifero; nunc ſuprà ramos complanatos ſoleaeformes articulatos paſſim ſparſi in* Opuntiâ *ad extremorum ramulorum margines floriferâ; nunc ſubnulli in* Epiphyllo *pariter articulato & complanato, ſed tenuiori & dentato dentibus 1-floris; nunc demùm foliis alternis planis craſſiuſculis axillares in* Pereskiæ *caule tereti ramoſo folioſo, ad axillas ſeriàm florifero. Flores in* Pereskiâ & Opuntiâ *urceolati, in caeteris ſubcylindrici longiores, in* Epiphyllo *longiſſimi. Fructus quorumdam parvus ribeſioïdes, plurimorum major ficiformis, undè Ficûs Indicae nomen.* C. cylindrici *ſuperficies non coſtata nec plana, ſed areolis rhombeis regularibus apice ſpiniferis teſſellata.* Pereskia *ex Plumerio monoïca; ejuſdem petala exteriora numeroſa criniformia, interiora ovata, in ſicco ſpecimine Peruviano obſervata. Opuntiae ſtamina titillatione irritabilia. Iterato examine ſiſtenda germinatio Melocacti ex Linnæo monocotyledonis, ut & exiſtentia ac natura periſpermi in omnibus Cactis.*

Obs. Ribes & Cactus communi germinis inferi monoſtyli & fructûs unilocularis ad parietes ſeminiferi junguntur nexu, indè diſcrepantes tum à præmiſſis Saxifragis diſtylis, tum à ſequentibus Portulaceis, utriſque germine ſupero veriùs notatis. An autem Ribes pentapetala & pentandra

verè Cacto polypetalo & polyandro affinis, ſuadente conformi fructuum & ſpineorum faſciculorum ſtructurâ hìnc in Ribeſiis ſpinoſis, indè in quibuſdam Cactis, præcipuè in Cacto paraſitico ſimiliter frugifero & in Cacto Pereskiâ quem Americani vernaculè Groſſulariam nuncupant? An generis utriuſque ſemen intùs idem?

ORDO IV.

PORTULACEÆ, *LES PORTULACÉES.*

CALIX inferus, apice diviſus. Corolla definitè polypetala, raró monopetala aut nulla, imo aut medio calici inſerta, eidem ſæpiùs alterna dùm numero partium æqualis. Stamina ibidem inſerta, definita aut raró indefinita. Germen ſuperum ſimplex; ſtylus unicus aut duplex triplexve aut raró nullus; ſtigma ſæpè multiplex. Capſula ſupera, uni aut multilocularis, loculis mono aut polyſpermis. Corculum incurvum, typo farinaceo aut ſubcarnoſo circumpoſitum. Herbæ aut frutices pingues, rariùs arbuſculæ. Folia oppoſita aut alterna, ſæpè ſucculenta.

I. Fructus unilocularis.

PORTULACA, T. L. * *Pourpier.* Portulac. Calix apice 2-valvis & compreſſus, perſiſtens. Petala 5 majora. Stamina 6-12 aut plura, brevia. Stylus 1 brevis; ſtigmata 4-5. Capſula circumſciſſa polyſperma receptaculo libero. *Herbæ ſucculentæ; folia craſſiuſcula, oppoſita aut alterna, in axillis nuda aut pilorum faſciculo inſtructa; flores in ramulis terminales, ſolitarii aut plures, cincti involucro polyphyllo exteriore uni aut multifloro & interdùm pilis numeroſis interioribus.* P. quadrifide *corolla 4-partita 8-andra & germen inferum ex Linnæo. Ad Talinum depellendæ ſpecies Linnaeanae 3-valves.*

TALINUM, Adanſ. * PORTULACA, L. * Calix 2-partitus. Petala 5. Stamina plura. Stylus 1; ſtigmata 3. Capſula 3-valvis polyſperma. *Frutices aut ſuffrutices; folia alterna craſſiuſcula,*

interdùm in axillis piloſa; flores terminales, paniculati aut racemoſi. Hùc referendae Portulacae Linnaeanae non circumſciſſae, & Orygia Portulacifolia *Forsk.* T. patens *3-ſtylum, & calix* T. fruticoſi *5-partitus ex Linn. An congener* Coſmia *Domb. Peruv., diſtincta caule herbaceo, floribus ſolitariis axillaribus 5 andris, habitu Samoli?*

TURNERA, Pl. L. * Calix tubuloſus infundibuliformis, limbo 5-partito. Petala 5, perigyna unguiculata. Stamina 5 perigyna, antheris erectis. Styli 3; ſtigmata multifida. Capſula 3-valvis polyſperma, valvis medio ſeminiferis. *Suffrutices aut herbæ; folia alterna non ſucculenta, petiolo quorumdam 2-glanduloſo; flores axillares aut folii petiolo inſidentes, ſolitarii. A Portulaceis habitu diſpar & fortè removenda. Confer* T. ciſtoïdem *cum Piriquetâ.*

BACOPA, Aubl. * Calix 5-partitus inæqualis, laciniâ ſuperiore majore. Corolla monopetala perigyna, tubo brevi, limbo 5-fido. Stamina 5, fauci corollæ inſerta; antheræ cuſpidatæ erectæ. Germen ſemiinferum ſeu baſi adnatum calici; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſula polyſperma, ſeminibus minutis. *Herba; folia oppoſita, baſi connata; pedunculi ſolitarii axillares, medio 2-bracteati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 49.*

MONTIA, Mich. L. * ALSINOÏDES, V. * Calix 2-valvis perſiſtens. Corolla monopetala 3-partita, laciniis 3 minoribus ſtaminiferis. Stamina 3. Styli 3; ſtigmata 3. Capſula turbinata, calice tecta, 3-valvis 3-ſperma. *Herbula; folia oppoſita; flores ſolitarii axillares aut terminales, interdùm 5-andri calice 3-valvi. Corolla ex Vaill. 5-petala 5-andra & fructus elaſticè 3-partibilis valvis 1-ſpermis. Affinis Claytoniae.*

ROKEJEKA, Forsk. * Calix 5-fidus perſiſtens laciniis margine membranaceis. Petala 5 majora marceſcentia. Stamina 10. Germen ſuprà excavatum; ſtyli 2 divaricati; ſtigmata 2. Capſula compreſſa 3-ſperma calice & petalis perſiſtentibus cincta. *Herba baſi lignoſa, caulibus diffuſis articulatis dichotomis; folia ad articulos oppoſita vaginantia; flores in caulium dichotomiâ ſolitarii, aut gemini terminales. Caracter ex Forsk. An Trianthemae affinis?*

TAMARIX, L. * TAMARISCUS, T. * *Tamaris.* Tamariske. Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 majora. Stamina 5-10, antheris ſubrotundis. Stylus 0; ſtigmata 3 oblonga plumoſa. Capſula oblonga 3-quetra 3-valvis polyſperma, ſeminibus pappoſis. *Frutices aut arbuſculæ Cupreſſi aut Sabinae facie; folia alterna, minima ſquamiformia, aut in* T. orientali *Forsk. conformia vaginulae hìnc acuminatae; flores in ramulis terminales, ſpicati aut ſpicato-paniculati, ſinguli bracteolati. Species quaedam galliferae.*

TELEPHIUM, T. L. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5, calici æqualia. Stamina 5; antheræ incumbentes. Stylus 0; ſtigmata 3. Capſula 3-quetra 3-valvis polyſperma, recepta-

culo ſeminifero centrali libero. *Herbae procumbentes; folia alterna ſtipulacea; flores corymboſi terminales. Species una oppoſitifolia ex Linn.*

CORRIGIOLA, L. * POLYGONIFOLIA, V. * Semen unicum 3-quetrum, calice connivente tectum. Cætera omninò ut in Telephio. *An congener* C. repens *Forsk. cui ex Autore caules articulati, folia verticillata ſubtùs ſtipulacea, flores capitati terminales, calix 5-phyllus, petala 5 minora, ſtamina 5, ſtylus 1, ſtigmata 3. ſemen ignotum?*

SCLERANTHUS, L. * ALCHIMILLA, T. * *Gnavelle.* Knauel. Calix tubuloſus, collo coarctatus, ſuprà 5-fidus. Petala 0. Stamina 10 minima, calici inſidentia; antheræ ſubrotundæ. Styli 2; ſtigmata 2. Capſula tenuiſſima 2-ſperma, tecta calice ſuprà coarctato. *Caracter ex Linnaeo. Herbulae; folia oppoſita linearia; flores axillares & ſubcorymboſi terminales. Habitus Arenariae & Caryophyllearum, ſed ſtamina perigyna. An fructus potiùs 1-ſpermus periſpermo ſeminis nullo, & indè genus Thymelaeis aut Theſio affinius?* *)

GYMNOCARPUS, Forsk. * Calix 5-partitus perſiſtens laciniis intùs coloratis, margine pellucidis Petala 0. Staminum filamenta 10, alterna fertilia, alterna breviora ſterilia. Stylus 1; ſtigma 1. Semen 1, calice indurato tectum. *Suffrutex diffuſus, caulibus geniculatis; folia oppoſita, ſtipulâ mediâ utrinque juncta, ſaepè faſciculum minorum foliorum foventia; pedunculi capitato-multiflori terminales, rariùs axillares; calix intùs violaceus. Caracter ex Forsk. Trianthemae ſpecies fruticoſa ex D. Vahl: an affinior Paronychiae & Amaranthis?*

II. Fructus multilocularis.

TRIANTHEMA, Sauv. L. * Calix 5-fidus perſiſtens, laciniis intùs coloratis & ſub apice mucronatis. Petala 0. Stamina 5, rariùs 10 12; antheræ ſubrotundæ. Germen retuſum; ſtyli 1-2; ſtigmata 1-2. Capſula oblonga, imo calice infrà cincta, apice truncata circumſciſſa, 2-locularis loculis 2-ſpermis, ſemine uno ſuprà alterum. *Herbae; folia oppoſita; flores axillares capitati ſeſſiles.* T. monogyna *eadem cum* Papulariâ *Forsk. 5-andra 1-ſtyla.* T. pentandra *ſeu* Rocama *Forsk. 5-andra 2-ſtyla. An genere diſtinguenda* T. decandra *ſeu* Zaleya *Burm. Ind. 10-andra 2-ſtyla, Rokejekæ affinis ſed apetala & 2-locularis?*

LIMEUM, L. * Calix 5-partitus perſiſtens, laciniis margine membranaceis, 2 exterioribus. Petala 5 breviora. Stamina 7, filamentis baſi coalitis aut margini germen ambienti inſertis.

(* Calix inferus & ſemen unicum. Filamenta nectario inſidentia. Pericarpium nullum. Ehrh.

Stylus 2-partitus; ſtigmata 2. Capſula 2-locularis polyſperma. *Herba proſtrata; folia alterna; flores corymboſi terminales; habitus Telephii. Caracter ex Linnæo.*

CLAYTONIA, Gron. L. * Calix 2-valvis. Petala 5 ſubunguiculata. Stamina 5, unguibus petalorum inſerta; antheræ incumbentes. Stylus 1; ſtigmata 3. Capſula 3-locularis elaſticè 3-valvis 3-ſperma. *Herbæ; folia radicalia; ſcapus oppoſitè 2-phyllus, apice racemoſo-multiflorus. An Talino affinior* C. portulacaria L. *frutex cui habitus Craſſulæ, calix 2-valvis, petala 5 perſiſtentia, ſtamina 5, ſtylus o, ſtigmata 3, fructus 3-gonus nondùm obſervatus?* C. Virginica *germinans Monocotyledonum inſtar unicum protrudit foliolum ex Claytonio. C. portulacaria L. nunc Portulacaria afra Jacq. Coll. 1. p. 162 t. 22. genus diſtinctum.*

GISEKIA, L. * Calix 5-partitus. Petala o. Stamina 5, filamentis baſi dilatatis. Germen 5-partitum; ſtyli 5; ſtigmata 5. Fructus 5-locularis aut fortè 5-capſularis capſulis minimis approximatis, 1-ſpermis non dehiſcentibus, calice cinctis. *Herba diffuſa decumbens, ramis inferioribus trichotomis, cæteris flexuosè & alternatìm dichotomis; folia in trichotomiis oppoſita, cætera alterna, omnia integra pinguia granulata; flores plurimi axillares pedunculis 1-floris; calicis laciniæ pilis ſparſis intùs inſtructæ; capſulæ ſeu ſemina nigra. An ſempervivis affinior?*

Obs. Portulacearum ſectio prima Cactos contingit, diſtincta fructu ſupero, ſed ſimilis eodem uniloculari & habitu Portulacæ piloſæ in foliorum axillis pariter piliferæ. Sectio ſecunda definitè ſtaminifera & multilocularis priores ſpectat Ficoïdeas multiloculares ſed polyandras. Genera ordinis quædam recognoſcenda & fortè à cæteris procul ableganda, jubente hìnc ſtaminum & petalorum inſertione mutuâ, indè ſitu ſeminum nunc receptaculo centrali nunc mediis valvis innaſcentium. An præterea genera apetala & monoſperma ordinibus apetalis conſocianda? An Samolus p. 109 hùc revocandus?

ORDO V.

FICOIDEÆ, *LES FICOIDES.*

CALIX monophyllus inferus aut ſuperus, definitè partitus. Petala indefinita aut rariùs definita ſummo calici inſerta, aut quandoque nulla calice tunc intùs colorato. Stamina plura quàm duodecim, ſæpè numeroſa, ibidem inſerta; antheræ oblongæ incumbentes. Germen ſimplex, ſuperum aut inferum; ſtyli plures; ſtigmata totidem. Capſula aut bacca, ſupera aut infera, multilocularis loculis numero ſtylorum, polyſpermis; ſemina angulo loculorum interiori affixa. Corculum incurvum farinaceo typo circumpoſitum. Caulis herbaceus aut ſuffruteſcens. Folia oppoſita aut alterna, plerumque ſucculenta, formâ plurimùm varia.

I. Germen ſuperum.

REAUMURIA, Haſſelq. L. * Calix profundè 5-fidus perſiſtens, foliis numeroſis linearibus imbricatis infrà cinctus. Petala 5, calici ſubæqualia, baſi intùs 2-appendiculata appendicibus ciliatis. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis. Styli 5 approximati. Capſula 5-locularis (1-locularis *ex Forsk.*) 5-valvis polyſperma ſeminibus lanatis. *Caracter ex Linnæo. Suffrutex Salſolæ facie; folia minima conferta; flores ſolitarii terminales ſeſſiles.*

NITRARIA, Schob. Pall. L. * Calix 5-fidus minimus perſiſtens. Petala 5. Stamina 15, antheris ſubrotundis. Germen oblongum deſinens in ſtylum 1; ſtigma 1 (diviſum *in icon. Pall.*). Drupa ovata acuminata, fœta nuce conformi 3-loculari. *Caracter ex Linnæo. Frutices: folia alterna craſſiuſcula, interdùm faſciculata; flores terminales paniculati aut cymoſi. Hujus congener* Frutex flore

roſeo 5-petalo foliis triangulis *Lippi mſſ. n. 237*, *&* Guirzim *Maurorum cujus tamen ex D. Adanſ. nux in 7 cruſtas coriaceas ſolubilis.*

SESUVIUM, L. * PORTULACA, Pl. T. * Calix campanulatus 5-fidus, intùs coloratus, marceſcens. Petala o. Stamina plurima calice breviora, antheræ ſubrotundæ. Styli 3. Capſula 3-locularis circumſciſſa. *Folia oppoſita ſemiamplexicaulia; flores ſolitarii axillares, interdùm ex Jacq. 4-ſtyli cum fructu 4-loculari.*

AIZOON, L. * FICOIDEA, Niſſ. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala o. Stamina plura, circiter 15, per phalanges ternatìm diſpoſita in calicis ſinubus. Styli 5. Capſula 5-gona 5-locularis 5-valvis. *Folia alterna, ſolitaria aut ex eodem puncto gemina inæqualia; flores ſolitarii axillares. Species dichotoma foliis ſuboppoſitis, in dichotomiis 1-flora.*

GLINUS, L. * ALSINE, T. * *Glinole.* Calix 5-partitus connivens, intùs coloratus, perſiſtens. Petala 5 breviora, ligulæformia, apice 2-3-fida. Stamina circiter 15. Styli 5. Capſula calice tecta, 5-locularis 5-valvis; ſemina minuta hìnc tuberculata, funiculo umbilicali longiore redimita. *Herbæ repentes, ſæpè tomentoſæ, ramis alternis; folia alterna, ex eodem puncto gemina inæqualia; flores plurimi axillares; habitus Aïzoi, cujus congener* G cryſtallinus *Forsk. ſimiliter apetalus 8-15-ander ſtaminibus faſciculatis.* G ſetifolius *Forsk. polypetalus petalis numeroſis apice 3-4-ſetoſis, indè Meſembryanthemo propior, ſed diſpar foliis verticillatis, ſtaminibus definitis, fructu 1-loculari. Genus Caryophylleum ex Bern. Juſſæo, & ex Linn. ord. nat. 22, & ex Adanſ. cui* Roloſa *dicitur 5-10-petala 1-ſtyla 5-ſtigmatoſa: an rectiùs Aïzoo adjectum? an ſtamina perigyna?*

ORYGIA, Forsk. * Calix 5-partitus. Petala plurima lanceolata. Stamina numeroſa. Styli 5. Capſula calice cincta 5-locularis 5-valvis. *Caulis fruticoſus decumbens; folia ſubfarinoſa. Character* O. decumbentis *ex Forskalio.* O. portulacifolia *ejuſdem Talini congener.*

II. Germen inferum.

MESEMBRYANTHEMUM, L. * FICOIDES, T. * *Ficoïde.* Mittagsblume. Calix ſuperus 5-fidus perſiſtens. Petala numeroſa ſerie multiplici, linearia baſi leviter connata. Stamina numeroſa. Styli 5, rariùs 4 aut 10. Capſula carnoſa umbilicata umbilico radiis notato, multilocularis loculis numero ſtylorum. *Suffrutices aut herbæ; folia oppoſita aut rariùs alterna, incraſſata, formâ plurimùm varia; flores ſolitarii, axillares aut extràaxillares aut ſæpiùs terminales; fructus interdùm ficiformis.*

TETRAGONIA, L. * Calix ſuperus 4-fidus, intùs coloratus, perſiſtens. Petala o. Stamina circiter 20, calice breviora. Styli 4. Drupa coriacea, 4-gona aut 4-alata, fœta nuce 4-loculari. *Herbæ aut ſuffrutices; folia alterna, ſolitaria aut rariùs ex eodem puncto gemina; flores axillares pedunculis 1- floris, aut racemoſi terminales, ſupremo ſæpè 5-fido 5-ſtylo 5-loculari. Corculum incurvum abſque periſpermo ex Adanſ. An indè genus Onagris affinius?* T. expanſæ *fructus ſub laciniis calicinis extrà 4-cornutus.*

Obs. Maxima Aïzoi & Orygiæ & Meſembryanthemorum alternifoliorum affinitas, non obſtante diverſo germinis ſitu: utraque igitur Ficoïdearum ſectio rectè conſociata. Prior germine ſupero Portulaceis proxima, diſcrepat numero ſtaminum indefinito aut ſupràduodenario. Poſterior germine infero Onagris accedens, ſtylo multiplici & typo corculi incurvi farinaceo & ſucculento habitu ab iiſdem diſcernitur. An huic affinis Nevrada?

ORDO VI.

ONAGRÆ, *LES ONAGRES.*

CALIX monophyllus tubuloſus ſuperus, limbo diviſo, perſiſtente aut deciduo. Petala definita, ſummo calici inſerta, ejuſdem laciniis alterna. Stamina definita, ibidem inſerta, petalis numero æqualia aut dupla, rariùs plura. Germen ſimplex inferum; ſtylus plerumque unicus; ſtigma partitum aut ſimplex. Fructus capſularis aut baccatus, inferus aut rariùs ſemiinferus, plerumque multilocularis & polyſpermus, raró unilocularis, nunc calicis limbo coronatus, nunc eodem deciduo ſuprà denudatus. Corculum abſque periſpermo. Caulis herbaceus aut truteſcens. Folia alterna aut oppoſita.

I. Stylus

I. Stylus multiplex. *Genera inter Ficoïdeas & Onagras media.*

MOCANERA. * VISNEA, LS. * Calix ſemiſuperus 5-fidus. Petala 5. Stamina 12, antheris 4-angulis apice ariſtatis. Germen ſemiinferum hirtum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Nux ſemiinfera, ſuprà calicinis laciniis conniventibus tecta, 2-3-locularis loculis 2-ſpermis. *Frutex Canarienſibus* Mocanera *dictus*; *folia alterna*; *pedunculi axillares ſolitarii 1-flori*, *primò nutantes*, *dein fructu matureſcente erecti. Caracter ex Linn. Suppl.*, *immutatus tamen ratione nucis ſemiinferæ.*

VAHLIA, Thunb. * Calix 5-fidus. Petala 5. Stamina 5, petalis alterna. Germen inferum; ſtyli 2. Stigmata 2. Capſula calicinis laciniis coronata 1-locularis 2-valvis polyſperma. *Herba Aïzoi aut Silenes facie*; *folia oppoſita*; *flores axillares. Caracter ex Thunb. Jacq.*; *ex eodem* Ruſſelia *LS. congener.*

CERCODEA, Soland. Lamark. * TETRAGONIA, LS. * Calix urceolatus 4-gonus, limbo 4-fido brevi perſiſtente. Petala 4 linearia. Stamina 8; antheræ longæ ſubſeſſiles 4-gonæ, petalis binatim oppoſitæ. Germen inferum; ſtyli 4; ſtigmata 4. Capſula drupacea ſub4-gona, calicino limbo connivente coronata, 4-locularis 4-ſperma. *Suffrutex caule 4-gono*; *folia oppoſita*; *flores axillares parvi. Congener* Haloragis *Forſt. t. 31. diſtincta caule herbaceo*, *habitu Ammaniæ. Congener Haloragis Jacq. ic. rar. 69.*

II. Stylus unicus. Fructus capſularis. Stamina petalis numero æqualia.

MONTINIA, Thunb. LS. * Dioïca. Calix 4-dentatus. Petala 4, calicinis dentibus alterna. MASC. Stamina 4. FŒM. Filamenta 4 ſterilia. Germen inferum; ſtylus 2-fidus; ſtigmata 2. Capſula oblonga 2-locularis, longitudinaliter dehiſcens polyſperma, ſeminibus depreſſis margine alatis imbricatis. *Frutices ramis alternis*; *folia alterna*; *flores terminales*, *interdùm 5-petali 5-andri. Caracter ex Thunb. & L. Suppl.*

SERPICULA, L. * Monoïca. Calix 4 fidus perſiſtens. MASC. Petala 4. Stamina 4 brevia. FŒM. Petala... Germen inferum ſulcatum; ſtylus...; ſtigma .. Nux cylindrica 8-toruloſa cartilaginea 1-ſperma decidua. *Herba repens*, *facie Veronicæ ſerpillifoliæ*; *folia alterna*; *flores axillares*, *maſculi pedunculati*, *fœminei ſeſſiles. Caracter ex Linnæo. Hùc referenda ex Thunbergio* Laurembergia *Berg. Cap. t. 5. f. 10*, *deſcriptione non omninò conformis.*

CIRCÆA, T. L. *Circée.* * Calix brevis limbo 2-partito. Petala 2. Stamina 2. Stigma emarginatum. Capſula ovata hiſpida 2-locularis 2-valvis 2-ſperma. *Herbæ ; folia oppoſita ; flores ſpicati terminales, in ſpicis alterni.*

LUDWIGIA, L. * Calix urceolatus limbo 4-partito longo perſiſtente. Petala 4. Stamina 4, antheris oblongis erectis. Stigma 4-gonum. Capſula 4-gona, calice non coarctato coronata, inter ejuſdem lacinias prominula & apice dehiſcens foraminulo integro, 4-locularis polyſperma. *Suffrutices aut herbæ ; folia alterna aut oppoſita, ſimplicia ; flores ſolitarii axillares. An verè congener* L. erigata L. *cui folia oppoſita, flores terminales ?*

III. Stylus unicus. Fructus capſularis. Stamina petalorum dupla.

JUSSIÆA, L. * Onagra, Pl. T. * Calix longus cylindricus limbo 4-5-partito perſiſtente. Petala 4-5. Stamina 8-10; antheræ ovatæ aut oblongæ verſatiles. Stigma capitatum 4-5-ſtriatum. Capſula oblonga, cylindrica aut angulata, calice coronata, 4-5-locularis 4-5-valvis polyſperma, valvis medio ſeptiferis, receptaculo centrali ſeminifero. *Frutices aut ſæpiùs herbæ ; folia alterna ; flores ſolitarii axillares. Genus ab Œnotherâ diſcrepans limbo calicinis perſiſtente.*

ŒNOTHERA, L. * Onagra, T. * *Onagre.* Nachtkerze. Calix longus cylindricus apice deciduus cum limbo 4-partito. Petala 4. Stamina 8; antheræ oblongæ incumbentes. Stigma 4-fidum. Capſula longa cylindrica ſub4-gona 4-locularis 4-valvis polyſperma, valvis medio ſeptiferis, ſeminibus nudis numeroſis angulatis receptaculo centrali affixis. *Herbæ, quædam lignoſæ ; folia alterna ; flores ſolitarii axillares.*

EPILOBIUM, L. * Chamænerion, T. * *Neriette, Epilobe.* Schootenweiderich. Calix longus cylindricus, limbo 4-fido deciduo. Petala 4. Stamina 8, laterna breviora; antheræ ovatæ. Stigma 4-fidum. Capſula longa cylindrica 4-locularis 4-valvis polyſperma; ſemina pappoſa numeroſa, receptaculo longo centrali affixa; valvæ medio longitudinaliter ſeptiferæ. *Frutices aut ſæpiùs herbæ ; folia oppoſita aut alterna ; flores ſolitarii axillares aut ſpicati terminales, in ſpicis alterni 1-bracteati. Stamina in aliis recta, in aliis declinata. Epilobium hirſutum parvifl. v. Batſch. Anal. Fl. P. II. n. 30. p. 70-77.*

GAURA, L. * Calix longus cylindricus, apice deciduus cum limbo 4-partito. Petala 4. Stamina 8; antheræ oblongæ verſatiles. Stigma 5-lobum. Capſula ovata 4-gona ſtriata 1-locularis polyſperma, ſemine unico ſuperſtite, cæteris abortivis. *Herbæ ; folia alterna ; flores ſpicato-paniculati terminales, in ſpicis*

alterni. Glandulas 8 in G. bienni *memorat Linnæus ſummo calici adnatas ſub filamentis.*

CACOUCIA, Aubl. * Calix campanulatus, limbo dilatato 5-fido deciduo. Petala 5. Stamina 10, plurimum exſerta, antheris ovatis. Stigma 1. Capſula ſubbaccata 5-angula fuſiformis intùs pulpoſa 1-locularis 1-ſperma. *Frutex ſarmentoſus ſcandens; folia alterna, flores in ſpicâ terminali longâ alterni, baſi bracteati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 179. Hùc fortè referendus* Fructus 5-angulus *Petiv. Gaz. t. 37. f. 8.*

COMBRETUM, Loëfl. L. * Calix campanulatus, limbo 4-5-dentato deciduo. Petala 4-5 parva. Stamina 8-10 plurimùm exſerta, antheris oblongis. Stigma 1. Capſula oblonga, 4-5-angularis angulis alatis membranaceis 1-locularis 1-ſperma. *Frutices ſarmentoſi; folia oppoſita; flores ſpicati aut ſpicato-paniculati, terminales et axillares, ſpicis oppoſitis. Congener* Criſtaria *Sonner. Ind. 2. t. 140, ſeu* Pevræa *Commerſ., gallicè* Aigrette de Madagaſcar.

GUIERA. * *Guier du Sénégal.* Calix oblongus gracilis ſubcylindricus 4-dentatus. Petala 5 parva. Stamina 10 exſerta, alterna longiora; antheræ globoſæ. Stigma 1. Capſula oblonga anguſta, cylindraceo-5-gona, villoſiſſima villis longis, dentibus calicinis coronata, 1-locularis ſæpiùs 5-ſperma ſeminibus minimis filo pendulis. *Frutex; folia oppoſita punctata; flores in ramulis terminales, capitati ſeſſiles numeroſi ſuprà axim involucro communi 4-phyllo cinctum. Caracter ex D. Adanſ. & ex ſicco. An Myrtoïdeis affinior?*

IV. Stylus unicus. Fructus baccatus. *Genera Myrtoïdea, ſed definitè ſtaminifera.*

FUCHSIA, Plum * SKINNERA, Forſt. * DORVALLIA, Commerſ. * Calix infundibuliformis coloratus, limbo 4-fido deciduo. Petala 4, calici concolora. Stamina 8, non exſerta (more Rhizophoræ, geminatim petalis oppoſita?); antheræ ſubrotundæ. Stigma capitatum. Bacca 4-locularis polyſperma. *Caulis* Fuchſiæ *herbaceus ſimplex, foliis 3 verticillatis, floribus ſpicatis terminalibus. Flores 1-2 axillares longè pedunculati penduli, tùm in* Skinnerâ *arboreâ alternifoliâ, tùm in* Dorvalliâ *fruticosâ oppoſitifoliâ cui ſimillimum* Thilco *Feuil. Chil. t. 47, ſed 5-petalum 10-andrum.*

MOURIRIA, Aubl. * Calix urceolatus 5-dentatus baſi 2-ſquamoſus. Petala 5 baſi lata. Stamina 10 inæqualia; antheræ oblongæ. Stigma 1. Bacca calicis ſuprà coarctati dentibus coronata, globoſa 1-locularis 4-ſperma. *Arbor ramis nodoſis; folia ad nodos oppoſita; corymbi pauciflori axillares, pedunculis bracteolatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 180.*

OPHIRA, Burm. L * Calix... Petala 4 conniventia. Stamina 8, antheris ovatis. Stigma emarginatum. Bacca 1-ſocularis 2-ſperma. *Frutex nodoſus; folia ad nodos oppoſita; flores laterales ſeſſiles involucrati, involucro 2-valvi 3-floro perſiſtente. Caracter ex Linn. Affinis hinc Corno p. 214, indè Grubbiæ ad Empetrum p. 162 relatæ.*

BÆCKEA, Osb. L. * Calix turbinatus 5-dentatus. Petala 5. Stamina 8, quorum 6 paria & 2 ſolitaria breviſſima; antheræ ovatæ. Stigma 1. Capſula globoſa coronata, inter calicinos dentes 3-4-valvis, 3-4-locularis polyſperma valvis medio ſeptiferis, ſeminibus minutis paucis. *Frutex habitu Abrotani, ramulis oppoſitis; folia oppoſita linearia; flores ſolitarii axillares oppoſiti minimi Caracter ex Osbeck & Linn. Genus recognoſcendum.*

MEMECYLON, L. * Calix turbinatus, margine integro, fundo ſtriato. Petala 4. Stamina 8, filamentorum apice dilatato truncato, antheris lateri adnatis. Stigma 1. Bacca coronata calice... *Arbuſcula; folia oppoſita integerrima; flores capitati axillares, capitulis ſolitariis pedunculatis oppoſitis. Car. ex L Confer cum Melaleucâ.*

JAMBOLIFERA, L. * Calix 4-dentatus. Petala 4 baſi conniventia. Stamina 8, filamentis planis, antheris ovatis. Stigma 1. Fructus... *Arbor Myrto affinis; folia oppoſita integra; pedunculi multiflori axillares oppoſiti trichotomi, ſæpè fructibus caducis ſuperſtites in ramis infrà folia. Caracter ex Linnæo. An genus potiùs polyandrum & ad Myrtos depellendum?*

ESCALLONIA, LS. * Calix 5-dentatus perſiſtens. Petala 5 lingulata. Stamina 5. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Bacca ſubrotunda calice coronata, 2-locularis polyſperma ſeminibus numeroſis. *Frutex glaberrimus, in ramulis densè folioſus & 1-florus; folia alterna linguæformia; flos terminalis. Planta ſiccatione nigreſcens. Caracter ex L. Suppl.*

SIRIUM, L. * Calix urceolatus 4-fidus. Petala 4 minima (nectaria L.) ſquamiformia. Stamina 4, antheris oblongis. Stigma 3-fidum. Bacca coronata 3-locularis... *Arbor Myrti facie; folia oppoſita integra; flores thyrſoïdei axillares & terminales.*

SANTALUM, L *Santal.* Calix urceolatus margine 4-dentato. Petala 4; glandulæ 4, iiſdem alternæ. Stamina 4. Stigma 1. Bacca 1-ſperma. *Arbor aromatica; folia oppoſita; flores... Caracter ex Linnæo.*

V. Genera Onagris affinia, polyandra.

MENTZELIA, Pl. L. * Calix ſuperus cylindricus aſper, limbo 5-fido deciduo. Petala 5 majora, ſummo calici inſerta. Stamina circiter 30 ibidem inſerta, quorum 10 exteriora filamentis latioribus, cætera interiora ſubulata; antheræ ſubrotundæ.

Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma. 1. Capſula infera, cylindrica oblonga aſpera 1-locularis ſub6-ſperma, apice 3-valvis. *Herba aſpera; folia alterna; flores in ramulis 2-3 terminales.*

LOASA, Adanſ. Jacq. L. * ORTIGA, Fewill. * Calix ſuperus piloſus, limbo 5-fido perſiſtente. Petala 5 majora patentia, unguiculata, apice concavo cucullata; ſquamulæ 5 interiores, petalis alternæ & minores, ſub3-lobæ lobo medio intimo longiore, in conum conniventes & baſi intùs filamentis 2 ſterilibus inſtructæ. Stamina numeroſa 5-faſciculata, calici inſerta; faſciculi 15-17-andri ſquamulis alternantes & petalis oppoſiti; antheræ erectæ ſubrotundæ. Germen ſemiinferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula infera aut ſemiinfera, oblonga hirta, 1-locularis, apice 3-valvis & calicinis laciniis cincta, polyſperma; receptacula 3 ſeminifera, capſulæ parietibus affixa. *Herbæ, pleræque piloſo-prurientes more Urticæ; folia alterna aut rariùs oppoſita, ſimplicia interdùm pinnatifida; flores in ſummis ramulis axillares & terminales. Genus Mentzeliæ proximum, habitu & germinis ſeminumque ſitu quodammodò accedens Cucurbitaceis, ſed polypetalum.*

OBS. Inter Ficoïdeas polyandras polyſtylas & Myrtos polyandros monoſtylos mediæ procedunt Onagræ, utriſque conformes germine infero ſed definitè ſtaminiferæ & monoſtylæ, habitu ſimiles Campanulaceis ſed non monopetalæ nec lacteſcentes, ſimiles etiam Cucurbitaceis ſed non apetalæ nec diclines nec cirrhoſæ ac prorepentes. An Mentzelia & Loaſa rectè ordini conſociatæ licèt polyandræ; an his adjungenda Turnera licèt pentandra & triſtyla? An Montinia & Serpicula diclines hìnc non dimovendæ? An Trapa hùc revocanda? Onagris adjiciuntur baccata quædam genera plurimis caracteribus proxima, habitu veriùs Myrtoïdea non tamen polyandra, alterutri ordini ad libitum addenda aut in novum poſthàc erigenda, quibus fortè affines Cornus aut Rhizophora ratione numeri & ſitûs ſtaminum.

ORDO VII.

MYRTI, *LES MYRTES.*

CALIX monophyllus, urceolatus aut tubuloſus, ſuperus aut rarò ſemiſuperus, nudus aut baſi biſquamoſus. Petala definita, ſummo calici inſerta, ejuſdem laciniis numero æqualia & alterna. Stamina indefinita, ibidem ſub petalis inſerta; antheræ parvæ ſubrotundæ arcuatæ, apicem filamentorum dilatatum marginantes. Germen ſimplex inferum aut rarò ſemiinferum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex aut rariùs diviſum. Fructus baccatus drupaceuſve aut quandoque capſularis, inferus aut rarò ſemiinferus, uni aut multilocularis loculis mono aut polyſpermis. Corculum abſque periſpermo, rectum aut incurvum. Caulis arboreſcens aut fruteſcens, ramis ſæpiùs oppoſitis. Folia ſæpiùs oppoſita & ſimplicia, rarò alterna, in plurimis punctata.

I. Flores in foliorum axillis aut in pedunculis multifloris oppoſiti. *Folia plerumque oppoſita & punctata.*

ALANGIUM, Lamark. * *Angolan.* Calix 6-10-dentatus. Petala 6-10 linearia. Stamina 10-12. Bacca calicinis dentibus coronata, ſphæricea carnoſa ſubcoriacea, 1-locularis 1-3-ſperma ſeminibus pulpâ involutis. *Arbores faſtigiatæ ramulis alternis & interdùm apice ſpinuloſo pungentibus; folia alterna non punctata; flores 1-3 axillares. Caracter ex D. Lamark Dict. An genus rectè diſpoſitum? an Myrtoïdeis præcedentibus affine?*

DODECAS, LS. * Calix turbinatus 4-fidus, baſi 2-bracteatus. Petala 4. Stamina 12 brevia. Capſula ſemiinfera 1-locularis polyſperma, inter perſiſtentes calicis lacinias ultrà producta apice denudato 4-valvi; ſemina numeroſa minuta. *Frutex; folia oppoſita; flores ſolitarii axillares. Habitus Lycii, aut Juſſiææ. Caracter ex L. Suppl. An Salicariis affinior?*

MELALEUCA, L. * Calix turbinatus, limbo 5-fido deciduo. Petala 5-parva. Stamina 30-35, filamentis baſi connatis in 5 faſciculos ſenarios aut ſeptenarios; antheræ oblongæ incumbentes. Capſula ſemiinfera, calice baccato urceolato ſemiveſtita, 3-locularis apice 3-valvis loculis polyſpermis. *Arbor; folia alterna integerrima ſubavenia; pedunculi breves multiflori, ramulis inſidentes infrà folia. Caracter ex Linnæo.*

LEPTOSPERMUM, Forſt. * Calix & petala Melaleucæ. Stamina numeroſa diſtincta; antheræ ovatæ incumbentes. Capſula turbinata ſemiinfera, calicis margine umbilicata, 3-locularis ſuprà 3-valvis, polyſperma ſeminibus minutis. *Arbores aut frutices; folia oppoſita aut alterna, nunc ſubavenia nunc tri aut multinervia; pedunculi uni aut multiflori, terminales aut axillares aut infrà folia. Caracter ex Forſt. & ex Linn. Suppl. Genus ex utroque congener Melaleucæ ſed non polyadelphum: an uniendа duo genera, poſthabitâ polyadelphiâ?*

GUAPURIUM. * *Guapuru du Pérou.* Calix 4-fidus. Petala 4. Stamina numeroſa, antheris ſubrotundis. Bacca ſphæricea, calicis limbo umbilicata, intùs pulpoſa & 2-4-ſperma. *Arbuſcula; folia ramorum decidua, ramulorum oppoſita ſimplicia punctato-pellucida, 3-6-juga & indè quaſi abruptè-pinnata; flores ex rimoſo ramorum nudorum cortice faſciculatim erumpentes. Caracter ex ſicco & ex Joſ. Juſſæo. Habitus Pliniæ, ſed germen non ſuperum.*

PSIDIUM, L. * GUAIAVA, T. * *Goyavier.* Calix 4-5-fidus, extus baſi 2-ſquamuloſus. Petala 4-5. Stamina numeroſa. Bacca ovalis calicino limbo coarctato coronata, 4-5-locularis polyſperma, ſeminibus numeroſis pulpâ involutis. *Arbores ramulis 4-gonis; flores ſolitarii axillares pedunculati; fructus eſculentus. An verè congener ſpecies foliis 3-nerviis quæ* Arbor Sinenſis... *Pluk. t. 272 f. 1? Hùc retulit Linnæus fil. Suppl.* Decaſpermum *Forſt. t 37, diſtinctum tamen fructu 10-loculari 10-ſpermo.*

MYRTUS, T. L. * *Myrte.* Calix 5-fidus. Petala 5. Stamina numeroſa. Bacca calice umbilicata 2-3-locularis, loculis 1-5-ſpermis. *Arbuſculæ aut frutices; flores nunc ſolitarii baſi 2-ſquamoſi axillares, nunc oppoſitè corymboſi aut paniculati axillares terminaleſve, quidam 4-petali calice 4-fido, quidam calice indiviſo. Folia in pauciſſimis interdùm quædam alterna. An genus dividendum ratione loculorum baccæ & ſitûs florum? Bacca* M. communis *in axillis florifera polyſperma 3-locularis, 2-locularis 2-ſperma in* M. caryophyllatâ *&* M. Pimentâ *utrâque ad ramulorum apices oppoſitè multiflorâ: præterea calix* M. Pimentæ *baſi 4-ſquamuloſus.*

EUGENIA, Mich. L. * Calix 4-fidus. Petala 4. Stamina numeroſa. Bacca pyriformis aut ſphæricea, calicinis laciniis patentibus coronata, 1-locularis 1-ſperma, rariùs 2-3-ſperma. *Arbores aut frutices; pedunculi axillares aut terminales, 1-flori aut*

trichotomè multiflori. Congeneres arbuſculæ & frutices Commerſoniani Bois de Neffle & Bois Jacot *Borbonienſibus dicti quibus flores ſolitarii axillares ſub calice 2-ſquamoſi & drupa 1-2-ſperma meſpiliformis, undè nomen. Congener etiam Eugeniæ aut Myrti* Adelia *Brown. Jam. t. 36. f. 3.* E. acutangula & E. racemoſa L., *utraque alternifolia & racemoſo-multiflora, ad Butonicam & Stravadium infrà relatæ.*

CARYOPHYLLUS, Cluſ. T. L. * *Giroflier.* Calix oblongus infundibuliformis, limbo 4-fido. Petala 4. Stamina numeroſa. Drupa ſicca ovata, calicinis laciniis conniventibus coronata, 1-ſperma. *Arbuſculæ; flores trichotomè & alternatìm corymboſi terminales, articulis & pedicellis baſi 2-ſquamuloſis. Calix antè floreſcentiam excerptus, inter condimenta aromatica inſignis. Species quædam aut varietates ſpiculis trichotomè corymboſis ex Rumphio.*

DECUMARIA, Willich. L. * Calix 8-10-fidus laciniis coloratis reflexis. Petala 8-10. Stamina 16-25. Stigma 10-lobum. Fructus... 10-locularis 10-ſpermus. *Arbor; panicula corymboſa terminalis; flores tiliacei. Caracter ex Linnæo.*

PUNICA, T. L. * *Grenadier.* Granatbaum. Calix turbinatus coriaceus 5-6-fidus coloratus. Petala 5-6. Stamina numeroſa. Pomum magnum ſphæriceum, limbo calicino coronatum, cortice coriaceo, 9-loculare, loculis 5 ſuperioribus & 4 inferioribus ſepto tranſverſo ab invicem diſtinctis polyſpermis; ſemina numeroſa angulata, arillo pulpoſo involuta. *Arbuſculæ aut frutices ramulis axillaribus ſub 4-gonis apice ſpinoſo pungentibus; interdùm ſpinæ ſimplices axillares; folia oppoſita, rariùs verticillata aut alterna; flores 2-5, in ramulis conferti terminales ſubſeſſiles.*

PHILADELPHUS, L. * SYRINGA, T. * *Syringa.* Pfeifenſtrauch. Calix turbinatus 4-fidus. Petala 4. Stamina circiter 20. Stigma 4-fidum. Capſula ovata ſemiinfera 4-locularis 4-valvis polyſperma ſeminibus minutis. *Frutices aut arbuſculæ; folia oppoſita non punctata; flores terminales corymboſi aut oppoſitè ſubſpicati, ſinguli bracteolati, interdùm 5-petali cum fructu 5-loculari.* P. coronarii *ſtylus matureſcente fructu 4-partitus. Melaleucæ congener ex L. Suppl. frutex dictus* Philadelphus aromaticus HRP. *alternifolius 5-petalus ſtigmate unico.*

SONNERATIA, LS. Lamark. * *Pagapate.* Calix coriaceus urceolatus 6-fidus perſiſtens. Petala 6 patentia. Stamina numeroſa. Germen ſemiinferum. Bacca ſemiinfera magna globoſa, calici perſiſtenti & patulo inſidens quaſi ſupera, Aurantii inſtar multilocularis (24-26) loculis intùs utriculoſis ſucco acido turgidis polyſpermis; ſemina pauca, cartilaginea. *Arbuſcula ramis 4-gonis; flores in ramulis ſubſolitarii terminales magni. Hùc referantur* Mangium caſeolare *Rumph. 3. t. 74 &* Pagapate *Sonner. Guin. t. 10-11. &* Blatti *Rheed. Mal. 3. t. 40.*

Lamark Dict. 1. p. 429 & Bagatpat *Camell. ic. 33. Raï. hiſt. 3. Luz.* p. 83.

FÆTIDIA, Commerſ. Lamark. * Calix turbinatus 4-fidus. Petala. Stamina numeroſa, antheris minimis. Stylus 1; ſtigma 4-fidum. Capſula lignoſa, apice truncata 4-angularis plana, laciniis calicinis marginata coriaceis revolutis, intùs 4-locularis loculis 1-2-ſpermis. *Arbuſcula Myrtoïdea, licèt forsàn apetala; folia conferta terminalia, ſubenervia, centrali juniore in cornu convoluto; flores inter folia ſolitarii axillares pedunculati.* Bois puant *Borbonienſium. Caracter ex ſicco & ex Commerſic. An affinis Pirigaræ?*

CATINGA, Aubl. * Calix 4-fidus. Petala... Stamina numeroſa. Stigma... Drupa Aurantii aut Citri æmula, calicino limbo minimo coronata, cortice craſſo veſiculis oleiferis obtecto, intùs fibroſa, fœta teſtâ fragili 1-ſpermâ; ſemen magnum. *Arbores; folia oppoſita aut interdùm alterna; fructus plurimi axillares; flores nondùm obſervati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 203.*

EUCALYPTUS, L'Herit. * Calix truncatus integer. Petalum 1. calyptræforme caducum. Stamina numeroſa. Germen inferum; Stylus 1. Capſula ſub 4-locularis apice dehiſcens polyſperma. Caracter ex D. L'Herit. ſert. angl.

II. Flores in racemis alterni. *Folia ſæpiùs alterna & non punctata.*

BUTONICA, Rumph. 3. t. 114. Lamark. * BARRINGTONIA, Forſt. LS. * MAMMEA, L. * COMMERSONIA, Sonner. Guin. t. 8-9. *Butonic.* Calix maximus 4-gonus pyramidatus, limbo coriaceo 2-partito perſiſtente. Petala 4 magna coriacea. Stamina numeroſa, filamentis baſi in cylindrum coalitis. Stylus è medio cylindro longiſſimus perſiſtens. Drupa ſicca magna, 4-angularis pyramidata, intùs ligneo-carnoſa, fœta nuce fibroſâ 4-gonâ 1-ſpermâ, loculis & ſeminibus 3 abortivis. *Arbor maritima; folia confertìm oppoſita, ſumma verticillata coriacea integerrima; flores ſæpè in thyrſum terminalem ternatìm diſpoſiti, pedicellis 1-bracteatis. Hujus congener ex D. Lamark* Samſtravadi *Rheed. Mal. 4. t. 6, ad* Eugeniam racemoſam L. *relatum, cui calix pariter 2-fidus & ſtamina baſi monadelpha & fructus 4-gonus 1-ſpermus & folia conferta, & prætereà flores racemoſi terminales in racemo alterni.*

STRAVADIUM. * EUGENIA, L. * Calix apice 4-fidus. Petala 4. Stamina numeroſa. Fructus drupaceus oblongus ſub 4-gonus, calicino limbo parvo coronatus, intùs 1-ſpermus. *Arbores; folia conferta terminalia; flores racemoſi terminales, in racemo alterni. Hùc referantur* Butonica alba *Rumph. 3. t. 116* Eugeniæ racemoſæ L. *adjecta, &* Eugenia acutangula L. *ſeu*

Tsjeria-Samſtravadi *Rheed*, *4. t. 7*, & Balingaſan *Camell. ic. 38. Rai. hiſt. 3. Luz. p. 61.*

PIRIGARA, Aubl. * GUSTAVIA, LS. * Calix turbinatus, limbo 4-6-lobo, baſi extùs 2-ſquamoſus. Petala 4-6. Stamina numeroſa filamentis brevibus, baſi in campanam à ſtylo diſtantem coalitis *ex LS.* Stylus brevis; ſtigma 4-lobum. Capſula coriacea pomiformis, ſuprà calicino veſtigio latiùs umbilicata, 4-locularis, aut 6-locularis *ex LS.*, loculis 6-7-ſpermis; ſemina fabæformia receptaculo centrali annexa ope funiculi appendiciformis incraſſati. *Arbores ligno fœtido*, Bois puant *Guyanenſium*; *folia alterna magna*; *pedunculi multiflori terminales*, *floribus alternis magnis Lilium ſpirantibus. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 192-193 & ex L. Suppl.*

COUROUPITA, Aubl. * Calix, corolla, urceolus, ſtamina, germen, ſtylus & ſtigma ut in Lecythi ſubſequente. Capſula maxima globoſa, lignoſa tenuis, ſemiinfera, calicino veſtigio circulari cincta, non dehiſcens nec operculata, includens alteram capſulam ſeu nucem conformem magnam pulpâ involutam 6-locularem, ſeptis membranaceis (fructu matureſcente evanidis) loculos diſtinguentibus intùs pulpoſos & polyſpermos; ſemina numeroſa, in pulpâ nidulantia. *Arbor*; *folia in ramulis alterna magna*; *flores in trunco & ramis nudis ſpicati*, *in ſpicis alterni magni*, *ſuave odori*, *pedicellis baſi 1-bracteolatis & ſub calice 2-ſquamoſis*; *fructus magnus*, Boulet de Canon *à formâ dictus. Hujus emiſſo per foramina arte facta ſucco pulpoſo inter utramque capſulam contento*, *interior libera volvitur in exteriore. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 282.*

LECYTHIS, Loëfl. L. Aubl. * *Quatelé.* Calix ſemiſuperus, apice 6-lobus æqualis lobis deciduis. Petala 6, calici inſerta ſub diviſuris & urceolo adnata, coriacea concava. Urceolus in flore centralis (nectarium L.), ſub petalis calici inſertus, medio perforatus pro trajiciente germinis ſtylo, corollæformis coriaceus margine integer, intùs veſtitus ſtaminibus numeroſis ſubſeſſilibus, hinc productus in ligulam lateralem membranaceam bilamellatam, longam & latam, numeroſis in apice incraſſato papillis aut lamellis imbricatis onuſtam, à baſi inflexam & in urceolum pronam papillis & antheris tunc promiſcuis. Germen ſemiinferum, deſinens in ſtylum conicum; ſtigma obtuſum. Capſula lignoſa, 4-locularis aut rariùs 2-6-locularis, formâ & mole & denſitate varia, ſemiinfera extantibus ad ambitum calicis veſtigiis, ollæ inſtar apice circumſciſſa & operculata, operculo infrà producto in receptaculum centrale anguloſum & capſulæ diſſepimentis adjectum; ſemina in quolibet loculo ſolitaria aut pauca, receptaculo inſerta, angulata, arillo membranaceo tecta. *Arbores aut frutices*; *folia alterna*; *flores ſpicati terminales & ramulis axillares*, *in ſpicis*

alterni, pedicellis baſi 1-bracteatis & ſub calice ſæpè 2-ſquamoſis. Caracter ex Linn. & ex Aubl. Guyan. t. 283-289 & ex floribus fructibuſque ſiccis. Peculiaris in Lecythi urceolus non limbo ſtaminifer ut in Pirigarâ & Butonicâ, ſed antheris intùs obtectus & latere ligulatus: an indè genus à præcedentibus diverſiſſimum? An huic adjicienda Couratari *Aubl. t. 290, cui ex Aubletio capſula longior ſubcylindrica 3-gona minùs craſſa, receptaculum operculo continuum craſſum longum 3-gonum, ſemina 3 oblonga alâ foliaceâ cincta, caulis arboreſcens, folia alterna, flores nondùm obſervati? An potiùs Couratari eadem cum Penar-valli Rheed. 8. t. 47-49 & Zanoniâ L., ideòque Cucurbitaceis affinior?*

Obs. Germen Onagris & Melaſtomis definitè ſtaminiferis ſimplex inferum & monoſtylum, idem omninò in Myrtis indè ſimilibus ſed indefinito ſtaminum numero diverſis. An tamen genera inter Onagras Myrtoïdea à veris Myrtis certò dimovenda utpotè vix decandra; an potiùs iiſdem conſocianda, evanido tunc polyandriæ caractere generali cui ſubrogetur alter ex habitu & corculi formâ & ſtigmate ſimplici aut diviſo deſumptus Onagras ſecernens à Myrtis. Utcumque ſe res habeat, Onagræ Myrtos attingunt mediantibus Myrtoïdeis alterutri adjunctis ordini aut ſeorsìm ordinandis. Rectè etiam Myrtis accedunt genera alternifolia foliis non punctatis, prætereà ſimilia nec aptiùs alibi reponenda, quæ ſtylo ſimplici non laterali & majore ſtaminum copiâ & ſtipularum defectu diſcrepant à Roſaceis nonnullis infrà memorandis, pariter polyandris & intrà calicem germiniferis & alternifoliis.

ORDO VIII.

MELASTOMÆ, *LES MELASTOMES.*

CALIX monophyllus tubuloſus, ſuperus aut inferus, unicus aut ſquamis cinctus. Petala plura definita, ſummo calici inſerta, ejuſdem laciniis numero æqualia & alterna. Stamina ibidem inſerta, definita, petalorum dupla; filamentorum apex ſub antheris ſæpiùs biſetoſus aut biauriculatus; antheræ longæ apice roſtratæ, baſi

ſummis infixæ filamentis, primò iiſdem intròflexis nutantes, deìn erectis aſſurgentes. Germen nunc ſuperum calice tectum, nunc inferum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex. Fructus baccatus aut capſularis, modò ſuperus calice ſuprà coarctato tectus, modò inferus eidem calici adnato ſuccreſcens, multilocularis loculis polyſpermis. Corculum abſque periſpermo? Caulis ſubarboreſcens aut fruteſcens aut rariùs herbaceus. Folia oppoſita ſimplicia, tri aut multinervia nervis longitudinalibus. Flores oppoſiti, axillares aut terminales, pedunculis uni aut multifloris.

I. Germen inferum.

BLAKEA, Brown. L. Calix limbo integro 6-angulari, baſi cinctus 6 ſquamis trino ordine oppoſitis. Petala 6 æqualia. Stamina 12, filamentis erectis, antheris magnis in annulum concatenatis. Germen margine calicino coronatum. Capſula 6-locularis. *Arbuſculæ aut frutices; flores axillares ſubſolitarii. Caracter ex Brown. & Linn. Huic affinis & minùs congener* Blakea *Aubl. Guyan. t. 210, cui calicis limbus 5-lobus caducus, petala 8-9 unguiculata & hìnc baſi appendiculata, ſtamina 16-18, filamenta brevia apice dilatata, antheræ ovatæ filamentis intùs adnatæ in annulum conniventes, ſtigma peltatum ſtriatum, bacca turbinata truncata calice integro ſuprà marginata, 8-9-locularis intùs pulpoſa, cætera ſimilia. Utriuſque examinanda in vivis ſtamina, & poſthàc genus unicum aut duplex ad Myrtos fortè repellendum.*

MELASTOMA, Burm. L. * GROSSULARIA, Pl. T. * *Mélaſtome.* Calix 5-fidus aut 5-dentatus, aut ſubinteger. Petala 5. Stamina 10. Bacca 5-locularis. *Arbuſculæ aut frutices; flores oppoſitè corymboſi aut paniculati aut ſpicati, axillares & terminales, interdùm 4-petali 8-andri cum fructu 4-loculari. Calix in plurimis ſuprà fructum coarctatus & ultrà prominens, in paucioribus fructui truncato æqualis non coarctatus. Petala quibuſdam hinc appendiculata. Germen ex Linnæo obvolutum calice, ex Jacquinio ſubinferum, ex Aubletio nunc inferum nunc ſuperum. Aubletius inſuper ſpecies memorat alias fructu 3-loculari, alias 2-loculari, quaſdam fructu capſulari in valvas ſciſſili, quaſdam calice extùs 2-bracteato, quaſdam caule herbaceo Rhexiæ magìs affines, unam ſtaminibus 5 ſterilibus, unam calice 10-dentato. Genus ergò in vivis denuò examinandum, & in plura fortè diſtribuendum, aucto ſpecierum numero. Hùc intereà referatur* Fothergilla *Aubl. Guyan. t. 175, cui calix*

ſubinteger vix 5-dentatus, extùs 2-bracteatus, antheræ baſi glanduloſæ, germen inferum, ſtigma peltatum, bacca exſucca piſiformis coronata 3-locularis, cætera ſimilia.

TRISTEMMA. * Calix limbo 5-fidus, extùs propè limbum duplici coronâ membranaceo-ciliatâ auctus. Petala 5 unguiculata. Stamina 10. Germen ſemiinferum. Bacca ovata compreſſa ſubangulata, apice tantùm libera ſed tecta & coronata, 5-locularis intùs pulpoſa. *Herba Mauritiana* (Melaſtoma viruſana *Commerſ.*) *caulibus 4-gonis; flores capitati, foliis ſuperioribus axillares; capitula imbricatìm bracteata bracteis ſingulis 1-floris, exterioribus majoribus, baccæ à vicinarum contactu compreſſæ, edules, antiſiphiliticæ. Caracter ex Commerſ. & ex ſicco. Nomen à triplici fructûs coronâ perſiſtente.*

II. Germen ſuperum.

TOPOBEA, Aubl. * Calix baſi ventricoſus & ſquamis 4 cruciatìm imbricatis cinctus, medio coarctatus, limbo campanulatus ſubinteger vix 6-dentatus. Petala 6 inæqualia. Stamina 12, filamentis & antheris erectis in cylindrum ſubcoalitis. Germen imo calice cinctum; ſtylus ſtaminum cylindro longior & ultrà incurvus; ſtigma 6-gonum. Bacca imo calice carnoſo obvoluta 6-locularis. *Frutex arborum paraſiticus, ſarmentoſus ſarmentis 4-gonis; flores plures pedunculati axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 189.*

TIBOUCHINA, Aubl. * Calix ſuperficie ſquamuloſâ, limbo 5-fidus, baſi cinctus ſquamis 4-6 imbricatis & cruciatìm oppoſitis. Petala 5. Stamina 10; antheræ baſi 2-cornes. Capſula 5-locularis 5-valvis calice obvoluta. *Frutex caulibus 4-gonis; flores ſolitarii axillares aut corymboſi terminales pedunculis 1-3-floris. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 177.*

MAYETA, Aubl. * Calix hirſutus limbo 5-fidus, extùs 5-ſquamoſus. Petala 5 ſubrotunda. Stamina 10; antheræ baſi 2-cornes, apice membranaceæ. Stylus brevis. Bacca calice carnoſo obvoluta coronata 5-locularis. *Frutex caulibus 4-gonis nodoſis; folia ad nodos oppoſita, inæqualia uno majore; flores axillares ſubſeſſiles ſolitarii. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 176.*

TOCOCA, Aubl. * Calix limbo 5-fido ad margines piloſo. Petala 5 ſubrotunda. Stamina 10. Stylus brevis; ſtigma latius peltatum. Bacca calice carnoſo ſuprà coarctato obvoluta, quaſi infera, coronata 3-locularis. *Frutex caulibus 4-gonis; folia petiolo utrinque veſiculoſo; flores verticillato-ſpicati terminales, pedunculis oppoſitis brevibus ſub3-floris, quidam 6-petali 12-andri. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 175.*

OSBECKIA, L. * Calix limbo 4-partito, ſquamulis ciliatis in-

terjectis. Petala 4. Stamina 8; antheræ roſtro filiformi longo. Germen infrà calici adnatum, ſuprà terminatum ſquamis ciliatis. Capſula veſtita calicis tubo truncato, 4-locularis. *Herba ?... caule 4-gono; flores aliquot terminales ſeſſiles, cincti 4 foliis flore longioribus. Caracter ex Linnæo.*

RHEXIA, Gron. L. * Calix 4-fidus, Petala 4. Stamina 8, antheris declinatis. Capſula calice infrà ventricoſo tecta 4-locularis 4-valvis. *Herbæ caule 4-gono, quædam ſublignoſæ; flores terminales & axillares pedunculati.* R. Acisanthera L. *infrà Salicariis adjicitur, reſtituto* Aciſantheræ *generico nomine Brownæano.*

Obs. Melaſtomæ inter Myrtos & Salicarias mediæ & utriſque affines calice tubuloſo ad limbum ſtaminifero & corollifero, obtegente germen in aliis inferum more Myrtoïdeo, in aliis ſuperum tectum ut in Salicariis. Ab utroque diſcrepant ordine filamentis ſtaminum biſetoſis & antheris longis apice roſtratis, numero earumdem definito Salicariis propiùs accedentes & à Myrtis diſtantiores.

ORDO IX.

SALICARIÆ, *LES SALICAIRES.*

Calix tubuloſus aut urceolatus. Petala definita, ſummo calici inſerta & ejuſdem diviſuris alterna, interdùm nulla. Stamina definita (indefinita in Lagerſtromiâ & Munchauſiâ), petalis numero æqualia aut dupla, medio calici inſerta; antheræ parvæ. Germen ſimplex ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma ſæpè capitatum. Capſula calice cincta, uni aut multilocularis, polyſperma ſeminibus receptaculo centrali affixis. Corculum abſque periſpermo. Caulis fruteſcens aut herbaceus. Folia oppoſita aut alterna. Flores axillares aut terminales.

I. Flores polypetali.

LAGERSTROMIA, L. * Calix campanulatus 6-fidus. Petala 6 undulata, ungue filiformi. Stamina plurima, quorum 6 exteriora longiora; antheræ orbiculatæ. Fructus... *Caracter ex Linnæo. Frutex ramis 4-gonis; folia (Punicæ) inferiora oppoſita, ſuperiora alterna quibus axillares pedunculi multiflori in paniculam terminalem diſpoſiti. An Munchauſiæ congener?*

MUNCHAUSIA, L. Murr. * Calix turbinatus 6 fidus perſiſtens, extùs toruloſus. Petala 6 undulata, ungue filiformi. Stamina plurima, in ſex faſciculos 4-5-andros collecta aut connata; antheræ reniformes. Capſula ovata, ſtylo acuminata, infrà calice cincta, 6 locularis 6-valvis valvis medio ſeptiferis, polyſperma ſeminibus planis alatis receptaculo centrali affixis. *Arbuſculæ; folia alterna magna; flores racemoſo-paniculati terminales. Caracter ex Linnæo & ex fructu ſicco. Hùc referendæ* Adamboë *Rheed. Mal. 4. t. 20-22,* & Banava *Camell. ic. 42. Rai hiſt. 3. Luz. p. 80.*

PEMPHIS, Forſt. t. 34. * LYTHRUM, LS. * Calix turbinatus, ſulcatus, limbo 12-dentato, dentibus alternis minoribus. Petala 6. Stamina 12, alterna paulò breviora; antheræ incumbentes. Capſula ſubſphæricea, ſtylo acuminata, 1-locularis baſi circumſciſſa, polyſperma ſeminibus angulatis receptaculo centrali dentato & parùm prominulo inſertis. *Frutex canus; folia oppoſita; flores ſolitarii axillares pedicellis baſi 2-bracteatis.*

GINORIA, Jacq. L. * Calix urceolatus 6-fidus coloratus. Petala 6 longiora unguiculata. Stamina 12; antheræ reniformes. Capſula ſphæroïdea ſtylo acuminata 4-ſulca 1-locularis 4-valvis polyſperma, receptaculo ſeminifero magno ſubrotundo. *Frutex elegans; folia oppoſita; pedunculi 1-flori axillares & terminales. Caracter ex Jacq. Amer.*

GRISLEA, Loëfl. L. * Calix tubuloſo-campanulatus 4-dentatus coloratus perſiſtens. Petala 4 minutiſſima. Stamina 8 longiſſima aſcendentia; antheræ ſubrotundæ. Capſula globoſa ſubſtipitata, calice brevior 1-locularis polyſperma receptaculo magno. *Frutex ramis parallelis vimineis; folia diſticha; flores in corymbis axillaribus confertis oppoſitis ſecundi, ſurſùm flexi. Caracter ex Loëfl.*

LAUSONIA, L * Calix 4-fidus. Petala 4. Stamina 8, geminatìm petalis oppoſita *ex Linn.* Capſula calici patulo perſiſtenti inſidens, globoſa ſtylo acuminata, 4-locularis polyſperma ſeminibus angulatis receptaculo centrali annexis. *Frutices aut arbuſculæ Liguſtri faciè, ramulorum apice ſpinoſo aut inermi; folia oppoſita; flores paniculati ſupràaxillares & terminales. Hinc eliminanda* Poutaletsje *Rheed. Mal. 4. t. 57 monopetala 4-andra.*

germine infero, affinior Peteſiæ. An generi rectè adjecit Linnæus fil. Suppl. Acronychiam *Forſt. t. 27 diſtinctam calice minimo 4-partito, petalis apice inflexis (fortè hypogynis?), diſco germinis tumido 8-ſulcato, ſtigmate ſubbilobo, loculis 1-ſpermis?*

CRENEA, Aubl. * Calix urceolatus 4-fidus. Petala 4. Stamina 14. Capſula parva, calice infrà obvoluta, acuminata 5-locularis polyſperma ſeminibus minutis. *Herba multicaulis; caules 4-goni alati; folia oppoſita; pedunculi 1-2 axillares, 2-3-flori floribus minimis, pedicellis baſi 1-bracteolatis & medio 2-ſquamoſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 209.*

LYTHRUM, L. * SALICARIA, T. * *Salicaire.* Particke. Calix cylindricus ſtriatus 12-dentatus, denticulis alternis minoribus aut interdùm nullis. Petala 6. Stamina 12 filiformia duplici ordine, ſuperiora breviora; antheræ aſſurgentes. Capſula oblonga tecta 2-locularis polyſperma. *Herbæ, excepto* L. fruticoſo *fortè diſſimili; folia alterna aut ſæpiùs oppoſita aut ſubverticillata; flores ſæpè verticillato-ſpicati terminales aut verticillati axillares, interdùm axillares ſubſolitarii 6-andri, aut in* L. Thymifoliâ *ſeu* Pentagloſſo *Forsk. 2-andri 4-petali calice 4-dentato. An verè congener* L. triflorum LS. (Neſæa *Commerſ.*) *herbaceum foliis oppoſitis, pedunculis oppoſitis axillaribus 3-floris, 4-5-petalum 8-10-andrum, calice ventricoſo 8 10-dentato, fructu 2-loculari? Species quædam aliæ Linnæanæ infrà generibus propriis reſtituuntur.*

ACISANTHERA, Brown. * RHEXIA, L. * Calix ventricoſus 5-fidus. Petala 5. Stamina 10, antheris ſagittatis verſatilibus. Capſula calice tecta & coronata, ſubrotunda 2-locularis 2-placentaris polyſperma. *Herba; folia oppoſita; flores alternè axillares ſolitarii. A Rhexiâ diſcrepat numero partium & loculorum, antheris non conformibus, foliis non ſimiliter nervoſis, florum ſitu.*

PARSONSIA, Brown. * LYTHRUM, L. * Calix ſubventricoſus ſtriatus 6-denticulatus. Petala 6. Stamina 6 brevia non exſerta. Capſula parva membranacea calice tecta, unilocularis 2-6-ſperma receptaculo centrali. *Herba; folia oppoſita; flores alternè axillares ſolitarii. Hùc referatur* Lythrum Parſonſia L. *An congener etiam* Melanium *Brown. ſeu* Lythrum Melanium L. *8-9-andrum & prætereà ſimillimum?*

CUPHEA, Brown. Jacq. * LYTHRUM, LS. * Calix tubuloſus 12-ſtriatus 6-dentatus dente ſuperiore latiore. Petala 6 inæqualia, 2 ſuperiora majora. Stamina 12 inſertione inæqualia, nempè hìnc 8 coordinata & conformia, indè 4 minora gemino ordine diſpoſita quorum 2 ſuperiora villoſa; antheræ ſubrotundæ. Capſula oblonga 1-locularis calice tecta, cum ipſo ſimul hìnc fiſſa & tunc cymbiformis; receptaculum centrale è mediâ per rimam erumpens flexum, circiter 5-ſpermum ſeminibus lentiformibus quaſi ſpicato-ſecundis. *Herba*

undique

undique viſcoſiſſima; *folia oppoſita, axillis inferioribus ſæpiùs alternè ramiferis, ſuperioribus ſubi-floris.*

II. Flores ſæpè apetali.

ISNARDIA, L. * Calix campanulatus 4-fidus. Petala o. Stamina 4. Capſula imo calice cincta, 4-gona 4-locularis polyſperma. *Herba paludoſa repens; folia oppoſita; flores minimi axillares oppoſiti ſeſſiles. Habitus Peplidis.*

AMMANNIA, Houſt. L. * Calix campanulatus ſtriatus 8-dentatus. Petala 4, interdùm o. Stamina 4, antheris didymis. Capſula calice tecta 4-locularis polyſperma. *Herbæ aquaticæ; folia oppoſita*; *flores plures axillares ſeſſiles minimi, oppoſiti & quaſi verticillati. Calix* A. bacciferæ, *ſeu* Corneliæ *Ard. 4-dentatus capſulâ brevior.*

GLAUX, T. L. * Calix campanulatus coloratus 5-lobus lobis revolutis. Petala o. Stamina 5, antheris ſubrotundis. Capſula calice cincta, globoſa 1-locularis 5-valvis 5-ſperma, receptaculo globoſo ſeminibus excavato. *Herba maritima repens; folia oppoſita*; *flores minimi axillares ſubſolitarii ſeſſiles. An congener* Brami *Rheed. Mal. 10. t. 14, licèt 5-petala?*

PEPLIS, L. * GLAUX, T. * Calix campanulatus 12-fidus laciniis alternis reflexis. Petala 6, interdùm abortiva. Stamina 6 brevia; antheræ ſubrotundæ. Capſula calice tecta 2-locularis polyſperma diſſepimento utrinque ſeminifero. *Herba paluſtris repens; folia oppoſita; flores minimi axillares ſolitarii oppoſiti.* P. tetrandra *Jacq. L. 1-petala 4-andra germine infero, ſtigmate duplici, capſulâ 2-loculari polyſpermâ 2-valvi, ſtipulâ foliis intermediâ: affinior ergò Rubiaceis & proxima Oldenlandiæ aut Gomoziæ, diſtinguenda tamen calice 8-dentato.*

Obs. Salicariæ ordinibus conterminis affines calice tubuloſo aut urceolari, ſuprà corollifero & ſubtùs ſtaminifero. Illas germen ſuperum ſecernit ab Onagris, à Myrtis prætereà polyandris & à Pomaceis ſubſequentibus inſuper polyſtylis. Similes Melaſtomis nonnullis fructu tecto non infero, diverſam antherarum ſtructuram exhibent. An rectè diſpoſitæ inter Melaſtomas & Pomaceas? An propiùs adjiciendæ Onagris dùm polypetalæ, aut Portulaceis dùm apetalæ? An genera apetala polypetalis verè affinia utpotè in eodem puncto ſtaminifera & monoſtyla & pariter receptaculo centrali inſtructa? An indè potiùs addenda Portulaceis?

ORDO X.

ROSACEÆ, *LES ROSACÉES.*

Calix ſuperus tubuloſus, aut inferus urceolaris rotatusve, limbo ſæpiùs diviſo, plerumque perſiſtens. Petala definita, ſæpiùs quinque, ſummo calici inſerta & eidem alterna, aut quandoque nulla. Stamina indefinita aut rariùs definita, ibidem inſerta ſub petalis; antheræ ſæpè ſubrotundæ. Germen nunc ſimplex inferum ſtylo & ſtigmate ſæpiùs multiplici, nunc ſuperum ſimplex monoſtylum aut multiplex polyſtylum; ſtyli ſemper laterales ſeu ex germinum latere erumpentes. Structura fructûs varia: in aliis pomum inferum multiloculare, aut urceolus pſeudo-inferus polyſpermus ſuprà ſemina coarctatus; in aliis ſemina aut pericarpia unilocularia & plerumque monoſperma, indefinita aut definita, ſupera & receptaculo communi impoſita; in aliis capſula ſupera unica unilocularis, aut nux pariter ſupera mono vel diſperma, nuda vel drupaceo tegmine veſtita. Seminum hylus ſub apice lateralis cui funiculus inſeritur ex imo pericarpio enatus. Corculum rectum abſque periſpermo. Caulis herbaceus aut fruteſcens arboreuſve. Folia alterna, ſtipulacea, ſimplicia aut compoſita.

I. Germen ſimplex inferum, polyſtylum. Pomum calicino limbo umbilicatum, multiloculare. *Arbores aut frutices.* Pomaceæ.

MALUS, T. * Pyrus, L. * *Pommier.* Apfelbaum. Calix 5-fidus. Petala 5. Stamina circiter 20. Styli 5 baſi connati & villoſi;

ſtigmata 5 diſtincta. Pomum ſphæroïdeum glabrum, baſi circà pedunculum concavâ umbilicatâ, medio 5-loculare loculis cartilagineis 2-ſpermis; ſemina cartilaginea. *Folia ſimplicia indiviſa ſubtùs tomentoſa; flores ſæpiùs faſciculati axillares, aut in gemmis foliaceis terminales.* M. ſylveſtris *ſpinoſa.*

PYRUS, T. L. * *Poirier.* Birnbaum. Calix, petala & ſtamina Mali. Styli 5 omninò diſtincti, baſi villoſi; ſtigmata 5. Pomum glabrum turbinatum, baſi in pedunculum productâ, intùs 5-loculare loculis cartilagineis 2-ſpermis; ſemina cartilaginea. *Folia ſimplicia indiviſa ſæpiùs glabra; flores in ſummis ramis conferti ſubſpicati, Malo longiùs pedunculati.* P. ſylveſtris *ſpinoſa.*

CYDONIA, T. * PYRUS, L. * *Coignaſſier.* Quittenbaum. Calix, petala, ſtamina & ſtyli ut in Pyro. Pomum tomentoſum turbinatum aut ovatum, pyriforme intùs 5-loculare, loculis 2-ſpermis; ſemina calloſa. *Folia ſimplicia indiviſa, ſubtùs tomentoſa; flores ſolitarii terminales ſubſeſſiles; calicis laciniæ magnæ ſerrulatæ perſiſtentes.*

MESPILUS, T. L. * CRATÆGUS, L. * *Néflier, Azérolier, Aubepin.* Miſpel. Calix 5-fidus. Petala 5. Stamina 20. Styli & ſtigmata 2-5. Pomum ſphæriceum 2-5-ſpermum ſeminibus oſſeis. *Folia ſimplicia, indiviſa aut lobata; pedunculi ſæpiùs multiflori, corymboſi terminales & interdùm ſolitarii axillares. Flos* M. Germanicæ *terminalis ſolitarius ſeſſilis ut in Cydoniâ.*

CRATÆGUS, T. L. * MESPILUS, L. * *Aliſier.* Weiſsdorn. Calix, corolla, ſtamina & ſtyli Meſpili. Pomum ſphæriceum 2-5-ſpermum ſeminibus cartilagineis. *Folia ſimplicia, indiviſa aut lobata; pedunculi in pluribus multiflori corymboſi terminales & ſolitarii axillares, in paucis 1-flori axillares & ſpicati terminales.*

SORBUS, T. L. * *Sorbier, Cormier, Cocheſne.* Vogelbeerbaum. Calix, corolla & ſtamina Meſpili. Styli & ſtigmata 3. Pomum globoſum aut turbinatum molle 3-ſpermum ſeminibus cartilagineis. *Folia pinnata aut rariùs ſemipinnata; flores corymboſi terminales. Genus à præcedentibus vix diſtinctum, ex Hallero 5-ſtylum & 5-ſpermum ſeminibus quibuſdam abortivis, & ideò Cratægo affinius. Linnæus Crategum dicit 2-ſpermam, Sorbum 3-ſpermam, Meſpilum 5-ſpermam, admiſſo tamen in omnibus numero vario. An rectiùs ſemina cartilaginea ab oſſeis & poma 5-locularia à 5-ſpermis diſtinguenda?*

II. Germina plura indefinita, calice urceolari ſuprà coarctato tecta, quaſi infera, ſingula monoſtyla. Semina totidem. *Frutices.* ROSÆ.

ROSA, T. L. * *Roſier, Eglantier.* Roſe. Calix urceolaris collo coarctatus, ſuprà 5-fidus laciniis oblongis, 2 nudis, 2 utrinque appendiculatis, 1 hinc tantùm appendiculatâ. Petala 5. Stamina plurima brevia. Singulo ſtylo ſtigma ſimplex. Calix baccatus, ſphæriceus aut ovoïdeus, limbo perſiſtente coronatus, fovens ſemina numeroſa hiſpida oblonga. *Frutices, plerique aculeati aculeis ſparſis; folia impari-pinnata, ſtipulis alæformibus imo petiolo communi adnatis; flores ſolitarii aut ſubcorymboſi terminales, ſæpè magni, in hortis pleni. Species nova ſimplicifolia ſtipulis ſpinæformibus, & calicinis laciniis omnibus nudis, Perſica inventore D. Michaut.*

III. Germina plura definita (rariùs unicum), calice urceolari ſuprà coarctato tecta, quaſi infera, ſingula monoſtyla. Semina totidem. *Herbæ pleræque, plures apetalæ, plures definitè ſtaminiferæ, quædam diclines.* SANGUISORBÆ.

POTERIUM, L. * PIMPINELLA, T. * *Pimprenelle.* Megelkraut. Dioïcum. Calix 4-fidus, baſi 3-ſquamoſus. Petala 0. MASC. Stamina 30. FŒM. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2 penicilliformia. Semina 2 intrà calicem capſularem. *Herbæ; folia impari-pinnata ſtipulis imo petiolo adnatis; flores capitati terminales. Diſcrepat* P. ſpinoſum *caule fruteſcente ramoſiſſimo, ramulorum apice ſpinoſo, calicibus ſpicatis diſtinctis baccatis, habitu ſimilius Roſæ.*

SANGUISORBA, L. * PIMPINELLA, T. * *Sanguiſorbe.* Wieſenknopf. Calix 4-fidus, baſi 2-ſquamoſus. Petala 0. Stamina 4. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2 ſimplicia. Semina 2 intrà calicem capſularem. *Herbæ; folia & flores ut in Poterio. An analogiâ ex Anciſtro deſumptâ, laciniæ calicinæ in Poterio & Sanguiſorba pro petalis limbo calicino ſubintegro adnatis habendæ? Indè major cum Roſaceis affinitas. An contrà, Linnæo duce, ſquamæ inferiores mutandae in calicem & calix in corollam?*

ANCISTRUM, Forſt. LS. * Calix baſi 2-ſquamoſus, apice 4-ariſtatus, ariſtarum apicibus 4-hamoſis. Petala 4. Stamina 2. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma penicilliforme. Semen 1 intrà calicem capſularem. *Herbae; folia & flores ut in Poterio.*

ACÆNA, Mutiſ. L. * Calix 4 fidus, baſi 2-ſquamoſus. Petala 0. Stamina 4. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma multifidum. Semen 1 intrà calicem ſubbaccatum echinatum ſpinis retrorſis. *Planta lignoſa ramoſiſſima ramis fruticoſis; folia pinnata, vaginantia; flores ſpicati axillares, in ſpicis alterni. Caracter ex D. Mutis.*

AGRIMONIA, T. L. * AGRIMONOÏDES, T. * *Aigremoine.* Oder.

mennige. Calix oblongus 5-fidus, extùs medio multiſetoſus ſetis apice uncinatis, caliculo minimo 2-partito infrà cinctus. Petala 5. Stamina 12-20. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semina 2 intrà calicem capſularem 2-locularem ventricoſum ſetis perſiſtentibus ſupernè tectum. *Herbae; folia impari-pinnata foliolis alternatim inaequalibus; flores ſpicati terminales, ſinguli 3-bracteati. Diſcrepat* Agrimonoïdes T. *foliis caulinis ternatis, corymbo 3-4-floro terminali, floribus 7-8-andris 1-gynis 1-ſtylis, caliculo majore campanulato multifido, capſulâ 1-ſpermâ glabrâ non ſetosâ: an genus diſtinguendum?*

NEVRADA, L. * Calix parvus hemiſphæricus 5-fidus (multifidus imbricatus *ex Forsk.*) Petala 5 majora, limbo calicino inſerta. Stamina 10, ibidem inſerta. Germen inferum; ſtyli 10; ſtigmata 10. Capſula hemiſphærica, ſubtùs convexa, ſuprà plana & calicinis laciniis rigidis acuminatis erectis echinata, 10-locularis 10-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Herba tomentoſa baſi lignoſa caulibus diffuſis; folia alterna ſimplicia (non ſtipulacea?) ex eodem puncto gemina inaequalia; flores ſolitarii axillares pedunculati. Semen germinans (unicum ſuperſtes caeteris forſan abortivis aut obrutis?) capſulam ſuprà & infrà perforat, annuli inſtar diutiùs circumpoſitam radicis collo, etiam in plantâ vegetiore. Genus idem cum* Tribulaſtro *Lippi mſſ. n. 211, ex Bern. Juſſaeo & Adanſonio Roſaceum Agrimoniae affine, rectiùs forte Meſembryanthemo & Ficoïdeis adjiciendum duce Linnaeo ord. nat. 13.*

CLIFFORTIA, L. * Dioïca. Calix 3-fidus. Petala 0. MASC. Stamina circiter 30; antheræ didymæ. FŒM. Germina 2; ſtyli 2 (laterales?); ſtigmata 2. Semina 2 intrà calicem capſularem 2-locularem. *Frutices; folia ſimplicia aut ternata, baſi vaginantia; flores axillares ſubſeſſiles. An rectè Sanguiſorbis adjecta? An huic affine* Empetrum pinnatum *Lamark? An verè congener* C. ſtrobilifera L. *habitu diverſa, gallis ſtrobiliformibus inſignita?*

APHANES, L. * ALCHIMILLA, T. * *Percepier.* Calix 8-fidus, laciniis alternis minimis. Petala 0. Stamina 4 minima. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semina 2 calice connivente tecta. *Herbula; folia minima ſimplicia baſi vaginantia; flores axillares glomerati ſeſſiles, ex D. Leers 1-gyni & 1-ſpermi & ideò Alchimillae ſubditi.*

ALCHIMILLA, T. L. * *Alchimille, Pied-de-Lion.* Sinau. Calix tubuloſus, limbo patens 8-fidus, laciniis alternis minoribus. Petala 0. Stamina 4 minima. Germen 1; ſtylus 1 lateralis è baſi germinis; ſtigma 1. Semen 1 tectum calice ad collum connivente. *Herbae; folia palmata aut ſubdigitata; flores corymboſi axillares & terminales.*

SIBBALDIA, L. * FRAGARIA, T. * Calix limbo patens 10-fidus, laciniis alternis anguſtioribus. Petala 5. Stamina 5 brevia. Germina 5; ſtyli & ſtigmata 5. Semina 5 calice connivente

tecta. *Herbæ; folia ternata, foliolis ſimplicibus partitis; flores axillares & terminales, interdùm 10-gyni.*

IV. Germina plura indefinita, verè ſupera, receptaculo communi impoſita, ſingula monoſtyla. Semina totidem nuda aut rariùs baccata. *Herbæ aut rariùs frutices.* POTENTILLÆ.

TORMENTILLA, T. L. * *Tormentille.* Calix 8-fidus, laciniis alternis minoribus. Petala 4. Stamina indefinita. Receptaculum feminiferum parvum exſuccum. *Herbae; folia digitata; flores axillares & terminales ſubſolitarii. Numero partiùm diſcrepat à Potentillâ.*

POTENTILLA, L. * QUINQUEFOLIUM, T. * PENTAPHYLLOÏDES, T. * FRAGARIA, T. * *Potentille*, *Quintefeuille.* Calix patens 10-fidus laciniis alternis minoribus. Petala 5. Stamina indefinita. Receptaculum feminiferum exſuccum minimum. *Herbae aut raro frutices; folia impari-pinnata in* Pentaphilloïde, *digitata in* Quinquefolio, *ternata in* Fragariâ; *ſtipulae alaeformes imo petiolo adnatae*; *flores ſaepè corymboſi terminales.*

FRAGARIA, T. L. * *Fraiſier.* Erdbeere. Calix, petala & ſtamina Potentillæ. Receptaculum feminiferum magnum pulpoſum, baccatum coloratum, ſæpè deciduum. *Herbae repentes, paſſim ſaepè radicantes*; *folia ternata, rariſſimè digitata vel ſimplicia*; *ſtipulae petiolo adnatae; flores ſaepiùs corymboſi terminales*, *quidam dioïci; receptaculum eſculentum.*

COMARUM, L. * PENTAPHILLOÏDES, T. * *Comaret.* Calix, petala & ſtamina Potentillæ. Receptaculum feminiferum magnum ovatum ſpongioſum perſiſtens, non baccatum. *Herba paluſtris*; *folia impari-pinnata, ſtipulis petiolo adnatis, caulem vaginantibus*; *pedunculi pauciflori axillares & terminales*; *petala calice minora. Potentillae congener ex Scopoli.*

GEUM, L. * CARYOPHYLLATA, T. * *Benoite.* Merzwurz. Calix, petala & ſtamina Potentillæ. Semina in ariſtas longas geniculatas apice uncinatas deſinentia, receptaculo oblongo hirſuto impoſita. *Herbæ*; *folia digitata aut ſæpiùs impari-pinnata foliolo terminali plerumque majore*; *ſtipulæ petiolo adnatæ; pedunculi terminales aut & axillares pauciflori.*

DRYAS, L * CARYOPHYLLATA, T. * Calix 5-8-fidus patens, laciniis æqualibus. Petala 5-8 majora. Stamina numeroſa. Semina in ariſtas longas plumoſas deſinentia. *Herbae*; *folia ſimplicia aut impari-pinnata*; *ſtipulæ petiolo adnatæ; flores ſubſolitarii terminales, longè pedunculati.*

RUBUS, T. L. * *Ronce*, *Framboiſier.* Brombeere, Himbeere. Calix patens 5-fidus. Petala 5. Stamina numeroſa brevia. Semina

numeroſa baccata, ſuprà receptaculum commune densè collecta in baccam compoſitam. *Frutices aculeati vel quandoque inermes, rariùs herbæ ſemper inermes; folia ſimplicia aut ternata aut digitata, aut pinnata in Rubis quibuſdam Commerſonianis habitu ſimilibus Roſæ; flores terminales aut & rariùs axillares, racemoſo-paniculati aut rariùs ſolitarii, in* R. odorato *corymboſi & abortu dioïci.* R. Chamæmorus *ſub terrâ monoïca & extùs dioïca, radicibus maris & fœminæ junctis, caulibus diſtinctis, obſervante poſt Solandrum Linnæo.*

V. Germina plura definita, ſupera, monoſtyla. Capſulæ totidem mono aut polyſpermæ. *Frutices aut rariùs herbae.* SPIRÆÆ.

SPIRÆA, T. L. * ULMARIA, T. * FILIPENDULA, T. * BARBA CAPRÆ, T. * Spierſtaude. Calix patens 5-fidus. Petala 5. Stamina plurima. Germina 3-12. Capſulæ 3-12, intùs 2-valves, 1-3-ſpermæ. *Frutices aut herbæ; folia ſimplicia aut ternata aut impari-pinnata; ſtipulæ petiolo adnatæ, interdùm minimæ aut nullæ; flores axillares & ſæpiùs terminales, corymboſi aut paniculati aut rariùs faſciculati, in* Barba Capræ T. *bipinnatifoliâ dioïci 3-gyni. Capſulæ in* Spiræâ T. *fruteſcente pauciores rectæ, in* Filipendulâ T. *herbaceâ plurimæ rectæ, in* Ulmariâ T. *herbaceâ plurimæ contortæ.*

SURIANA, Pl. L. * Calix profundè 5-fidus. Petala 5. Stamina 10, quædam interdùm abortiva. Germina 5. Capſulæ 5 monoſpermæ non dehiſcentes. *Frutex; folia ſimplicia ſpatulata non ſtipulacea, ramorum caduca, ramulorum conferta terminalia; pedunculi multiflori axillares & terminales; flores bracteati lutei. Sempervivis conſociatur in Linn. ord. nat. 13: an rectiùs? Styli certè laterales.*

TETRACERA, L. * Calix 6-partitus perſiſtens, laciniis ſubrotundis, alternis extimis minoribus. Petala... Stamina numeroſa; antheræ ſimplices. Germina 4 divaricata. Capſulæ 4 reflexæ, ſuprà intùs dehiſcentes, ſubi-ſpermæ. *Character ex Linnæo. Frutices ſaepè ſarmentoſi; folia ſtipulacea, ſaepiùs ſcabra; flores racemoſo-paniculati axillares & terminales. Tigareæ proxima & ideò polypetala. Congener* Arbor Braſiliana... *Breyn. Icon. 6.*

VI. Germen unicum ſuperum monoſtylum. Fructus unilocularis mono aut polyſpermus. *Arbores aut frutices, interdùm petalis carentes.* PROCKIÆ.

TIGAREA, Aubl. * Dioïca. Calix 4-5-fidus. Petala 4-5 calici alterna. MASC. Stamina plurima, antheris ſubrotundis. Germen

flaccidum. FŒM. Filamenta ſtaminum plurima ſterilia. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula piſiformis 2-valvis 1-ſperma. *Frutices ſarmentoſi; folia ſtipulacea, aſpera aut villoſa; flores racemoſi axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 350-351. Genus recognoſcendum, fortè abortu 1-gynum dioïcumque & idem cum Tetracerâ. An utrique affinis Curatella?*

DELIMA, L. * Calix 5-partitus. Petala o. Stamina numeroſa. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca ſicca acuminata 2-valvis 2-ſperma. *Arbor; folia Fagi ſimilia ſcabra; flores pedunculati, laxè paniculati axillares & terminales. Caracter ex Linnaeo. An affinis Banara?*

PROCKIA, Brown. L. * Calix 3-5-partitus, ſæpè 1-3 ſquamis baſi cinctus. Petala o. Stamina numeroſa. Germen 1; ſtylus 1 brevis aut o; ſtigma capitatum. Bacca parva 1-locularis polyſperma, ſeminibus uni receptaculo laterali affixis. *Frutices; folia ſtipulacea ſtipulis caducis; pedunculi 1-5 axillares 1-flori, medio 1-2-ſquamuloſi. Caracter ex Brown. Linn. & ex ſiccis. Commerſonianis. An affinis Laëtia?*

HIRTELLA, L. * Calix 5-partitus laciniis reflexis. Petala 5. Stamina 3-5-6, eidem calicis lateri omnia inſerta, filamentis longis intortis. Germen 1 villoſum; ſtylus 1 longus, è baſi & latere germinis; ſtigma 1. Bacca ſicca ovalis compreſſa, ſuprà latior ſub3-gona 1-ſperma ſemine magno, ſtylo infrà perſiſtente ſtipata. *Caracter ex Linnaeo & ex ſiccis. Arbuſculae aut frutices; folia ſtipulacea; flores ſpicati aut racemoſi terminales, ſinguli 1-bracteolati. Nux 2-locularis ex Aubl. Guyan. t. 98.*

VII. Germen unicum ſuperum monoſtylum. Nux mono aut diſperma, nuda aut ſæpiùs drupacea. *Arbores aut frutices.* AMYGDALEÆ.

LICANIA, Aubl. * Calix turbinatus (corolla *Aubl.*) limbo 5-fidus, baſi 2-bracteatus (calix *Aubl.*) Petala o. Stamina 5, cingulo calicinæ faucis inſerta, ejuſdem laciniis oppoſita. Germen 1; ſtylus 1 incurvus (lateralis?); ſtigma 1. Drupa olivæformis carnoſa, fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbuſcula; folia ſtipulacea; flores parvi ſpicati terminales; drupa edulis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 45.*

GRANGERIA, Commerſ. * Calix 5-fidus. Petala 5. Stamina 15. Germen lanuginoſum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa olivæformis ſub3-quetra, fœta nuce 3-quetrâ oſſeâ 1-ſpermâ. *Arbor; Borbonienſibus* Arbre de buis; *folia ſtipulacea integra; flores ſpicati axillares & terminales. Caracter ex Commerſ. Petala (fortè caduca) in ſicco non vidi. Nomen ab indefeſſo peregrinatore Granger qui plurimis ex Judaeâ & Ægypto miſſis ſeminibus Pariſienſem annis 1733-36 ditavit hortum.*

CHRYSOBALANUS, L. * ICACO, Pl. * *Icaque.* Calix campanulatus 5-fidus. Petala 5. Stamina plurima in orbem poſita. Germen 1; ſtylus 1 è latere & baſi germinis; ſtigma 1. Drupa pruniformis fœta nuce 5-ſulcatâ rugosâ 5-valvi 1-ſpermâ. *Arbuſculae; folia integra ſtipulacea; flores racemoſi axillares & terminales; drupa eſculenta.*

CERASUS, T. * PADUS, JB. * LAUROCERASUS, T. * PRUNUS L. * *Ceriſier, Pûtier, Laurier-Ceriſe.* Kirſchbaum. Calix campanulatus 5-lobus deciduus. Petala 5. Stamina 20-30. Stylus 1; ſtigma 1. Drupa carnoſa ſubrotunda glabra, hinc leviter 1-ſulcata, fœta nuce lævi ſubrotundâ 1-2-ſperma hinc ſubangulatâ. *Arbuſculæ; folia ſtipulacea, in quibuſdam baſi glanduloſa, in* Lauroceraſo T. *ſempervirentia, juniora in omnibus conduplicata; flores in* Ceraſo T. *foliis præcociores & è gemmis erumpentes faſciculati pedunculis longis 1-floris, in* Lauroceraſo *&* Pado *ſpicati aut racemoſi axillares & terminales; drupa* Ceraſi *eſculenta, cæterorum ingrata, ſæpè rubra & acida, rariùs nigreſcens aut virens.* C. ſativæ *varietas datur polygyna.*

PRUNUS, T. L. * *Prunier.* Pflaumenbaum. Calix, petala, ſtamina & germen Ceraſi. Drupa major glabra, ovata aut ſubrotunda, hinc leviter 1-ſulcata, fœta nuce 1-2-ſpermâ ovatâ ſubcompreſsâ, ſuprà acutâ, extùs inæquali & propè margines angulatos ſulcatâ. *Arbuſculæ; folia ſtipulacea, ſæpiùs ſerrata ſerraturis imis glanduloſo-concavis, juniora convoluta; flores foliis præcociores, è gemmis faſciculati pedunculis brevibus 1-floris; drupa eſculenta non acida, lutea aut viridis aut violacea.* P. ſylveſtris *ſpinoſa fructu minore acerbo. Armeniacam & Ceraſum Pruno conſociavit Linnæus, congeneres quidem ſed vulgò & antiquitùs diſtinctos ſignis conſpicuis ideò admittendis.*

ARMENIACA, T. * PRUNUS, L. * *Abricotier.* Apricoſenbaum. Calix, petala, ſtamina & germen Ceraſi aut Pruni. Drupa ſubrotunda Pruno ſimilis aut major, flava, ſuperficie tomentoſa, hinc 1-ſulcata, fœta nuce 1-2-ſpermâ ſubrotundâ ſubcompreſsâ margine altero obtuſo, altero acuto & utrinque ſulcato. *Arbuſculæ; folia cordata, juniora convoluta; flores foliis præcociores, è gemmis ſolitarii aut pauci ſeſſiles; drupa ſuavis eſculenta.*

AMYGDALUS, T. L. * PERSICA, T. * *Amandier, Pêcher.* Pfirſchen - Mandelbaum. Calix, petala, ſtamina & germen Ceraſi. Drupa tomentoſa, hinc 1-ſulcata, fœta nuce 1-2-ſpermâ ſuprà acuminatâ & extùs numeroſis punctis aut foveolis irregularibus excavatâ. *Arbuſculæ aut frutices; folia ſtipulacea, ſæpiùs lanceolata & ſerrata, juniora conduplicata; flores foliis præcociores, 1-2 è gemmis erumpentes ſubſeſſiles. Drupa in* Amygdalo T. *exſucca coriacea ovata nuce punctatâ, in* Perſicâ T. *ſuccoſa major eſculenta ſphæricea nuce foveatâ. An genera diſtin-*

guenda? Species tamen datur aut varietas (Amygdalo-Perſica *Duham. frug. 1. p. 127. t. 4.*) *utriuſque caracteris particeps. Ex* Amygdali *ſemine eduli oleum exprimitur.*

MOQUILEA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus. Petala 5. Stamina numeroſa. Germen villoſum; ſtylus 1 è baſi germinis; ſtigma 1. Fructus... *Arbuſcula; folia (ſtipulacea?); flores racemoſi axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 208. An fructus 1-ſpermus?*

COUEPIA, Aubl. * *Couepi de Cayenne.* Calix tubuloſus, apice 5-lobus. Petala 5? Stamina numeroſa. Germen ſubſtipitatum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa oviformis ſicca cortice craſſo coriaceo fibroſo; ſemen 1 magnum, teſtâ fragili incluſum. *Arbor; folia (ſtipulacea?); flores terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 207.*

ACIOA, Aubl. * *Coupi de Cayenne.* Calix turbinatus 5-lobus inæqualis. Petala 5 ſubæqualia. Stamina 11-12, filamentis in carnoſam coalitis membranam, calici intrà 2 petala minora inſertam. Germen coſtæ è fundo calicis intùs prominenti adnexum & imo membranæ ſtaminiferæ lateri compoſitum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa Couepiæ, ſed major, maturatione undique rimoſa; ſemen ſimile. *Arbor; folia ſtipulacea, ſtipulis caducis; flores corymboſi terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 280. Habitu & fructu ſimillima Couepiæ; an congener?*

PARINARIUM. * PARINARI, Aubl. * *Parinari de Cayenne.* Calix urceolatus 5-fidus. Petala 5, calicinis laciniis alterna. Stamina 14, quorum 7 in unâ phalange ſterilia, 7 oppoſita fertilia. Germen 1 villoſum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa ovata, magnitudine varia, craſſa fibroſa, fœta nuce duriſſimâ extùs ſinuoſo-ſcabrosâ, 2-loculari 2-ſpermâ, ſeminibus rufâ lanugine obductis. *Arbores ramulis villoſis; folia ſtipulacea; flores racemoſi axillares & terminales; ſemina edulia. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 204-206. Hujus congeneres* Malpata & Neou *Senegalenſium in ſiccis Adanſonianis obſervatæ, quibus tamen nux ovata minùs anfructuoſa & ſtamina fortè 15 ternatim calicinis laciniis oppoſita & germen latere adnatum calici. Genus à præcedentibus diſtinctum præcipuè nuce 2-loculari. An indè affinis* Ferolia *Aubl. t. 272?*

VIII. Genera Roſaceis affinia.

PLINIA, Pl. L. * Calix 4-5-fidus patens. Petala 4-5. Stamina numeroſa, antheris parvis. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Drupa magna globoſa ſulcata, 1-ſperma ſemine magno. *Arbores; folia oppoſita ſimplicia, in* P. croceæ *ramulis pinnæformibus circiter 6-juga & indè quaſi abruptè pinnata; flores*

per ramos ſeniores nudos faſciculatim ſparſi ſubſeſſiles; drupa edulis. Caracter ex Plum. & Linn. An Roſaceis Amygdaleis addenda? Nucleus P. croceæ, *docente Plumerio, carneſus foſſulis excavatur reſinâ flaveſcente turgidis: an indè quædam cum Guttiferis analogia? An potiùs germen inferum & genus idem cum Guapurio Myrtis adjuncto?* Ibipitanga *Marcg.* P. rubræ *ex Linnæo ſimilis, affinior Eugeniæ unifloræ.*

CALYCANTHUS, L. * Calix urceolatus multifidus, laciniis plurimo ordine numeroſis coloratis deciduis, interioribus (fortè petala) ſensìm majoribus petala mentientibus. Stamina numeroſa, calicis fauci inſerta; antheræ oblongæ filamentis adnatæ. Germina plurima calice cincta deſinentia in ſtylos totidem; ſtigmata glanduloſa. Semina totidem caudata, intrà calicem incraſſatum ſubbaccatum & laciniarum veſtigiis ſalebroſum recondita. *Frutices; folia oppoſita non ſtipulacea; flores in ramulis ſolitarii terminales. Fructu affinis Roſæ, ſed oppoſitifolius & quaſi apetalus. Habitu ſimilis Philadelpho & Myrtis ſed polygynus. An verè congener* C. præcox L. *ſeu* Obaï *Kæmpf. amœn. t. 879, 5-6-ſpermus ſeminibus non caudatis, 1-ſtylus ſtylo quaſi 5-ſtigmatoſo aut 5-andro?*

LUDIA, Commerſ. * Calix 5-7-lobus. Petala... Stamina numeroſa perigyna, filamentis perſiſtentibus, antheris ſubrotundis. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 apice 3-4-fidus; ſtigmata 3-4 didyma. Bacca ſicca globoſa, ſtylo acuminata, calici perſiſtenti deformato & reflexo inſidens, 1-locularis polyſperma ſeminibus 25-30 ſubangulatis. *Arbuſcula Mauritiana; folia alterna venoſa (ſtipulacea?) formâ plurimùm varia, in arbuſculâ juniore minima dentato-ſpinoſa, in increſcente myrtina ſeu buxea integerrima, in vetuſtiore ovata integra multò majora caſſinoïdea; flores axillares ſolitarii ſubſeſſiles, baſi pedicelli quaſi caliculatâ caliculo 3-fido. Caracter ex Commerſ. & ex ſicco. Ludia à foliaturæ luſu. An affinis Prockia inter Roſaceas? An utrique proxima* Dalea *Brown. Jam. p. 239., diſcrepans calice truncato & baccâ 1-nucleâ. Confer Ludiam cum Blakwelliâ ſubſequente.*

BLAKWELLIA, Commerſ. * Calix baſi turbinatus ſemiſuperus, limbo patente 16-20-30-partito ſæpè æquali perſiſtente, laciniis oblongis villoſo-ciliatis. Stamina 8-10-15, calicinis laciniis dimidio pauciora, iiſdem alternis baſi inſidentia; antheræ didymæ. Glandulæ totidem ſtaminibus alternæ, alternarum calicis laciniarum baſi appoſitæ. Germen villoſum ſemiinferum; ſtyli 4-6; ſtigmata 4-6. Capſula ſemiinfera 1-locularis 4-6-valvis polyſperma; ſemina pauca parietibus affixa. *Arbores aut frutices; folia alterna (ſtipulacea ſtipulis caducis?); flores racemoſi aut ſpicati axillares, pedicellis baſi articulatis & 1-bracteolatis. Caracter ex Commerſ. & ex ſiccis. Glandulas mihi præ tenuitate prætervisas deſcribit in ſpecie 10-andrâ quam*

Vermonetæ decadeniæ *nomine inſcribit & in alterâ 10-12-andrâ quam* Linſchottiam *appellat. Genus Homalio plurimùm affine, diſtinctum præcipuè ſtaminibus in laciniarum calicinarum ungue non pluribus congenitis, ſed ſolitariis. Utriuſque ſemina antè maturitatem antheriformia. An cum Jacq. & Aubl. laciniæ calicis alternæ in utroque perſiſtentes pro petalis habendæ ?*

HOMALIUM, Jacq. * RACOUBEA, Aubl. * *Acomat.* Calix baſi turbinatus ſemiſuperus, limbo patens 12-14-partitus, laciniis perſiſtentibus, alternis (petala *Jacq.*) majoribus. Glandulæ 6-7 (nectaria *Jacq.*) unguibus laciniarum calicis minorum inſidentes. Stamina plurima (18-24) perigyna, 3 aut 4 congenita ex baſi cujuſque laciniæ calicinæ majoris; antheræ ſubrotundæ. Germen ſemiinferum apice deſinens in ſtylos 3-4; ſtigmata 3-4 ſimplicia. Capſula ſemiinfera calicis limbo patente coriaceo cincta, 1-locularis apice 3-4-valvis aut non dehiſcens, intùs polyſperma; ſemina pauca, parietibus affixa. *Arbores aut frutices; folia alterna ſtipulacea; flores ſpicato-paniculati axillares, diviſuris paniculæ bracteolatis, pedicellis medio articulatis. Character ex Jacq. & Aubl. t. 236 & ex ſiccis. An Rhamnis affinius; an corculum abſque periſpermo? Congener Arbor anonymos Plum. mſſ. t. 110.*

NAPIMOGA, Aubl. * Calix limbo 6-partitus. Petala 6 villoſa, diſco inſerta ut & ſtamina 18 quorum antheræ ſubrotundæ. Germen inferum, diſco coronatum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Fructus.. *Arbor; folia alterna ſtipulacea; flores ſpicati axillares & terminales, in ſpicâ tenui interruptâ alterni. Character ex Aubl. Guyan. t. 237. Habitus Homalii.*

Obs. Roſacearum nomine deſignantur à Tournefortio plantæ omnes Polypetalæ regulares quæ nec Umbelliferæ ſunt aut Cruciferæ, nec Dianthi aut Lilii florem æmulantur. In ſerie naturali, circumſcriptâ definitione & affinitatis ratione habitâ, eæ tantùm dicuntur Roſaceæ quæ præcipuos Roſæ caracteres induunt, nempè petala æqualia & definita ſummo inſerta calici monophyllo ſub iiſdem ſtaminifero, germina ſtylo inſtructa laterali, ſemina periſpermo deſtituta, corculum rectum, folia alternantia ac ſtipulacea. Illis plerumque germina plura ſupera, ſtamina numeroſa, corolla exiſtens; ſed interdùm flores apetali, ſtamina definita, germina calice tecta ac infera, & etiam contracto numero germen unicum. Indè variæ ordinis ſectiones, ſingulæ naturales, ab invicem non diſtrahendæ & ad libitum in diſtinctis ordinibus approximandæ aut in unum colligendæ. Germina in Roſæ urceolari calice deliteſcentia nunc eodem omninò teguntur infera in Pomaceis baccatis & Sanguiſorbis capſularibus, nunc patentem ſupereminent numeroſa in Potentillis, pauca in Spiræis, in Amygdaleis & Prockiis ſolitaria. Sanguiſorbæ apetalæ, anteà in remoto ordine diſpoſitæ, ſed certò proximæ Roſaceis & Anciſtri tetrapetali ferè congeneres, Polypetalarum & Apetalarum analogiam jam pluriès p. 338. edictam denuò confirmant. Idem ferè dicendum de Prockiâ apetalâ, ſed fortè minùs affini utpotè polyſperma intrà fructum

ſimplicem. Genera herbacea arboreis & fruteſcentibus rectè conſociata in diverſis ordinibus & præcipuè in Roſaceis, caducam arborum & herbarum diſtinctionem in perpetuum ſubvertunt. Amygdaleæ monogynæ regularibus accedunt Leguminoſis plurimo caractere ſimilibus, ſed definitè ſtaminiferis & aliter frugeſcentibus. Accedunt Pomaceæ præmiſſis ordinibus infero fructu inſtructis & præcipuè Myrtis alternifoliis, diſtinctis tamen ſtylo ſimplici & ſtipularum defectu & corculo fortè non conformi. An indè invertenda ordinum ſeries, & Melaſtomæ ac Salicariæ Myrtis ac Roſaceis non interjiciendæ? An ordini verè conveniunt genera ad calcem adjecta, novorum ordinum fortè primordia? An affines etiam Ochna, Krameria, Anavinga, Samyda, Antideſma?

ORDO XI.

LEGUMINOSÆ, *LES LÉGUMINEUSES.*

HÜLSEN FAMILIE.

CALIX monophyllus, variè diviſus. Corolla polypetala, rariſſimè nulla aut monopetala, ſummo calici inſerta infrà ejuſdem diviſuras. Petala nunc quinque aut interdùm pauciora, regularia ſubæqualia, nunc ſæpiùs quatuor irregularia, papilionem ſimul æmulantia (undè flos *papilionaceus*), nempè *vexillum* ſuperius & exterum cætera ſemiamplectens & iiſdem plerumque majus, *alæ* duæ laterales, *carina* inferior & intima ſimplex aut bipartita. Stamina decem, raro pauciora aut plura, calici ſub petalis inſerta, filamentis modò diſtinctis aut baſi tantùm ſubcoalitis, modò ſæpiùs diadelphis ſeu novem connatis in tubum ſub vexillo fiſſum & decimo ſolitario fiſſuræ applicito, aut interdùm monadelphis tubo indiviſo decandro; antheræ diſtinctæ, ſæpiùs ſubrotundæ parvæ; inter-

dùm oblongæ incumbentes. Germen ſimplex ſuperum; ſtylus unicus; ſtigma ſimplex. Fructus in paucis capſularis unilocularis ſubmonoſpermus bivalvis aut non dehiſcens; in plurimis leguminoſus (undè nomen ordinis) longior bivalvis (trivalvis in Moringâ, quadrivalvis in Mimoſæ ſpecie unicâ) ſeminibus uni ſuturæ laterali affixis, nunc unilocularis mono aut polyſpermus, nunc multilocularis diſſepimentis tranſverſis & loculis monoſpermis interdùm pulpoſis. In polypetalis irregularibus radicula corculi in lobos inclinans abſque periſpermo; in regularibus eadem recta, periſpermo ſeu membranâ craſſiuſculâ corculum involvente; lobi in folia ſeminalia plerumque mutabiles generaliori Dicotyledonum more, interdùm ſub iiſdem foliis perſiſtentes diſtincti. Caulis herbaceus aut fruteſcens arboreuſve, ſæpiùs alternè ramoſus. Folia ſtipulacea alterna (in pauciſſimis ſuboppoſita), nunc ſimplicia nunc ſæpiùs ternata aut digitata aut ſemel vel pluriès pinnata. Flores variè diſpoſiti.

I. Corolla regularis. Legumen multiloculare, ſæpiùs bivalve, diſſepimentis tranſverſis, loculis monoſpermis. Stamina diſtincta. *Arbores aut frutices; folia abruptè pinnata.*

MIMOSA, T. L. * ACACIA, T. * *Acacie*, *Senſitive.* Sinnpflantze. Calix tubuloſus 3-5-dentatus. Corolla infundibuliformis 5-fida aut 5-petala aut nulla. Stamina definita 4-10 aut indefinita, diſtincta aut rariùs monadelpha, interdùm ſterilia. Legumen longum, carnoſum aut membranaceum aut lignoſum, formâ varium, interdùm alatum aut articulatum (in *M. quadrivalvi* 4-valve), læve aut rariùs echinatum. *Arbores aut frutices ſuffruticeſve, inermes aut ad baſim petiolorum paſſimve aculeatæ; folia 1-2-pinnata petiolo interdùm glanduloſo; flores capitati aut ſpicati axillares terminaleſve, quidam abortu maſculi aut fœminei; legumen* Mimoſæ T. *articulatum*, Acaciæ T. *non articulatum. Genus poſthàc dividendum ratione numeri ſtaminum & ſtructuræ leguminis. Species quædam gummiferæ, quædam tenaci turgidae ſucco ex leguminibus expreſſo. Folia omnium veſperè con-*

tracta manè expanduntur, quarumdam ſenſibilia nimis ad tactum comprimuntur & nutant.

GLEDITSIA, L. * *Févier.* Gleditſchie. Polygama dioïca. MASC. Calix 3-fidus. Petala 3. Stamina 6. Germen o. HERM. Calix 3-fidus. Petala 4. Stamina 6. Germen 1. Legumen maximum compreſſiſſimum latum, loculis pulpoſis. FŒM. Calix 5-fidus. Petala 5. Filamenta 2 minima ſterilia. Germen & legumen ut in hermaphroditis. *Arbores inermes aut ſpinoſae ſpinis axillaribus; folia ſubalternè 2-pinnata; flores ſpicati axillares & terminales, nunc dioïci, nunc hermaphroditi maſculis aut maſculi fœmineis mixti. Caracter ex Linnaeo.*

GYMNOCLADUS, Lamark * GUILANDINA, L. * *Chicot.* Calix infundibuliformis 5-fidus. Petala 5 brevia. Stamina 10 non exſerta, quædam interdùm ſterilia. Legumen læve oblongum latum ſubcompreſſum intùs pulpoſum, ſæpiùs multiloculare loculis 1-ſpermis, rariùs 1-loculare 1-ſpermum; ſemina (Guilandinæ) oſſea ſubgloboſa. *Arbuſculae inermes; folia 2-pinnata foliolis alternis; flores ſpicato paniculati terminales, dioïci in* G. Canadenſi *quae* Guilandina dioïca L. *foliis hyeme deciduis illepidè denudata quaſi emortua, indè Canadenſibus dicta* Chicot. Κλαδος γυμνος, *ramus nudus. Congener ex D. Lamark* Hyperanthera *Forsk. hermaphrodita, 5-petala petalo ſupremo majore, 9-andra filamentis baſi villoſis, 5 fertilibus inaequalibus, 4 brevioribus ſterilibus alternantibus, ſtigmate 3-dentato, legumine tereti 6-carinato articulatim incraſſato, foliis impari-bipinnatis & Caſſiae inſtar glanduloſis.*

OUTEA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus, baſi 2-bracteatus bracteis magnis. Petala 5, ſuperius magnum, cætera minora æqualia. Staminum filamenta 4, nempè 1 ſterile villoſum breve ſub petalo ſuperiore, 3 oppoſita longiſſima fertilia; antheræ verſatiles. Germen ſtipitatum. Legumen... *Arbor; folia pinnata 2-juga; flores ſpicati axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 9.*

CERATONIA, L. * SILIQUA, T. * *Caroubier.* Calix minimus 5-fidus. Petala o. Stamina 5, rariùs 6-7, filamentis calice multò longioribus diſtinctis, antheris magnis. Germen diſco carnoſo 5-lobo extùs ſtaminifero cinctum. Legumen longum magnum compreſſum ſubcoriaceum, loculis pulpoſis; ſemina dura nitida. *Arbor; folia pinnata, ſuboppoſitè 2-5-juga; flores ſpicati axillares, nunc hermaphroditi, nunc ſexuum abortu dioïci; fructus edulis.*

TAMARINDUS, T. L. * *Tamarinier.* Tamarinde. Calix baſi turbinatus, limbo 4-partito reflexo deciduo. Petala 3 aſcendentia ſubæqualia (carinâ deficiente). Staminum filamenta baſi tantùm coalita, 3 longa fertilia, 4 minima ſterilia fertilibus interpoſita, 2 ſetiformia (nectarium *Linn.*) ſterilia

priorum vaginæ extùs appoſita. Germen oblongum pedicellatum. Legumen oblongum compreſſum ſubtoruloſum, duplici veſtitum cortice, exteriore ſicco fragili, interiore membranaceo, in utriuſque interſtitio pulpoſum, 1-3-loculare 1-3-ſpermum; ſemina compreſſa nitida. *Arbor*; *folia pinnata*, *oppoſitè multijuga; flores in ramulis racemoſi terminales*, *ſinguli 2-bracteati bracteis deciduis*, *plures abortivi. Caracter ex D. Jacq. Americ.*

PARKINSONIA, Pl. L. * *Sigaline*, *Parkinſet.* Calix urceolatus limbo 5-partito deciduo. Petala 5 unguiculata ſubæqualia, infimo latiore. Stamina 10. Legumen longum teres acuminatum (1-loculare?) polyſpermum, 2-tunicatum tunicâ utrâque 2-valvi, moniliforme ſeu ad ſingula ſemina ovata toruloſum. *Arbuſcula ſpinoſa*; *folia 2-5 ex ejuſdem ſpinæ ſimplicis aut 3-partitæ axillâ*, *alternè pinnata*, *petiolo communi plano compreſſo ad apicem attenuato*, *foliolis minimis*; *flores laxè ſpicati axillares & terminales*; *legumen quandoque breve 1-ſpermum.*

SCHOTIA, Jacq. * GUAÏACUM, L. * Calix turbinatus petalis concolor, limbo 5-lobo deciduo. Petala 5 longiora æqualia, in tubum ventricoſum conniventia. Stamina 10; antheræ incumbentes. Germen ſtipitatum. Legumen...ſtipitatum. *Arbuſcula ligno duro & ramis rigidis*, *idem cum* Guaïaco Afro L.; *folia* (*Lentiſci*) *pinnata*, *petiolo communi marginato*; *ſtipulæ ſubulatæ*; *flores in ramis nudis ſpicati aut faſciculati*, *rubri.*

CASSIA, T. L. * SENNA, T. * *Caſſe*, *Séné.* Calix 5-partitus coloratus deciduus. Petala 5, quorum inferiora majora. Staminum filamenta 10 diſtincta, 3 inferiora longiora antheris longis arcuatis, 4 lateralia antheris brevibus, 3 ſuperiora brevia antheris effœtis. Germen pedunculatum. Legumen oblongum 2-valve diſſepimentis tranſverſis multiloculare loculis 1-ſpermis, nunc planum membranaceum ſiccum, latius & breve, aut longum & anguſtius, nunc ſubcylindricum lignoſum intùs ſæpè pulpoſum vix dehiſcens. *Arbuſculæ aut ſuffrutices*; *folia pinnata*, *oppoſitè 1-12-juga aut rariùs multijuga*, *petiolo communi ad baſim aut & inter foliola ſæpè glanduloſo*; *flores axillares ſpicati aut rariùs ſubſolitarii. An ratione fructûs dividendum genus in* Sennam *legumine membranaceo &* Caſſiam *legumine pulpoſo?*

II. Corolla regularis. Legumen uniloculare bivalve. Stamina decem diſtincta. *Arbores aut frutices*; *folia abruptè pinnata.* (*Moringæ folia impari-pinnata & legumen 3-valve*).

MORINGA, JB. Burm. * GUILANDINA, L. * *Ben*, *Noix de Ben.* Calix profundè 5-fidus deciduus. Petala 5 ſeſſilia, quorum 4

inferiora,

inferiora, 1 ſuperius arrectum. Stamina 10 brevia inæqualia (quædam ſterilia aut antheris minoribus inſtructa?). Legumen longum 3-gonum, omninò 3-valve valvis intùs interruptè & alternatìm excavatis pro totidem ſeminibus 3-gonis 3-alatis. *Arbores inermes*; *folia oppoſitè & impari-tripinnata*; *flores paniculati axillares & terminales*; *ſemen oleiferum inſigni ordinis exceptione. Genus aliundè leguminis & foliorum ſtructurâ diſcrepans à pleriſque Leguminoſis.*

PROSOPIS, L. * Calix hemiſphæricus 4-5-dentatus. Petala 5 ſeſſilia æqualia. Stamina 10, diſtincta, æqualia. Legumen longum inflatum 1-loculare polyſpermum. *Arbor*; *folia oppoſitè pinnata*; *flores ſpicati parvi*, *terminales & axillares. Caracter ex Linn. & Burm. Ind. An affinis* Cadia *Forsk. 5-petala 10-andra*, *aut rariùs 6-7-petala 12-14-andra*, *legumine lineari longo compreſſo membranaceo compreſſo*, *cujus nec caulem nec folia nec infloreſcentiam memorat Forskalius?*

HÆMATOXYLUM, L. * *Campêche*, *Bois de Campêche.* Blutholz. Calix turbinatus 5-fidus. Petala 5 æqualia, calice vix majora. Stamina 10, filamentis diſtinctis baſi intùs barbatis. Stigma emarginatum. Legumen capſulare lanceolatum compreſſiſſimum, medio 2-valve valvis navicularibus, 1-loculare 2-3-ſpermum; ſemina oblonga compreſſa. *Arbor tinctoria*; *folia pinnata*, *oppoſitè 3-4-juga foliolis obcordatis*; *flores ſpicati axillares.*

EPERUA, Aubl. * Calix urceolatus limbo magno 4-partito. Petalum 1, calicis fauci inſertum, baſi convolutum. Stamina 10, filamentis exſertis longiſſimis baſi villoſis, 9 infrà ſubcoalitis, 1 ſimplici. Germen ſubſtipitatum; ſtylus longus. Legumen longum compreſſum, apice acuminato falcatum, elaſticè 2-valve 3-4-ſpermum ſeminibus magnis coriaceis, hinc interdùm emarginatis. *Arbor cacumine ramoſiſſimo*; *folia pinnata*, *oppoſitè 3-juga*; *paniculæ axillares & terminales*, *longæ pendulæ*, *baſi nudæ*, *apice floriferæ. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 142*, *cui fructus* Eperu & Pois Sabre *dicitur. An calicis laciniæ pro petalis potiùs habendæ & corolla ideò 5-petala genuſque ſequenti addendum?*

TACHIGALIA, Aubl. * *Tachigali de Cayenne.* Calix turbinatus 5-lobus inæqualis perſiſtens. Petala 5 inæqualia. Stamina 10, filamentis diſtinctis villoſis exſertis quorum 3 breviora. Germen ſubſtipitatum; ſtylus longus. Legumen coriaceum longum compreſſum villoſum 6-7-ſpermum, tumidum ſuprà ſemina magna ovata. *Arbores cacumine ramoſiſſimo*; *ramuli 3-goni*; *folia pinnata*, *oppoſitè aut althernè 4-6-juga*; *flores ſpicato-paniculati terminales*, *pedicellis baſi bracteolatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 143. An* Eperuæ *congener aut & Cæſalpinarum inermium?*

ADENANTHERA, L. * *Condori.* Calix minimus 5-dentatus. Petala 5 æqualia. Stamina 10 diſtincta; antheræ incumbentes, apice extùs glanduloſæ. Legumen longum compreſſum membranaceum, polyſpermum ſeminibus remotis. *Arbores inermes; folia bipinnata; flores laxè ſpicati axillares aut terminales.*

POINCIANA, T. L.* *Poincillade.* Calix turbinatus coloratus profundè 5-fidus, laciniis caducis, inferiore majore. Petala 5 unguiculata, calice majora, 4 ſubæqualia, quintum difforme majus aut minus. Stamina 10, filamentis diſtinctis longis declinatis baſi hirſutis, ſupremo pedicellato. Germen oblongum compreſſum; ſtylus longus. Legumen oblongum compreſſo-planum 2-valve polyſpermum. *Arbuſculæ aut frutices, inermes aut in caule & foliorum petiolis aculeati; folia oppoſitè bipinnata; flores laxè ſpicati terminales & axillares, longè pedicellati.* P. elatæ L. *caulis inermis, flos multò minor, petala non unguiculata, legumen incurvum ſpongioſum: an verè congener?*

CÆSALPINA, Pl. L. Lamark. * *Bréſillet, Sapan.* Calix urceolatus 5-fidus, laciniâ infimâ longiore. Petala 5, infimo pulchriore. Stamina 10, filamentis diſtinctis corollâ vix longioribus, baſi lanuginoſis. Germen oblongum. Legumen oblongum compreſſum 2-valve polyſpermum, quandoque apice dilatato truncatum & hinc acuminatum. *Arbores aut arbuſculæ tinctoriæ. inermes aut ſæpiùs in caule & petiolis aculeatæ; folia oppoſitè bipinnata; flores ſpicati aut paniculati axillares & terminales; fructus plurimarum glaber*, C. Mimoſoïdis *Lamark lanuginoſus*, C. echinatæ *ejuſd. ex Piſone echinatus & fortè non omninò congener.*

GUILANDINA, L. * BONDUC, Pl. * *Bonduc, Queniquier.* Calix urceolatus profundè 5-fidus ſubæqualis. Petala 5 ſeſſilia ſubæqualia. Stamina 10, filamentis diſtinctis brevibus non exſertis baſi lanuginoſis. Germen oblongum; ſtylus brevis. Legumen muricatum aut læve, ovatum, ventricoſo-compreſſum 2-valve 1-3-ſpermum; ſemina oſſea ſubgloboſa. *Arbores aut arbuſculæ in caule & petiolis aculeatæ; folia oppoſitè bipinnata; flores ſpicati aut paniculati axillares & terminales. An ſpecies fructu lævi ad Cæſalpinam rectiùs compellendæ?* G. dioïca & G. Moringa L. *genericis Gymnocladi & Moringæ nominibus ſuprà diſtinctæ.*

III. Corolla ſubirregularis. Stamina diſtincta aut baſi tantùm coalita. Legumen uniloculare bivalve. *Arbores aut frutices: folia abruptè pinnata, aut tantùm conjugata, aut ſimplicia.*

TARALEA, Aubl. * *Tarala des Galibis.* Calix turbinatus 5-fidus inæqualis. Petala 5 inæqualia, quorum 2 inferiora carinæ ſimilia conniventia. Stamina 10, monadelpha. Germen pedicellatum. Legumen ſubrotundum coriaceum craſſiuſculum compreſſum 2-valve 1-ſpermum *Arbor; folia abruptè pinnata ſuboppoſitè 4-5-juga; flores oppoſitè paniculati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 298.*

PARIVOA, Aubl. * Calix 3-4-lobus connivens baſi 2-bracteatus. Petalum 1, magnum convolutum. Stamina 10 longa exſerta, baſi tantùm diadelpha, decimo ſolitario; antheræ incumbentes. Germen pedicellatum; ſtylus longus. Legumen latum compreſſum, ferè rhomboïdeum ſublignoſum 1-ſpermum. *Arbor; ſolia abruptè pinnata, oppoſitè 3-juga petiolulis tumidis; ſtipulæ caducæ; flores ſertoſi terminales & axillares. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 303. Affinis Vouapæ. An* P. tomentoſa *Aubl. t. 304 verè congener; an affinior Acouroæ?*

VOUAPA, Aubl. * Calix 4-fidus, baſi 2-bracteatus. Petalum 1 unguiculatum. Stamina 3. Germen pedicellatum. Legumen coriaceum latum compreſſum obtuſum 1-ſpermum ſemine orbiculato. *Arbores; folia conjugata; flores paniculati aut corymboſi, axillares aut terminales (an veriùs 5-petali 10-andri, petalis & ſtaminibus quibuſdam citius caducis?). Caracter ex Aubl. Guyan. t. 7. 8. Confer cum Parivoâ.*

CYNOMETRA, L. * Calix 4-partitus reflexus. Petala 5 æqualia. Stamina 10 diſtincta, antheris apice 2-fidis. Legumen lunatum ſeu ſemiſubrotundum hinc truncatum, ſubcarnoſum, extùs tuberculatum, intùs 1-loculare 1-ſpermum ſemine magno ſolido incurvo. *Arbores; folia conjugata; pedunculi trunco aut ramis innaſcentes, densè aut laxè multiflori.*

HYMENÆA, L. * COURBARIL, Pl. * *Courbaril.* Calix turbinatus (2-bracteatus?) coriaceus, limbo obtusè 5-partito caduco. Petala 5 ſubæqualia. Stamina 10 filamentis diſtinctis medio inflexis; antheræ magnæ incumbentes. Legumen magnum lignoſum ovato-oblongum ſubcompreſſum, intùs pulpâ farinaceâ plenum, polyſpermum ſeminibus fibroſo textu & pulpâ obvolutis. *Arbor; folia conjugata; flores corymboſi terminales. Hujus congener* Tanroujou *Madagaſcarienſium fructus Muſæi noſtri tuberculatus parvus, extùs ſimillimus Cynomorio Rumph. Amb. 1. t. 63 quod* Cynometra ramiflora L., *intùs pulpoſus 2-ſpermus & ideò à Cynometrâ diſcrepans.*

BAUHINIA, Pl. L. * Calix irregularis, apice 5-fidus, infrà 5-fiſſus, hinc dehiſcens, deciduus. Petala 5 ſubæqualia unguiculata oblonga undulata. Stamina 10 inæqualia, filamentis nunc diſtinctis nunc baſi tantùm, diadelphis, decimo ſolitario longiore & interdùm unico fertili. Germen pedicellatum. Legumen pedicellatum longum compreſſum polyſpermum; ſemina

compreſſa. *Arbores aut frutices, interdùm ſcandentes; folia ſimplicia 2-loba aut 2-partita; flores ſpicati aut racemoſi, axillares aut terminales.*

PALOVEA. * PALOUE, Aubl. * *Paloué des Galibis.* Calix duplex, exterior urceolatus 2-lobus, interior infundibuliformis coriaceus 4-5-lobus lobo uno majore. Petala 3 (an potiùs 5, quorum 2 citiùs caduca?) laciniis calicinis alterna. Stamina 9, filamentis longis fertilibus (an decimum ſterile?); antheræ oblongæ incumbentes. Germen ſtipitatum ſtipite hìnc alato (alâ forsàn calici adnatâ); ſtylus longiſſimus. Legumen longum polyſpermum. *Frutex; folia ſimplicia indiviſa; flores terminales densè ſpicati rariores, ſinguli 1-bracteati; bracteæ diſtichè imbricatæ 1-floræ, plures ſteriles. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 141 & ex flore ſicco imperfecto.*

IV. Corolla irregularis papilionacea. Stamina diſtincta, aut raro baſi coalita. Legumen uniloculare bivalve. *Arbores aut frutices; folia ſimplicia aut ternata aut impari-pinnata.*

CERCIS, L. * SILIQUASTRUM, T. * *Gainier.* Judasbaum. Calix urceolatus obtusè 5-dentatus, infernè gibbus. Corolla unguiculata, vexillo & carinâ 2-petalâ approximatis æqualibus, alis majoribus extimis. Stamina 10 inæqualia. Germen ſubſtipitatum. Legumen oblongum compreſſum tenue polyſpermum; ſemina ſubrotunda. *Arbuſculæ; folia ſimplicia; flores antè folia, trunco & ramis faſciculatim innaſcentes, purpurei aut rariùs albi.*

POSSIRA, Aubl. * Calix 4-partitus deciduus. Petalum 1 unguiculatum, receptaculo calicis inſertum. Stamina plurima (25-26) ibidem inſerta diſtincta; horum 6-7 ſterilia ſub petalo poſita. Germen ſubſtipitatum compreſſum. Legumen coriaceum oblongum compreſſum 3-4-ſpermum ſeminibus anguloſis compreſſis. *Arbuſcula; folia ternata petiolo marginato; flores axillares (an verè polyandri?) ſubpaniculati, pedicellis baſi 2-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 355, ſtaminum in Leguminoſis inſolitus, corollæ & calicis iterùm examinandus.*

ANAGYRIS, T. L. * Calix urceolatus 5-dentatus perſiſtens. Corolla 5-petala, alis & carinâ 2-petalâ magnis ſubæqualibus (carinâ longiſſimâ *ex Linn.*), vexillo breviore. Stamina 10. Legumen longum compreſſum, ſuperficie inæquale, polyſpermum. *Frutex; folia ternata; ſtipula ex imo petiolo, eidem oppoſita & caulem vaginans, ſimplex 2-fida, tandem caduca; flores ſpicati axillares, luteſcentes.*

SOPHORA, L. * Calix urceolatus 5-dentatus perſiſtens. Corolla 5-petala, carinâ 2-petalâ & alis longitudine vexilli. Stamina 10. Legumen longum tenue polyſpermum, toruloſum ſeu ad ſingula ſemina ſubrotunda nodoſum. *Arbores aut frutices*; *folia nunc impari pinnata, nunc ternata, nunc rariùs ſimplicia; flores axillares aut terminales, ſpicati aut racemoſi aut rariùs ſubſolitarii. Corolla diadelpharum plurimarum, ſed ſtamina diſtincta. Congener* Yabag *Camell. ic. 251 Rai. hiſt. 3. Luz. p. 80.*

MULLERA, LS. * Calix campanulatus 4-dentatus inæqualis perſiſtens. Corollæ vexillum reflexum, alæ oblongæ connives, carina brevior 2-petala vaginans recta. Stamina 10, filamentis baſi monadelphis. Legumen oblongum moniliforme ſeu toruloſum, internodiis exilibus, torulis globoſis 1-ſpermis. *Arbor: folia impari-pinnata; flores racemoſi axillares & terminales. Caracter ex L. Suppl.*

COUBLANDIA, Aubl. * Calix tubuloſus 4-dentatus. Corolla 1-petala imo calici inſerta, tubuloſa limbo 4-fido. Stamina 25 ibidem inſerta, baſi coalita. Legumen Mulleræ. *Frutex; folia impari-pinnata foliolis oppoſitè bijugis; flores ſpicati axillares & terminales, ſinguli 1-bracteati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 356. An Leguminoſis rectè adjecta*; *an verè polyandra & 1-petala?*

V. Corolla irregularis papilionacea. Stamina decem diadelpha. Legumen uniloculare bivalve. *Frutices aut herbæ; folia ſimplicia aut ternata aut rariùs digitata; ſtipulæ nunc ſubnullæ, nunc conſpicuæ imo petiolo adnatæ aut ab eodem diſtinctæ.*

ULEX, L. * GENISTA-SPARTIUM, T. * *Ajonc, Jomarin.* Calix profundè 2-partitus perſiſtens, ſuprà 2-dentatus, infrà 3-dentatus. Carina 2-petala. Legumen turgidum vix calice longius; ſemina pauca. *Suffrutices ramoſiſſimi, ramis & ramulis apice ſpinoſis; folia ſimplicia quaſi nulla, ſpiniformia*; *flores axillares aut in ramulis ſpicati terminales, lutei. An ſtamina omnia connexa?*

ASPALATHUS, L. * Calix 5-fidus laciniis acutis, ſuperiore majore. Corollæ vexillum reflexum, alæ minores, carina 2-fida. Stamina baſi monadelpha. Legumen ovatum muticum ſub2-ſpermum. *Suffrutices; folia ſimplicia faſciculata, ſæpè linearia; flores lutei, ſeſſiles laterales aut terminales glomerati vel ſpicati. A Geniſtâ diſcrepat facilè foliis faſciculatis. An verè congeneres* A ebenus *aliæque ſpecies Linnæanæ foliis planis aut foliis ternatis quinatiſve.* Dorycnium T. *ſeu* Lotum Dorycnium L. *hùc refert D. Lamark.*

BORBONIA, L. * Calix turbinatus 5-fidus ſubæqualis laciniis acuminatis rigidis. Corollæ carina 2-petala apice connivens. Stigma emarginatum. Legumen oblongum compreſſum mucronatum; ſemina pauca. *Frutices; folia (Ruſci) rigida ſimplicia ſeſſilia, ſæpè multinervia; ſtipulæ ſubnullæ, pedunculi axillares aut terminales uni aut multiflori. Stamen decimum deficiens ex Linn. Genus idem cum Liparià ex D. Lamark.*

LIPARIA, L. * Calix urceolatus 2-labiatus, ſuprà 3-fidus, infrà longior 2-dentatus aut indiviſus laciniâ interdùm longiſſimâ petaloïdeâ. Corollæ carina 2-petala apice connivens. Antheræ 3, cæteris breviùs ſtipitatæ in apice vaginæ ſtaminiferæ *ex Linn.* Stigma ſimplex. Legumen ovatum; ſemina pauca. *Frutices glabri habitu Borboniæ aut ſæpiùs villoſi; folia ſimplicia ſeſſilia, villoſa aut glabra; ſtipulae ſubnullae; flores axillares aut terminales, ſolitarii aut ſaepiùs plures. Stamen decimum non deficiens ex Linn. Genus Borboniae adjectum à D. Lamark.*

GENISTA, T. L. Lamark. * SPARTIUM, T. L. * GENISTELLA, T.* GENISTA-SPARTIUM, T. * CYTISO-GENISTA, T. * *Geneſt.* Ginſter. Calix parvus campanulatus, nunc unilobus lobo laterali 5-dentato, nunc 2-labiatus ſuprà 2-dentatus & infrà 3-dentatus. Corollæ vexillum reflexum, alæ divaricatæ, carina demiſſa bifida aut 2-petala, non obtegens ſtamina monadelpha. Stigma hinc villoſum. Legumen ovatum aut oblongum, ſæpè turgidum, mono aut polyſpermum. *Frutices aut ſuffrutices, inermes aut rariùs* (Geniſta-ſpartium T.) *ſpinoſi; folia in plurimis omnia ſimplicia interdùm decurrentia* (Geniſtella T.) *ſuprà caulem indè alatum, in paucioribus quaedam ternata* (Cytiſo-Geniſta T.) *ſimplicibus intermixta, in pauciſſimis* (Spartium T.) *ſubnulla; ſtipulae minimae aut ſubnullae; flores terminales & axillares, ſolitarii aut ſaepiùs ſpicati, plerumque lutei. Caracter generis ex D. Lamark Dict. qui* Spartium L. *Geniſtae commiſcet, paucis utriuſque ſpeciebus exceptis & ad Cytiſum relatis. Ex Linnaeo* Geniſtæ *calix 2-labiatus & vexillum oblongum à piſtillo & ſtaminibus deorsùm reflexum*, Spartii *calix deorsùm productus & filamenta germini adhaerentia & ſtigma longitudinale ſuprà villoſum. Utriuſque autem caracter in paucis ſpeciebus rectè delineatus, obſervante D. Lamark. in caeteris omninò aut partim evaneſcit confuſis ſignis. An ideò rectè congregata genera? An cum Tournefortio ſpecies 1-ſpermae* Spartii *nomine diſtinguendae, vix folioſae foliis & ramis interdùm ſuboppoſitis?*

CYTISUS, T. L. Lamark. * *Cytiſe.* Geiſsklee. Calix ſubbilabiatus ſuprà 2-dentatus & infrà 3-dentatus, nunc brevis campanulatus, nunc longior cylindricus. Corollæ vexillum reflexum; alæ & carina ſimplex conniventes ſuprà ſtamina diadelpha. Stigma ſimplex. Legumen oblongum compreſſum polyſpermum. *Frutices aut ſuffrutices inermes, rariùs arbuſculæ;*

folia ternata; *ſtipulae ſubnullae aut minimae*; *flores terminales aut axillares*, *ſolitarii aut ſaepiùs ſpicati*, *plerumque lutei. Caracter ex D. Lamark Dict. qui generi conſociat Cytiſos pleroſque Linnaei &* Geniſtam 1, 2, 3 *&* Spartium 11, 12, 15, 16 *ejuſdem ſyſt. ed. 14*, *deſignans praecipuè Cytiſum foliis omnibus ternatis & genitalibus corollâ tectis*, *Geniſtam foliis ſimplicibus & genitalibus corollâ patente denudatis. Ex eodem* C. Wolgaricus LS. *Coluteae congener.*

CROTALARIA, T. Dill. L. * *Crotalaire.* Calix profundè 3-fidus, laciniâ infimâ ſub3-fidâ. Corollæ vexillum alis & carinâ ſæpè longius. Stamina omnia connexa cum fiſſurâ dorſali. Legumen pedicellatum turgidum 1-2-ſpermum. *Caracter ex Linnaeo. Herbae aut frutices*; *folia ſimplicia aut ternata aut rariùs digitata*; *ſtipulae ſubnullae*, *aut conſpicuae & à petiolo plerumque diſtinctae*; *flores ſaepè ſpicati*, *nunc terminales*, *nunc axillares aut foliis oppoſiti*; *Legumen in plurimis breve 1-2-ſpermum*, *in quibuſdam longius polyſpermum. Genus certè recudendum & ſpecies nonnullæ in diverſa genera refundendæ.*

LUPINUS, T L. * *Lupin.* Feigbohne. Calix 2-fidus laciniis integris aut dentatis. Carina baſi 2-partita. Stamina baſi monadelpha, antheris 5 ſubrotundis, 5 oblongis. Legumen coriaceum oblongum polyſpermum. *Herbae*; *folia digitata*, *ſtipulis imo petiolo adnatis*; *flores ſpicati terminales*, *in ſpicâ alterni aut ſubverticillati*, *nudi aut bracteati. An* L. integrifolius L. *affinior Crotalariæ?*

ONONIS, L. * ANONIS, T. * *Bugrane*, *Arrête-Bœuf.* Hauhechel. Calix campanulatus 5-fidus laciniis linearibus. Corollæ vexillum majus & ſtriatum. Stamina baſi monadelpha. Legumen turgidum ſeſſile; ſemina pauca. *Herbae aut ſuffrutices*; *folia ternata*, *foliolis ſæpè ſerrulatis*; *ſtipulæ imo petiolo adnatæ*; *flores lutei aut purpurei*, *axillares aut terminales*, *ſeſſiles aut ſæpiùs pedunculati*, *pedunculis muticis aut ariſtatis*, *uni aut multifloris. Legumen in aliis oblongum*, *in aliis breviſſimum calici ſubæquale 1-2-ſpermum. Ononides Linnæi Capenſes ad Cytiſum & Lotum repellit D. Lamark.*

ARACHIS, L. * ARACHIDNA, Pl. * Calix profundè 2-labiatus, ſuprà 4-fidus inæqualis, infrà integer. Corolla reſupinata. Stamina baſi monadelpha, filamento decimo breviore ſterili *ex Adanſ.* Legumen ovato-oblongum coriaceum, ſubtoruloſum 2-ſpermum vix dehiſcens, extùs venoſo-rugoſum. *Herba*; *folia abruptè pinnata*, *foliolis bijugis*; *ſtipulæ magnæ petiolo adnatæ*; *flores lutei*, *foliis inferioribus axillares ſolitarii longè pedunculati*, *plures maſculi*; *legumen ſub terrâ matureſcens*; *ſemina eduliæ oleifera.*

ANTHYLLIS, L * VULNERARIA, T. * BARBA-JOVIS, T. * ERINACEA, T. * EBENUS, L. *Anthyllide*, *Vulnéraire.* Wollblume.

Calix ventricoſus 5-dentatus inæqualis perſiſtens. Corollæ vexillum alis & carinâ longius. Stamina baſi monadelpha. Legumen parvum 1-2-ſpermum, calice tectum. *Caulis in* Vulnerariâ T. *herbaceus, in cæteris fruteſcens, ramis* Erinaceæ *numeroſis ſuboppoſitis apice pungentibus; hujus folia ſimplicia; cæterarum ternata aut ſæpiùs impari-pinnata; ſtipulæ in plurimis imo petiolo adnatæ, in paucis ſubnullæ; pedunculi glomeratim multiflori, axillares aut ſæpiùs terminales. Hùc refert D. Lamark* Ebenum *L. ab Ebeno ligno diverſiſſimum, cui calix 5-ariſtatus ariſtis plumoſis corollâ paulò longioribus, alae minimae, ſemen 1 villoſum, caetera Anthyllidibus fruteſcentibus ſimilia.*

DALEA. * PSORALEA, L. * Calix 5-fidus. Corolla papilionacea. Stamina tantùm 5, baſi monadelpha. Legumen parvum 1-ſpermum calice tectum. *Herbae; folia impari-pinnata; foliolis anguſtis nigro-punctatis; ſtipulae lineares à petiolo diſtinctae; flores densè capitati aut ſpicati terminales, bracteis imbricatis diſtincti. Affinis Pſoraleae ſed 5-andra. Hùc referantur* Pſoralea Dalea L. *& forſan aliae ejuſdem ſpecies pinnatifoliae. Speciem habeo ſiccam, habitu floſculoſam Eupatorii inſtar ſed Daleae ferè congenerem cui calix communis polyphyllus imbricatus multiflorus, calix proprius inferus 5-partitus plumoſus, petala 5 ſubaequalia unguiculata, caetera ſimilia.*

PSORALEA, Royen. L. * Calix turbinatus 5-fidus, punctis calloſis aſperſus. Petala venoſa; carina 2-petala. Legumen compreſſum, calici perſiſtenti æquale 1-ſpermum. *Herbae aut frutices; folia ternata aut rariùs ſimplicia vel impari-pinnata; ſtipulae à petiolo diſtinctae; flores ſpicati aut glomerati, axillares aut terminales. An ſpecies pinnatifoliae omnes Daleae congeneres & 5-andrae?*

TRIFOLIUM, T. L. * *Trefle.* Klee. Calix tubuloſus 5-fidus perſiſtens. Carina ſimplex alis & vexillo brevior. Legumen minimum vix dehiſcens 1-2-ſpermum, calice tectum. *Herbae; folia ternata (digitata in* T. Lupinaſtro*); ſtipulae imo petiolo adnatae; flores capitati aut densè ſpicati, bracteati, terminales & axillares, interdùm (in* T. pratenſi*) monopetali petalis coalitis in tubum ſtaminiferum.* T. ſubterranei *legumen pronum & humo affixum, quaſi ſubterraneum.*

MELILOTUS, T. * TRIFOLIUM, L. * *Mélilot.* Legumen calice longius, non tectum. *Flores laxè ſpicati. Caetera ut in Trifolio.*

MEDICAGO, T. L. * MEDICA, T. * *Luzerne.* Schneckenklee. Calix ſubcylindricus 5-fidus æqualis. Corollæ carina à vexillo deflectens. Legumen ſubſtipitatum incurvum polyſpermum, *in Medicâ T.* falcatum, *in Medicagine T.* ſpirale cochleatum multiforme. *Herbae aut rariùs frutices; folia ternata; ſtipulae parvae, imo petiolo adnatae; pedunculi axillares & terminales uniflori, aut multiflori floribus ſpicatis vel glomeratis.*

TRIGONELLA, L. * FŒNUM-GRÆCUM, T. * *Fénu-Grec.* Bokshorn. Calix campanulatus 5-fidus ſubæqualis. Alæ cum vexillo patentes & ſimul corollam mentientes tripetalam æqualem; carina minuta. Legumen oblongum compreſſum acuminatum polyſpermum. *Herbae: folia ternata, foliolis ſaepè cuneatis & denticulatis; ſtipulae parvae à petiolo diſtinctae; flores axillares & terminales, ſolitarii ſubſeſſiles aut in pedunculo mutico vel ariſtato ſpicati vel umbellati; legumen* T. Fœnu-Græci L. *magnum, caeterorum multò minus.*

LOTUS, T. L. * DORYCNIUM, T. * *Lotier.* Schootenklee. Calix tubuloſus 5-fidus æqualis perſiſtens. Alæ vexillo longiores, ſeorsùm conniventes. Legumen oblongum, cylindricum aut ſubanguloſum, ſtrictum polyſpermum. *Herbae; folia ternata petiolata foliolis ſeſſilibus; his conformes ſtipulae magnae à petiolo diſtinctae, undè folia quaſi quinata; pedunculi ſolitarii axillares & terminales, in plurimis apice 1-phylli & uni aut umbellatim multiflori, aphylli & multiflori in* Dorycnio T. *ſeu* L. Dorycnio L. *digitatim 5-phyllo, à D. Lamark ad Aſpalathum relato.*

DOLICHOS, L. * PHASEOLUS, T. * *Dolique.* Faſeln. Calix brevis 4-dentatus denticulo ſupremo emarginato. Vexillum baſi intùs 2-calle & alas ſubtùs comprimens. Legumen oblongum polyſpermum, formâ varium; ſemina reniformia aut ſubrotunda, hylo laterali. *Herbae, pleraeque volubiles; folia ternata petiolata, ſtipulis à petiolo diſtinctis; foliola ſuprà eumdem articulata petiolulo terminali infrà 2-ariſtato, lateralibus 1-ariſtatis, ariſtis ſtipulaeformibus; flores ſaepè ſpicati axillares; legumen ſaepè glabrum, rariùs villoſum aut & pruriens. Corculi lobi à foliis ſeminalibus diſtincti.*

PHASEOLUS, T. L. * *Haricot.* Bohne. Calix 2-labiatus, ſuprà emarginatus, infrà 3-dentatus, ſæpè baſi 2-bracteatus. Vexillum reflexum; carina cum ſtaminibus & ſtylo in ſpiram convoluta. *Cætera omninò ut Dolicho.*

ERYTHRINA, L. * CORALLODENDRON, T. * Calix limbo lobato inæquali aut ſubintegro, recto aut obliquo. Vexillum longiſſimum; alæ & carina 2-petala multò breviores. Stamina baſi monadelpha. Legumen longum polyſpermum toruloſum; ſemina reniformia hylo laterali. *Arbuſculæ aculeatæ inermeſve, aut frutices interdùm ſubherbacei; folia ut in Dolicho ternata ſtipulacea, petiolulis articulatis & ariſtatis ſeu glanduloſis, rariùs ſimplicia; flores faſciculati axillares aut ſpicati terminales, ſæpè coccinei. Stamina* E. Criſtæ Galli *diadelpha. Alæ & carina vexillo æquales in* E. iſopetalâ *Lamark ideò fortè non congeneri. An genere etiam diſtinguenda* Plaſo *Rheed. Mal. 6. t. 16. 17, ſeu* E. monoſperma *Lamark, arbuſcula laccifera trifoliata cujus legumen magnum latum compreſſiſſimum apice tumido 1-ſpermo?*

CLITORIA, L. * Ternatea, T. * Calix tubuloſus 5-dentatus, ſæpè baſi 2-bracteatus. Corolla ſupinata, vexillo magno alas breves & carinam breviorem obumbrante. Legumen longum compreſſum polyſpermum, ſæpè lineare. *Caracter ex Linnæo. Herbæ volubiles; folia ternata aut rariùs impari-pinnata, foliolis ut in Dolicho articulatis & baſi ariſtatis; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ; pedunculi axillares 1-2-flori aut ſpicato-multiflori. An genere diſtinguendæ ſpecies ternatifoliæ?*

GLYCINE, L. * Phaseolus, T. * Astragalus, T. * Glycine. Calix 2-labiatus, ſuprà emarginatus, infrà 3 fidus inæqualis. Vexillum premente falcato carinæ linearis apice reflexum. Legumen oblongum aut rariùs ovatum, polyſpermum. *Caracter ex Linnæo, in omnibus ſpeciebus fortè non idem. Caulis herbaceus volubilis, repens in* G. ſubterraneâ *&* G. monoïcâ *ſub tellure fructum maturantibus, baſi fruteſcens in* G. fruteſcente; *hujus folia impari-pinnata ut &* G. Apios *prætereà lacteſcentis; cæterarum folia ternata; omnium foliola ut in Dolicho articulata, petiolulis ſimiliter ariſtatis aut glanduloſis; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ; pedunculi axillares 1-2-flori aut racemoſo-multiflori floribus ſæpè 2-bracteatis. Legumen dictum 2-loculare in pinnatifoliis, indè forſan genere diſtinguendis aut Aſtragalo rectiùs conſociandis. An* G. monoïca *verè ſexu diclinis? an flores hujus ſubterranei potiùs hermaphroditi ut in cæteris Leguminoſis ſimiliter frugeſcentibus? An verè congener* G. monophylla L. *ſola ſimplicifolia?*

VI. Corolla irregularis papilionacea. Stamina decem diadelpha. Legumen uniloculare (in Aſtragalo & Biſerrulâ biloculare) bivalve. *Herbæ aut frutices aut arbuſculæ; folia impari-pinnata.*

ABRUS, L. * Orobus, T. * Calix ſub4-lobus lobo ſuperiore latiore. Stamina 9 baſi monadelpha, dorſo hiantia (decimum nullum?). Legumen breve ſubcompreſſum; ſemina pauca ſubſphæricea. *Frutex volubilis; folia pinnata, impari abortivo (foliolis articulatis?); ſtipulæ à petiolo diſtinctae; flores ſpicati axillares in ſpicâ ſaepè ſecundi; ſemina nitida, ſaepè nigro-coccinea.*

AMORPHA, L. * Calix 5-dentatus. Vexillum ovatum concavum; alæ nullæ nec carina. Stamina baſi monadelpha. Legumen minimum ovatum tuberculatum 2-ſpermum. *Frutex elatior; foliola ut in Dolicho articulata & baſi ariſtata; ſtipulae à petiolo diſtinctae; flores numeroſi ſpicati axillares & terminales. Corolla 1-petala in Leguminoſis peculiaris.*

PISCIDIA, L. * Pseudoacacia, Pl. * Calix campanulatus ſubbilabiatus, ſuprà emarginatus, infrà 3-dentatus inæqualis. Stamina diadelpha (monadelpha *ex Linn.*). Legumen longum

polyſpermum, 4-alatum alis latis membranaceis aut coriaceis. *Arbores; folia ut in Dolicho articulata (& baſi ariſtata?); flores racemoſi, axillares & terminales. Caracter ex Jacq.*

ROBINIA, L. * PSEUDOACACIA, T. Pl. * Robinie. Calix parvus campanulatus limbo ſubintegro aut obſoletè 4-lobo. Stigma anteriùs villoſum. Legumen oblongum compreſſum polyſpermum, ſeminibus compreſſis. *Arbores aut frutices; foliola articulata & baſi ariſtata ut in Dolicho; ſtipulae à petiolo diſtinctae; pedunculi axillares & terminales, pauciflori aut racemoſo-multiflori. Species plures recognoſcendae & infrà conferendae cum Dalbergiâ & Galedupâ quibus Robinia affinis, fructu oblongo polyſpermo & bivalvi ab iis diſcrepans.*

CARAGANA, Royen. Lamark. * ROBINIA, L. * ASPALATHUS, Amm. * *Caragan.* Calix 5-dentatus hinc ſinuatus. Stigma glabrum truncatum. Legumen oblongum ſubcylindricum, 4-6-ſpermum ſeminibus ſubſphæriceis. *Caracter ex D. Lamark. Arbuſculae aut frutices; folia abruptè pinnata aut digitato-quaterna, petiolo communi ultrà acuminato aut & ſaepiùs ſpinoſo; ſtipulae à petiolo diſtinctae, ſaepè induratae & ſpineſcentes; pedunculi axillares 1-3-flori. Hùc refert D. Lamark* Robinias *5-9 Linn. ſyſt. ed. 14, habitu non conformes Robiniae nec impari-pinnatas. Robinia Caragana. v. Batſch. Anal. Florum. P. 1. n. 8. f. 35-41.*

ASTRAGALUS, T. L. * TRAGACANTHA, T. * *Aſtragale.* Bocksdorn. Calix tubuloſus 5-dentatus. Vexillum alis & carinâ longius. Legumen breve ſubovatum aut ſæpiùs oblongum polyſpermum non compreſſum, 2-loculare quaſi geminatum loculis parallelis hinc ſæpè planis & indè convexis. *Suffrutices aut ſaepiùs herbae erectae vel proſtratae; folia in* Aſtragalo T. *herbaceo impari-pinnata, in* Tragacanthâ T. *ſuffruteſcente abruptè pinnata petiolo communi ſpinaeformi aceroſo longo; ſtipulae à petiolo diſtinctae aut (in* Tragacanthâ) *adnatae, interdùm in unam eidem oppoſitam coalitae; flores glomerati aut ſpicati, axillares & terminales. Legumen formâ varium, biloculare ab introflexae ſuturae inferioris depreſſione versùs ſuperiorem, quâ ſeptùm duplicatum conficitur.*

BISERRULA, L. * PELECINUS, T. * Calix tubuloſus 5-fidus. Vexillum alis & carinâ longius. Legumen oblongum planum 2-loculare polyſpermum, margine utroque dentato 2-valvi, diſſepimento valvis contrario; ſemina compreſſa. *Herbae; ſtipulae à petiolo diſtinctae; flores ſpicati axillares & terminales.*

PHACA, L. * ASTRAGALOÏDES, T. * Calix tubuloſus 5-dentatus. Vexillum alis & carinâ longius. Legumen oblongum inflatum, polyſpermum ſemibiloculare futurâ ſuperiore versùs inferiorem depreſsâ & intùs ſemiproductâ. *Herbae; ſtipulae à petiolo diſtinctae; flores ſpicati axillares & terminales.*

Aſtragali congener ex D. Lamark, exceptâ ſpecie geminâ; diſcrepat tamen ſuturâ non inferiore ſed ſuperiore introflexâ & fructu tantùm ſemibiloculari.

COLUTEA, T. L. * PHACA, L. * *Baguenaudier.* Blaſenbaum. Calix campanulatus 5-fidus perſiſtens. Stigma hinc villoſum. Legumen magnum veſicarium membranaceum polyſpermum. *Frutices aut herbæ; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ; pedunculi 2-flori aut ſæpiùs ſpicato-multiflori axillares & terminales. Hùc refert D. Lamark* Phacam auſtralem & P. alpinam L., *utramque unilocularem.*

GLYCYRRHIZA, T. L. * *Regliſſe.* Süſsholz. Calix tubuloſus 2-labiatus, ſuprà 4-fidus inæqualis, infrà ſimplex linearis. Carina 2-petala. Legumen ovatum compreſſum 3-6-ſpermum. *Frutices aut herbæ; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ; flores capitati aut ſpicati, axillares & terminales; legumen glabrum aut echinatum.*

GALEGA, T. L. * *Lavanèſe.* Geiſsraute. Calix tubuloſus 5-dentatus dentibus ſubulatis ſubæqualibus. Legumen oblongum rectum ſubcompreſſum, polyſpermum ad ſingula ſemina ſæpè nodoſum, inter eadem obliquè ſtriatum aut tranſversìm ſulcatum. *Frutices aut ſæpiùs herbæ, quædam tinctoriæ; ſtipulae à petiolo diſtinctae; flores ſpicati axillares & terminales.*

INDIGOFERA, L. * *Indigotier.* Indigopflanze. Calix patens 5-dentatus. Carina calcare ſubulato utrinque notata. Legumen oblongum lineare ſubcylindricum polyſpermum, rectum aut incurvum. *Frutices aut herbae; folia interdùm ternata, rarò ſimplicia, plerumque impari-pinnata; foliola in quibuſdam articulata & baſi ariſtata more Phaſeoli; ſtipulae à petiolo diſtinctae; pedunculi axillares 1-2-flori aut ſæpiùs ſpicato-multiflori. Legumen ovatum breve diſpermum in* I. enneaphyllâ. *Species plurimæ tinctoriæ.*

VII. Corolla irregularis papilionacea. Stamina decem diadelpha. Legumen uniloculare bivalve. *Herbæ; folia pinnata aut conjugata aut rariùs ſubnulla, petiolo communi in cirrhum deſinente; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ.*

LATHYRUS, T. L. * CLYMENUM, T. * APHACA, T. * NISSOLIA, T. * *Geſſe.* Platterbſe. Calix turbinatus 5-fidus, laciniis 2 ſuperioribus brevioribus. Vexillum alis & carinâ majus. Stylus planus, ſupernè latior; ſtigma anteriùs villoſum. Legumen longum polyſpermum, ſeminibus globoſis aut ſubangulatis. *Folia conjugata ſeu petiolus 2-phyllus in*

Lathyro T., *polyphyllus foliis pinnatis in* Clymeno T. *cujus inſuper vexillum ſæpè baſi 2-callo*, *aphyllus in* Aphacâ T. *cujus ſtipulæ magnæ folia oppoſita ſimplicia æmulantur*, *1-phyllus folio gramineo non cirrhoſo in* Niſſoliâ T.; *caules diffuſi aut erecti aut ſcandentes*, *teretes aut anguloſi aut petiolis decurrentibus alati*; *ſtipulæ parvæ à petiolis diſtinctæ*; *pedunculi axillares & terminales*, *1-2-flori aut multiflori pedicellis 1-bracteolatis. An genus ſtylo ſatis definitum*; *an Tourneſortianus folii conjugati caracter addendus*, *reſtitutis aliis generibus commixtis? Præter conſpicuos flores Lathyri more fructificantes*, *quidam alii radicales ſubterranei minimi hermaphroditi fructu ſubovato in* L. amphicarpo *ut & in Viciâ amphicarpâ mox memorandâ.*

PISUM, T. L. * OCHRUS, T. * *Pois.* Erbſe. Calix & corolla Lathyri. Stylus triangulus, ſuprà carinatus. Stigma villoſum. Legumen longum polyſpermum; ſemina globoſa, hylo ſubrotundo. *Caulis ſcandens aut erectus; petioli polyphylli foliolis magnis; ſtipulæ majores; pedunculi bi aut multiflori axillares. Stylo & ſtipulis à Lathyro diſcrepat.* Ochry T. *hylus ſeminis oblongus & petiolus aphyllus latè marginatus*, *infrà decurrens exſtipulaceus*, *ſuprà cirrhoſus.*

OROBUS, T. L. * *Orobe.* Bergerbſe. Calix tubuloſus, baſi obtuſus, limbo 5-dentatus dentibus 2 ſupernis brevioribus & profundioribus. Stylus linearis; ſtigma ſupernè villoſum. Legumen oblongum polyſpermum ſeminibus rotundis. *Caulis ſæpè erectus; folia conjugata*, *aut bijuga aut pinnata*; *ſtipulæ auriculatæ*; *flores ſpicati axillares & terminales.*

VICIA, T. L. * *Veſce.* Wicke. Calix tubuloſus 5-fidus aut 5-dentatus dentibus ſupernis brevioribus. Germen baſi hinc glanduloſum; ſtylus filiformis; ſtigma ſub apice tranſversè barbatum. Legumen oblongum polyſpermum, ſeminibus rotundis hylo laterali. *Caulis erectus aut ſcandens*, *ſæpè gracilis*; *folia pinnata*; *ſtipulae parvae*; *flores axillares*, *1-3 ſeſſiles aut ſpicati pedunculati. Flores in* V. amphicarpâ *quidam ſubterranei fructificantes ut in Lathyro amphicarpo ſupràdicto.*

FABA, T. * VICIA, L. * *Fève.* Calix 5-fidus. Vexillum alis & carinâ longius. Legumen oblongum craſſum 2-4-ſpermum, ſeminibus magnis oblongis hylo terminali. *Caulis erectus*; *folia 2-3-juga cirrho ſubnullo; ſtipulae oblongae; pedunculi multiflori axillares*; *flores albidi alis nigrò-maculatis.*

ERVUM, T. L. * LENS, T. * VICIA, T. * *Ers*, *Lentille.* Linſe. Calix profundè 5-fidus ſubæqualis, longitudine corollæ. Vexillum alis brevibus & carinâ breviore majus. Stylus ſimplex; ſtigma non barbatum. Legumen oblongum 1-4-ſpermum, ſuprà ſemina tumidum. *Caulis erectus gracilis*; *folia pinnata*; *ſtipulae parvae; pedunculi 1-2-flori aut multiflori axillares; legumen* Ervi T. *oblongum toruloſum ſeminibus globoſis*, Lentis T.

ovatum compreſſum ſeminibus orbiculatis utrinque convexis, Viciæ T. *oblongum ſeminibus ſubrotundis.*

CICER, T. L. * *Chiche*, *Pois chiche*, *Garvance.* Kichern. Calix 5-fidus, corollæ æqualis, laciniis 4 ſuperioribus vexillo majori incumbentibus, quintâ carinæ parvæ ſubjectâ. Legumen rhombeum turgidum 2-ſpermum. *Caulis erectus*; *folia impari-pinnata*, *foliolis dentatis*; *ſtipulae dentatae*; *pedunculi ſubi-flori axillares*; *ſemina capiti arietino conformia. An rectè conſociatum praecedentibus*, *licèt impari-pinnatum? An verè congener* C. nummularium *Lamark ſimplicifolium habitu ſimilius Crotalariae?*

VIII. Corolla irregularis papilionacea. Stamina decem diadelpha. Legumen articulatum articulis monoſpermis. *Herbæ aut frutices*, *rariùs arbores*; *folia ſimplicia aut ternata aut ſæpiùs impari-pinnata*; *ſtipulæ à petiolo diſtinctæ.*

SCORPIURUS, L. * SCORPIOIDES, T. * *Chenille.* Raupenklee. Calix 5-fidus ſubæqualis. Carina infernè 2-partita. Legumen oblongum coriaceum, revolutum ſulcatum, articulatum articulis contractis 1-ſpermis. *Herbæ repentes*; *folia* (*Buplevri*) *ſimplicia*, *baſi ſtipulis marginata*; *pedunculi ſolitarii axillares longi*, *umbellatìm 1-4-flori*; *legumen ſcorpioïdes*, *læve aut rugoſum aut muricatum.*

ORNITHOPUS, L. * ORNITHOPODIUM, T. * *Pied-d'oiſeau.* Calix tubuloſus 5-dentatus ſubæqualis perſiſtens. Carina minima. Legumen ſubulatum teres arcuatum, articulatum articulis ſubcylindricis. *Folia ternata aut pinnata*; *ſtipulæ parvæ*; *pedunculi ſolitarii axillares aut terminales*, *umbellatìm 1-4-flori*, *leguminibus digitos avium æmulantibus. An* O. tetraphyllus L. *verè congener?*

HIPPOCREPIS, L. * FERRUM EQUINUM, T. * *Fer-à-cheval.* Calix 5-dentatus inæqualis. Legumen oblongum compreſſum membranaceum, rectum aut incurvum, pluriès articulatum, articulis inſtar Ferri equini hìnc profundè emarginatis, ſingulis 1-ſpermis ſemine incurvo. *Herbæ*; *folia impari-pinnata*; *ſtipulæ parvæ*; *pedunculi axillares & terminales umbellatìm uni aut multi-flori.*

CORONILLA, T. L. * SECURIDACA, T. * EMERUS, T. * *Coronille.* Kronwicke. Calix brevis perſiſtens 2-labiatus, ſuprà 2-dentatus dentibus junctis, infrà 3-dentatus. Vexillum vix alis longius. Legumen longum, iſthmis interceptum. *Caracter ex Linnæo. Herbæ aut ſuffrutices*; *folia impari-pinnata*, *ſtipulis à petiolo diſtinctis*; *pedunculi axillares aut terminales*, *umbellatìm*

multiflori; legumen in pluribus 2-valve ſubi-loculare vix articulatum, in Coronillâ T. *ſubcylindricum ſeminibus oblongis, in* Securidacâ T. *latius compreſſo-planum apice ſubulatum ſeminibus ſubquadratis, tenue ſubulatum ſeminibus cylindricis in* Emero T. *cujus præterea caulis fruteſcens & petala unguiculata & unguis vexilli baſi 2-callis. An genera cum Tournefortio diſtinguenda & ſpecies quædam Ornithopo adjicienda?*

HEDYSARUM, T. L. * ONOBRYCHIS, T. * ALHAGI, T. * *Sainfoin.* Süſsklee. Calix 5-fidus perſiſtens. Carina tranſverſè obtuſa. Legumen articulis ſubrotundis compreſſis. *Caracter ex Linnæo. Herbæ aut rariùs ſuffrutices; folia ſimplicia aut gemina aut ternata aut impari-pinnata, ſtipulis à petiolo diſtinctis; ternatorum petioluli in petiolum articulati, ſæpè ſubſtipulacei ſtipulâ filiformi; flores axillares pedunculis uni aut multifloris, aut ſæpiùs terminales ſpicati vel paniculati; horum bracteæ nunc majores variè conſtructæ, nunc parvæ aut ſubnullæ; legumen formâ varium, modò ſubcylindricum articulis truncatis, modò compreſſum & frequenter utrinque aut hinc tantùm ad articulos contractum. Species quaedam articulo unico 1-ſpermo, aliae 1-3-phyllae, aliae plures* (Onobrychis T.) *pinnatifoliae praetereà diſtinctae fructu criſtato & ideò forsàn è genere diſtrahendae additâ* Onobrychide... *Pluk. t. 433. f. 1. licèt ſimplicifoliâ. An reſtituendum pariter* Alhagi T. (H. Alhagi L.) *fruteſcens, cui folia ſimplicia vix ſtipulacea, ſpinae longiſſimae axillares interdùm ramoſae & floriferae, legumen coriaceum ſubcylindricum vix articulatum?* H. cornutum L. *ſimliter fruteſcens & ſpinoſum, ſed pinnatifolium Tragacanthae facie. Motus in foliolis* H. gyranthis *peculiaris.*

ÆSCHYNOMENE, L. * *Agaty.* Calix campanulatus, limbo bilabiato ſuprà 2-fido & infrà 3-dentato. Legumen longum ſæpè compreſſum, articulatum articulis compreſſis. *Herbae aut rariùs arbores; folia impari-pinnata; ſtipulae parvae; pedunculi multiflori axillares & terminales; legumen laeve aut ſubſcabrum. An verè congener Æ.* Sesban *cui legumen longum ſubcylindricum 2-valve non articulatum, & calix 5-dentatus aequalis?*

DIPHISA, Jacq. * Calix campanulatus 5-fidus inæqualis. Vexillum reflexum, alis & carinâ pariter reflexis longius. Legumen oblongum compreſſo-planum, articulatum & tranſverſè ſciſſile articulis 1-ſpermis; utraque hujus ſuperficies omninò tecta veſicâ maximâ oblongâ inflatâ undique clauſâ. *Arbuſcula; folia impari-pinnata; pedunculi 2-3-flori axillares; flores flavi. Car. ex Jacq.*

IX. Corolla irregularis papilionacea. Stamina plerumque decem diadelpha. Legumen capſulare uniloculare ſubmonoſpermum ſæpè non dehiſcens. *Arbores aut frutices; folia ſæpiùs impari-pinnata; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ mox deciduæ.*

DALBERGIA, LS. * Calix campanulatus 5-dentatus. Vexillum majus ungue lineari; carina baſi 2-partita. Stamina 8 diadelpha filamentis 2 apice 5-fidis & 4-antheriferis laciniâ quintâ ſterili, aut 9 triadelpha filamentis 2 apice 4-fidis & 4-antheriferis & tertio indiviſo monandro. Legumen ſtipitatum membranaceum aut cartilagineum, compreſſo-planum tenue, ſubrotundum aut ligulæforme oblongum, 1-2-ſpermum ſeminibus compreſſis remotis. *Arbores aut frutices; folia impari-pinnata aut ternata, flores axillares racemoſi aut ſpicati. Caracter ex L. Suppl.*

AMERIMNON, Brown. Jacq. * Calix tubuloſus ſubbilabiatus, ſuprà 2-dentatus, infra 3-fidus. Carina (2-petala?) vexillo & alis brevior. Stamina 10 monadelpha. Legumen ſtipitatum membranaceum compreſſum oblongum, utroque fine attenuatum 1-2-ſpermum 2-valve, ſeminibus reniformibus compreſſis. *Arbuſculae ramis debilibus reclinatis; folia ſimplicia aut oppoſitè & impari-pinnata; flores ſpicati aut racemoſi axillares. Caracter ex Brown. & Jacq. Confer cum Dalbergiâ & Robiniâ.*

GALEDUPA, Lamark. * *Pongolotte.* Calix brevis cyathiformis, obliquè truncatus integer. Petala unguiculata; vexillum patens 2-lobum; alæ & carina conniventes. Stamina 10 diadelpha. Legumen ellipticum ſubfalcatum planum acuminatum 1-2-ſpermum, ſeminibus compreſſis reniformibus. *Arbor, eadem cum* Caju-Galedupa *Rumph. 2. t. 13 &* Pungam *Rheed. 6. t. 3; folia impari-pinnata foliolis oppoſitis 2-3-jugis; flores racemoſi axillares. Caracter ex D. Lamark. Confer cum Amerimno. An Rumphiana arbor abruptè pinnatifolia & 2-ſperma verè eadem cum Rheedianâ 1-ſpermâ & impari-pinnatâ?*

ANDIRA, Piſ. Lamark. * ANGELIN, Pl. * *Angelin.* Calix urceolatus ſubinteger aut 5-dentatus. Alæ & carina 2-petala ſubæquales; vexillum majus. Stamina 10 diadelpha. Legumen ſtipitatum carnoſum punctatum ovoïdeum hinc ſulcatum, fœtum teſtâ fibroſâ 1-ſpermâ. *Arbor; folia oppoſitè & impari-pinnata; flores racemoſo-paniculati terminales & axillares. An Geoffææ congener? Caracter floris ex ſicco, fructûs ex Plum. mſſ.: an tamen in* Angelin *Pl. fructus ſeſſilis aut ſtipitatus? Hujus congener ex Aubletio* Vouacapoa *ejuſdem t. 373, genus inperfectum floribus non obſervatis, caule & foliis & diſpoſitione fructuum*

fructum ſimile, cui legumen ovatum aut pyriforme, acuminatum craſſum hinc ſulcatum, 2-valve 1-ſpermum, membranulâ ſemen obvolvente.

GEOFFREA, Jacq. L. * UMARI, Piſ. * Calix campanulatus ſemi 5 fidus ſubbilabiatus. Alæ & carina ſubæquales; vexillum majus. Stamina 10 diadelpha. Drupa ovoïdea, utrinque ſulco notata, fœta nuce conformi ſubligneâ 2-valvi 1-ſpermâ. *Arbuſcula in trunco & ramis ſpinoſa; folia oppoſitè & impari-pinnata; flores racemoſi axillares graveolentes; drupæ amygdaliformes. Character ex Jacq. Confer cum Andirâ.*

DEGUELIA, Aubl. * *Déguélé de Cayenne.* Calix urceolatus brevis 2-labiatus, ſuprà integer, infrà 3-fidus. Alæ & carina 2-petala ſubæquales; vexillum majus declinatum. Stamina 10 diadelpha. Legumen globoſum parvum 2-valve 1-ſpermum ſemine ſphæriceo farinâ obvoluto. *Frutex ramis ſarmentoſis ſcandentibus; folia oppoſitè & impari-pinnata; flores ſpicati axillares & paniculati terminales. Character ex Aubl. Guyan. t. 300. Confer cum Geoffræâ.*

NISSOLIA, Jacq. L. * Calix campanulatus 5-dentatus inæqualis. Stamina 10 diadelpha aut monadelpha cum fiſſurâ dorſali. Legumen ſtipitatum membranaceum compreſſum baſi tumidum 1-ſpermum non dehiſcens, ſuprà tenue in alam longiorem globoſam excurrens. *Arbores aut frutices ramis volubilibus; folia impari-pinnata foliolis oppoſitè 1-2-jugis; flores ſpicati aut racemoſi, axillares aut terminales; fructus Aceris dimidiatus. Character ex Jacq. An verè congener* N. quinata *Aubl. t. 297 cui foliola alternè 4-juga, calix 2-bracteatus, carina 2-petala, legumen tomentoſum, cætera ſimilia?*

COUMAROUNA, Aubl. * *Coumarou de la Guyane.* Calix coriaceus turbinatus 3-lobus. Petala 5, quorum 3 ſuperiora erecta venoſa, 2 inferiora declinata minora. Stamina 8 monadelpha. Nux ovato-oblonga, extùs drupacea & tomentoſa, intùs 1-ſperma ſemine oblongo amygdalino. *Arbor ramoſiſſima; folia alternè & impari-pinnata, petiolo communi canaliculato in acumen foliaceum deſinente; flores racemoſi axillares & terminales; ſemen odorum. Character ex Aubl. Guyan. t. 296.*

ACOUROA, Aubl. * Calix urceolatus 5-dentatus. Petala unguiculata; carina 2-petala; vexillum majus. Stamina diadelpha. Legumen ſubſtipitatum coriaceum ſubrotundum compreſſum, hìnc concavum, indè convexum, 1-ſpermum non dehiſcens. *Arbor; folia alternè & impari-pinnata; flores racemoſi terminales & axillares. Character ex Aubl. Guyan. t. 301. An congener ejuſd.* Vatairea *t. 302, gallicè* Dartrier *à ſeminis uſu medico, arbor ſubſimilis, legumine triplò majore utrinque convexo & infrà ad margines attenuato, floribus non obſervatis? Utramque confer cum Pterocarpo.*

PTEROCARPUS, Loëfl. L. * Flügelfrucht. Calix campanulatus 5-dentatus. Vexillum unguiculatum patens, alis & carinâ majus. Stamina 10 (filamentis coalitis?). Legumen pedicellatum, ſubrotundum aut hinc eroſum ſubfalcatum, compreſſum membranaceum, lateribus venoſis varicoſum, medio utrinque prominulum & 1-ſpermum non dehiſcens. *Caracter ex Loëfl. & Linn. Arbores aut frutices; folia alternè & impari-pinnata; flores ſpicati axillares. Legumen quorumdam medio echinatum. Sanguinea ex ſciſſo* P. Draconis *cortice exſudat reſina. An verè congener* P. ecaſtaphyllum L. (Spartium *Pl.*) *diſcrepans carinâ 2-petalâ unguiculatâ, ſtaminum filamentis 2 membranaceis apice 5-fidis & 5-antheriferis, legumine omninò compreſſo & ſubrotundo & marginibus quaſi 2-valvi, foliolis interdùm ſubſolitariis? Hùc etiam retulit Linnæus fil. Suppl.* 1°. Medicaginem *Pl. ic. 201. f. 2, diſtinctam ſpinis ſtipularibus, ſtaminibus baſi monadelphis, legumine reniformi complanato non marginato*; 2°. Moutouchiam *Aubl. t. 299 cui carina 2-petala, ſtamina monadelpha, legumen compreſſum rugoſum, cætera generi ſimilia.*

X. Corolla irregularis (interdùm nulla). Stamina decem diſtincta. Legumen capſulare uniloculare ſubmonoſpermum, ſæpiùs non dehiſcens. *Arbores aut frutices; folia impari-pinnata aut ſimplicia; ſtipulæ à petiolo diſtinctæ, mox deciduæ.*

APALATOA, Aubl. * Calix turbinatus 4-fidus, extùs baſi 2-ſquamoſus. Petala 0. Stamina 10. Legumen latum compreſſum orbiculatum membranaceum, margine alato undulatum, medio tumidum 1-ſpermum. *Arbor; folia alternè & impari-pinnata; flores ſpicati axillares, ſinguli 1-bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 147. An congener* Touchiroa *ejuſd. t. 148, diſcrepans calice non extùs ſquamoſo & foliis ſimplicibus? Genus utrumque Pterocarpo proximum, ideò fortè polypetalum petalis nondùm obſervatis.*

DETARIUM. * *Détar du Sénégal.* Calix 4-fidus. Petala 0. Stamina 10, alterna breviora. Drupa orbiculata craſſa farinacea mollis, fœta oſſiculo magno orbiculari compreſſo 1-ſpermo, fibris intertextis extùs utrinque reticulato, ad ambitum obtuſo lævi. *Arbor; folia alternè & impari-pinnata; flores racemoſi axillares. Caracter ex D. Adanſ. not. mſſ. & ex ejuſdem ſpecimine ſicco. An genus verè apetalum?*

COPAIFERA, L. * COPAIVA, Jacq. * *Copahu.* Copaivabaum. Calix 4-partitus patens. Petala 0 (calix 0 & petala 4 *& Jacq. & Linn.*). Stamina 10 diſtincta; antheræ incumbentes. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Legumen ovatum 2-valve 1-ſpermum, arillo baccato ſemen obvolvente. *Arbor trunco per inciſiones balſa-*

miſtuo; folia alternè & impari-pinnata, lateribus foliolorum nervo medio deflectente inæqualibus; flores racemoſo-paniculati axillares. Caracter ex Jacq. & Linn. An genus polypetalum petalis caducis? an Terebintaceis affinius?

MYROSPERMUM, Jacq. * Calix campanulatus limbo ſubintegro vix 5-dentato. Corolla papilionacea 5-petala, alis & carinâ 2-petalâ ſubæqualibus anguſtis, vexillo majore obcordato. Stamina 10 diſtincta declinata, filamentis tardè caducis; antheræ incumbentes. Germen pedicellatum declinatum; ſtylus 1; ſtigma 1. Legumen oblongum, baſi membranaceo-alatum compreſſiſſimum, apice tumidum 1-loculare non dehiſcens 1-2-ſpermum, ſeminibus aliis paucis ſæpiùs abortivis; ſemina reniformia. *Frutex; folia alternè & impari-pinnata; flores racemoſi ſubterminales; ſemina ſucco inuncta balſamifero loculum occupante, undè nomen. Caracter ex Jacq. Amer. Hùc referenda arbor caractere ſimilis* Saumerio *dicta in Joſ. Juſſæi herb. Peruv., quæ* Quina-Quina *Peruvianorum (act. Gall. 1738. p. 237), valdè diſcrepans à* Cinchonâ L. *ſimiliter apud Europæos vernaculè denominatâ. An congener etiam* Miroxyllum peruiferum LS., *arbor cortice reſinoſo balſamum Peruvianum fundente, cui flos & fructus ferè idem, ſed corolla ex Linnæo hypogyna, legumen 1-ſpermum (an balſamiferum?) & folia oppoſitè abruptèque pinnata?*

XI. Genera Leguminoſis affinia.

SECURIDACA, Jacq. L. * Calix 3-partitus parvus, laciniis 2 inferioribus & 1 ſuperiore. His interjectæ alæ 2 laterales magnæ ſubrotundæ patentes, intrà quas vexillum minimum 2-petalum & carina major indiviſa conduplicata apice appendiculata. Stamina 8 monadelpha intrà carinam cum fiſſurâ dorſali. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma dilatatum ſubdentatum. Legumen (Niſſoliæ) baſi ovatum tumidum 1-ſpermum, ſuprà deſinens in alam longam complanatam dilatatam obtuſam. *Arbuſculæ aut frutices ſcandentes; folia alterna ſimplicia (ſtipulacea?); flores ſpicati axillares aut terminales, habitu & calice ſubſimiles Polygalæ, ſed polypetali & 1-locularem prodentes fructum capſul s Baniſteriæ conformem.*

BROWNÆA, Jacq. L. * Calix infundibuliformis (corolla exterior *Jacq.*) 5-fidus erectus, caliculo minore (calix *Jacq.*) turbinato 2-fido cinctus. Petala 5 unguiculata, tubo calicino inſerta. Stamina 10 ibidem inſerta; filamenta coalita in vaginam hìnc fiſſam apice 10-fidam, alterna breviora; antheræ oblongæ incumbentes. Germen ſuperum pedicellatum cujus ſtipes calici hìnc adnatus; ſtylus 1; ſtigma 1. Legumen 1-loculare polyſpermum?... *Arbuſcula ligno flaveſcente duro; folia oppoſita in ſingulo ramulo 2-3-juga (an potiùs abruptè pinnata*

2-3-juga ?) ; *flores è gemmis axillaribus plures faſciculati, 11-andri in* Hermeſiâ *Loëfl. cæterùm conſimili. Caracter ex Jacq.*

ZYGIA, Brown. * Calix minimus 5-crenatus. Corolla tubuloſa 5-dentata perſiſtens. Stamina 16 infrà coalita in tubum corollâ longiorem ; antheræ ſubrotundæ. Germen 1 ; ſtylus 1 ; ſtigma 1. Legumen longùm compreſſum 8-9-ſpermum. *Arbuſcula ; folia ſubpinnata ; flores ſubſpicati. Caracter ex Brown. Jam. t. 22. f. 3. Confer cum* Mimosâ Bourgoni *Aubl. Guyan. t. 358, fortè conſimili : indè genus ulteriori examine delendum.*

AROUNA, Aubl. * Calix 5-partitus parvus. Corolla 0. Stamina 2 oppoſita, diſco inſerta. Germen ſuperum, diſco impoſitum ; ſtylus 1 ; ſtigma 1. Capſula ovata, hinc ſulcata, intùs pulpoſa & 1-2-ſperma. *Arbor ramis divaricatis alternis ; folia alterna ſtipulacea, alternè & impari-pinnata foliolis (an potiùs folia ſimplicia ?) pariter ſtipulaceis ; flores alternè racemoſi axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 5.*

Obs. Leguminoſæ unam è præcipuis in ordine Vegetantium naturali conſtituunt ſeriem nullatenùs diſturbandam in ſincerâ methodo, licèt Tournefortius arboreas ab herbaceis, Linnæus decandras & diclines à diadelphis ſepoſuerit. Caracter igitur earum primarius non in caule, non in connexione ſtaminum præcipuè conſiſtit, nec in corollâ papilionaceâ cui regulares conſociantur corollæ, ſed deſumendus ex calice monophyllo, ex corollæ polypetalæ ſtaminumque definitorum perigyniâ, ex germine ſupero & ſtylo ſimplici, ex fructu leguminoſo & unilaterali ſeminum inſertione. Duplex ordinis phalanx præcipua, propriis utraque prodiens ſignis & plures complexa generum turmas. Alterius corolla regularis pentapetala & ſeminis membrana interior craſſiuſcula periſpermi æmula & ejuſdem radicula recta & ſtamina plerumque diſtincta & folia abruptè pinnata & quædam cum præmiſſis Roſaceis monogynis cognatio. Numeroſioris alterius corolla papilionacea ſæpè tetrapetala & corculum abſque periſpermo & ejuſdem radicula in lobos incurva & ſtamina ſæpiùs coalita & diverſa foliorum conſtructio & manifeſta cum ſubſequentibus Terebintaceis monoſpermis affinitas. Utriuſque ſectiones aut turmæ primariò deſignantur ſtaminibus diſtinctis aut coalitis, legumine uni aut multiloculari, bivalvi aut articulato aut non dehiſcente, ſecundariò foliorum ſtructurâ, ulterioribus in fructificatione deficientibus ſignis ſolidis. An tamen folia pinnata à ternatis & ſimplicibus verè diſcernenda ? an habenda inſuper ratio ſtipularum quæ à petiolo diſtinguuntur caducæ ſuperſtiteſve, aut eidem alarum inſtar adnaſcuntur ? His tamen admiſſis, quædam priùs diſcerpenda Linnæi genera variè ſtipulata, & iterùm confirmandæ ſpecies omninò congeneres ut certum denique in ſerie immutabili locum obtineant.

Nonnullæ inſignes in Leguminoſis memorandæ exceptiones, nempè 1°. Petala quædam evanida in Gleditſiâ, Tamarindo &c., unicum ſuperſtes in Amorphâ &c., nulla in Ceratoniâ, Detario &c., omnia in corollam monopetalam & ſtaminiferam quandoque coalita in Mimosâ & Trifolio. 2°. Stamina interdùm pauciora quàm decem, rariſſimè indefinita, nonnunquàm monadelpha filamento decimo fiſſuram obturante. 3°. Legumen unico exemplo bivalve valvis carinatis in Hæmatoxylo trivalve in Moringâ,

quadrivalve in quâdam Mimosâ. 4°. Semen in Arachi & Moringâ oleiferum; non farinaceum ut in cæteris. 5°. Fructus quarumdam ſpecierum ſubterraneus in Arachi, Glycine, Lathyro, Viciâ, Trifolio. 6°. Sexus interdùm diſtincti in Mimosâ, Gleditſiâ, Gymnoclado, Glycine &c., 7°. Folia Moringæ impari-tripinnata, Spartii & Erinacei ſuboppoſita. 8°. Glycines unius ſuccus lacteſcens.

Non omittenda foliorum ſeminalium à corculi lobis ſubtùs perſiſtentibus *rara* diſtinctio, inſignis in Phaſeolo & Dolicho & generibus conterminis, futurum definitæ ſectionis ſignum. Spectabilis etiam foliorum contractio veſpertina & matutina expanſio, Somni nomine celebrata (Linn. amæn. 4. t. 333), non in Mimosâ tantùm ſed in omnibus abruptè pinnatis coordinatis, in aliis pluribus Leguminoſis & in quibuſdam cæteris Vegetantibus quotidiana.

ORDO XII.

TEREBINTACEÆ, *LES TEREBINTACÉES.*

CALIX monophyllus inferus, definitè partitus. Petala definita (rariùs nulla) imo calici inſerta, ejuſdem laciniis numero æqualia & alterna. Stamina totidem petalis alterna, aut dupla, eidem puncto inſerta. Germen ſuperum, ſimplex aut definitè multiplex. Germini ſimplici ſtylus unicus (raró nullus) cum ſtigmate ſimplici vel partito, aut multiplex cum numero ſtigmatum æquali; fructus capſularis aut baccatus drupaceuſve, uni aut multilocularis loculis monoſpermis. Germini multiplici ſtyli aut & ſtigmata totidem ſimplicia; capſulæ totidem monoſpermæ diſtinctæ. Semina plerumque in oſſeâ nuce recondita. Corculi periſpermo deſtituti radicula lateralis & reflexa in lobos. Caulis arboreſcens aut fruteſcens. Folia alterna, non ſtipulacea, ſimplicia aut ternata aut impari-pinnata.

I. Germen ſimplex. Fructus unilocularis monoſpermus.

CASSUVIUM, Rumph. Lamark. * ANACARDIUM, L. * *Acajou.* Calix 5-partitus. Petala 5 longiora. Stamina 10, filamentis 9

brevibus & antheris ſubrotundis, 1 longiore & antherâ oblongâ caducâ (*ex Rottboll.* 8-10 baſi monadelpha, antherâ unicâ fertili). Stylus 1; ſtigma 1. Nux reniformis ſemine conformi, inſidens pedunculo ampliato pyriformi carnoſo. *Arbuſcula* (Anacardium occidentale L.) *gummifera*; *folia ſimplicia magna*, *nervo unico longitudinali & cæteris tranſverſis*; *flores parvi albidi*, *paniculati terminales*, *faſciculatim bracteati*, *quidam maſculi germine abortivo* (*an & quidam 5-andri?*); *nux ſub cortice oleoſo-reſinoſa*; *pedunculus floris ſpongioſus eſculentus*, Pomme d'Acajou *dictus*.

ANACARDIUM, Off. L. Lamark. * Semecarpus, LS. * *Anacarde.* Nierenbaum. Calix campanulatus 5-fidus. Petala 5 majora. Stamina 5, antheris oblongis. Styli 3; ſtigmata 3. Nux compreſſa cordiformis baſi latior, ſemine conformi, inſidens pedunculo incraſſato turbinato aut cupulæformi. *Arbores*; *folia & flores ut in Caſſuvio*; *nux pariter reſinoſa*; *ſemen eſculentum.*

MANGIFERA, L. * *Manguier.* Mangobaum. Calix 5-partitus. Petala 5 longiora. Stamina 5, antheris ſubcordatis. Stylus 1; ſtigma 1. Drupa oblonga ſubreniformis fœta nuce oblongâ compreſsâ extùs filamentosâ; ſemen oblongum. *Genus arboreum plures complectens ſpecies aut varietates*; *folia & flores ut in Caſſuvio*; *drupa eſculenta. Stamen unicum fertile ex Forsk.*

CONNARUS, L. * Calix 5-fidus aut 5-partitus. Petala 5. Stamina 10, filamentis baſi coalitis, alternis duplò brevioribus. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula oblonga gibba 2-valvis 1-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Arbores aut frutices*; *folia ternata aut impari-pinnata bijuga*; *flores paniculati terminales. An verè congener* Rhus... *Burm. Zeyl. t. 89* (*Linnæana Connari ſpecies*) *quod in ſicco vidi 5-ſtylum*; *an idem 5-gynum germine unico ſuperſtite?* C. Africani *Lamark ſemen intrà capſulam germinans radiculâ laterali quaſi in cirrhum productâ. Species 5-ſtyla quæ C. pentagynus Lamark. Dict. 2. p. 95. Cavan. diſſ. VII. t. 223 diverſa eſt obſervante Cavanilles, à Rhoë. Burm. Zeyl. t. 89. foliis conſtans 3-nervibus*, *non 1-nervibus*, *ut in icone Burmanni. An C. Africanus Leguminoſis addendus?*

RHUS, T. L. * Toxicodendron, T. * Cotinus, T. * *Sumac*, *Vernis*, *Fuſtet.* Sumach. Calix 5-partitus. Petala 5. Stamina 5 brevia, antheris parvis. Styli 3 breviſſimi aut 0; ſtigmata 3. Bacca parva, fœta nuce 1-ſpermâ. *Arbuſculæ aut frutices*; *folia in* Rhoë T. *impari-pinnata*, *in* Toxicodendro *ternata*, *in* Cotino *ſimplicia*; *flores paniculati aut densè racemoſi*, *interdùm maſculi hermaphroditis mixti*, *præcipuè in* Cotino; *bacca* Rhoïs *villoſa nucleo globoſo*, Toxicodendri *ſtriata nucleo compreſſo*, Cotini *compreſſior. Species quædam vernicifluæ aut cauſtico ſucco interdùm albido turgidæ.*

ROUREA, Aubl. * Calix 5-partitus, extùs tomentoſus. Petala 5. Stamina 10. Styli 5; ſtigmata 5. Drupa nigra 1-ſperma; ſemen teſtâ fragili tectum. *Frutex tortuoſus ramis ſarmentoſis; folia impari-pinnata baſi 2-ſtipulacea; flores paniculati axillares & terminales, ſinguli bracteolati; petala & ſtamina diſco inſerta. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 187. An germen potiùs quintuplex & affinitas cum Cneſti infrà memoratâ? An diſcus non calicinus ſed hypogynus, & indè major cum Sapindis affinitas? An folia verè ſtipulacea?*

II. Germen ſimplex. Fructus multilocularis, loculis quibuſdam interdùm abortivis.

CNEORUM, L. * CHAMÆLEA, T. * *Camèlée.* Calix minimus 3-dentatus perſiſtens. Petala 3 oblonga. Stamina 3 breviora, antheris parvis. Stylus 1; ſtigma 3-fidum. Bacca parva ſicca 3-cocca coccis 1-ſpermis. *Frutex; folia (Oleæ) ſimplicia; pedunculi 1-3-flori axillares. Fructus Euphorbiarum; corculum ut in Terebintaceis.*

RUMPHIA, L. * Calix 3-fidus. Petala 3 oblonga. Stamina 3, petalis æqualia, antheris parvis. Stylus 1; ſtigma 3-gonum. Drupa coriacea turbinata 3-ſulca, fœta nuce 3-loculari 3-ſpermâ. *Arbor; folia (Tiliæ) ſimplicia; flores racemoſi axillares. An radicula corculi incurva? An Sapindis affinior?*

COMOCLADIA, Brown. L. Jacq. * Calix ferè 3-partitus. Petala 3 majora. Stamina 3 breviora, antheris ſubrotundis. Stylus 0; ſtigma 1. Drupa oblonga arcuata ſucculenta, ſupernè 3-punctata, fœta nuce conformi membranaceâ 1-ſpermâ. *Arbores, inciſione ſuccum emittentes glutinoſum, aqueum aut lacteum, contactu aëris nigreſcentem; folia impari-pinnata, foliolis oppoſitis, hirſutis dentatis aut glabris integris; flores racemoſo-paniculati axillares numeroſi minimi racemis magnis, quidam 4-andri calice 4-fido; drupa olivæformis. Caracter ex Jacq. Congener certè* Pſeudo-Braſilium *Plum. mſſ. 6. t. 79 cujus ut & Comocladiæ duplex ſpecies altera glabra, altera hirſuta, utraque ſimiliter pinnata & paniculata & drupacea 1-nuclea & ſucco nigreſcente turgida & inſuper in tincturis rubris uſurpata inſtar ligni Braſiliani, indè* Breſillet bâtard *vernaculè dicta. Flores hujus à Plumerio non obſervati, in Deſportes mſſ. deſcribuntur omninò quales in Comocladiâ ſed apetali. Alterum datur* Pſeudo-Braſilium HRP. *ſed diſſimile, fruteſcens fœmineum maſculo nondùm cognito, cujus foliola pinnarum alterna glabra integra, racemi axillares breves floribus bracteatis, calix turbinatus 5-fidus, petala 5, ſtigma 2-ſulcum ſeſſile germini impoſitum, fructus in ſicco Suriani ſpecimine ſimillimo olivæformis niger rectus teſtaceus abſque oſſeo tegmine, 1-ſpermus ſemine ſulcato, altero loculo & ſemine forsàn abortivo: à Plumerianis ergò diſcrepat,*

poſthàc maſculo innoteſcente (5-andro ?) alibì reponendum. His congener Tariri *frutex tinctorius Aubl. t. 390. ex D. Lamark act. Pariſ. 1784.*

CANARIUM, Rumph. L. * Dioïcum. Calix 2-partitus. Petala 3 caliciformia. MASC. Stamina 5, antheris ſubſeſſilibus oblongis. FŒM. Stylus breviſſimus ; ſtigma capitatum 3-gonum. Drupa. ſicca ovata acuminata, baſi cincta membranâ (calice ?) crenatâ ; nux oblonga 3-gona (3-locularis loculis 1-ſpermis, 2 ſæpè abortivis, ſemine ſuperſtite 6-ſegmentoſo *ex Rumph.*). *Arbores ; folia impari-pinnata foliolis oppoſitis, ſuperiora baſi 2-ſtipulacea ſtipulis criſtatis deciduis ; flores paniculati terminales. Caracter ex Rumph. & Linn.*

ICICA, Aubl. * Calix 4-5-dentatus. Petala 4-5, diſco inſerta, baſi erecta, limbo patentia. Stamina 8-10, ibidem inſerta. Germen diſco cinctum ; ſtylus breviſſimus ; ſtigma capitatum 4-ſulcum. Capſula coriacea, 2-4-valvis 2-4-ſperma ſeminibus oſſeis pulpâ propriâ obvolutis. *Arbores reſinoſæ aut balſamiferæ ; folia ternata aut impari-pinnata oppoſitè 2-3-juga ; flores ſæpiùs paniculati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 130-135. Amyridis congener ex L. Suppl., diſcrepans petalis baſi conniventibus & fructu capſulari polyſpermo. An tamen genus delendum, ſpeciebus aliis Burſeræ adjiciendis, aliis Amyridi quæ fortè rectiùs habenda multilocularis loculis pluribus abortivis. Huic affinis* Vepris inermis *ſeu* Elemifera *Commerſ. arbor balſamifera trifoliata punctato-pellucida 4-petala 8-andra, breviſſimè 4-ſtyla fructu piſiformi 4-ſpermo.*

AMYRIS, L. * Balſamſtrauch. Calix 4-dentatus perſiſtens. Petala 4 patentia. Stamina 8. Stylus 1 craſſus ; ſtigma capitatum. Drupa ſicca ſubrotunda, fœta nuce globosâ nitidâ 1-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Frutices aut arbores ; folia ternata aut impari-pinnata, in quibuſdam punctato-pellucida ; flores panicu-culati axillares & terminales. Species quædam balſamifluæ. Ex Brownæo ſtylus ſubnullus, nux interdùm geminæ : an ideò genus polygynum ? An verè congener* A. Protium L. (Protium *Burm. Ind.*) *diſtincta foliis oppoſitis pinnatis, ſtylo longiore, diſco germinis in urceolum productiore ?*

TODDALIA. * VEPRIS, Commerſ. * PAULLINIA, L. * Calix minimus 5-dentatus. Petala 5. Stamina 5. Stylus 1 brevis aut 0 : ſtigma truncatum. Bacca piſiformis ſicca 5-locularis loculis quibuſdam abortivis. *Frutices Aſiatici, aculeati* (Paullinia aſiatica L. *ſeu* Kaka-toddali *Rheed. Mal. 5. t. 41*) ; *folia ternata punctato-pellucida ; flores paniculati axillares. Caracter ex Commerſ. Fructus punctatus inſtar Aurantii : an indè quædam affinitas ?*

SCHINUS, L. * MOLLE, T. * Dioïca. Calix 5-partitus. Petala 5. MASC. Stamina 10, antheris ſubrotundis. Rudimentum germinis. FŒM. Filamenta ſterilia. Germen 1 ; ſtylus 0 ; ſtigmata 3. Bacca piſiformis 3-locularis 3-ſperma, ſeminibus globoſis. *Ar-*

buſculæ balſamiferæ ; folia (Lentiſci) impari-pinnata, alternè aut ſuboppoſitè multijuga ; odore piperita ; flores racemoſo-paniculati, axillares & terminales, abortu tantùm diclines.

SPATHELIA, L. * Calix 5-partitus coloratus. Petala 5. Stamina 5, filamentis brevibus baſi dilatatis & villoſis, antheris oblongis. Stylus o ; ſtigmata 3. Capſula oblonga 3-gona (marginibus prominulis 3-alata *ex Sloan.*) 3-locularis 3-ſperma ſeminibus triquetris. *Arbuſcula ; folia (Sorbi) impari-pinnata, alternè multijuga, conferta terminalia ; flores inter folia racemoſo-paniculati terminales purpurei.*

TEREBINTHUS, T. * LENTISCUS, T. * PISTACIA, L. * *Terebinte, Lentiſque, Piſtachier.* Piſtacie. Dioïca. MASC. Racemus amentaceus ſquamis 1-floris. Calix 5-fidus minimus. Petala o. Stamina 5, antheris ſubſeſſilibus 4-gonis. FŒM. Racemus laxior. Calix 3-fidus minimus. Petala o. Germen 1 ; ſtyli 3 ; ſtigmata 3 craſſiuſcula. Drupa ſicca ovata, fœta nuce unicâ (2 forsàn abortivis) oſſeâ 1-ſpermâ *Arbores aut arbuſculæ, plures Terebinthinam aut Maſtichen inciſione emittentes ; folia* Terebinthi T. *ternata aut impari-pinnata ſuboppoſitè 2-4-juga*, Lentiſci T. *abruptè pinnata anguſtiora ſubalternè 4-5-juga petiolo communi marginato canaliculato ſuprà acuminato ; racemi axillares ; ſemina quarumdam* (Piſtacia) *majora eſculenta. An flos in omnibus verè apetalus ?*

BURSERA, Jacq. L. * *Gomart.* Calix 3-partitus parvus deciduus. Petala 3 patentia. Stamina 6. Germen 1 ; ſtylus breviſſimus ; ſtigma capitatum. Capſula ſub3-gona 1-locularis 3-valvis valvis carnoſis ſucculentis, 1-ſperma ſemine ſubcordato pelliculâ pulpoſâ circumdato. *Arbores balſamiferæ ; folia interdùm ternata, ſæpiùs impari-pinnata oppoſitè 2-3-juga ; flores racemoſi axillares & terminales, in plurimis arboribus 3-petali 6-andri &c., in quibuſdam diſtinctis 5-petali 8-andri (10-andros dioïcos dicit Brownæus) calice 5-partito & diſco germen cingente & ſtigmate ſeſſili ſub3-fido & fructu hìc matureſcente illìc abortivo ; fructus balſamo terebinthinaceo præprimìs turgidus. Caracter ex Jacq. Prætereà fructus in Muſæo ſiccus drupam exhibet Piſtaciæ ſubſimilem nunc nuce oſſeâ ſimplici 3-gonâ 1-ſpermâ, nunc rariùs geminâ nuce conformi cum tertiæ rudimento fœtam, ideò in exortu 3-ſpermam nuce 1 ſuperſtite. Burſeræ igitur congeneres confirmante D. Lamark*, 1°. Colophonia *Commerſ. Mauritianis* Bois de Colophane, *arbor gratè reſinoſa pinnatifolia cum impari, ex Autore 3-petala 6-andra calice 3-fido & germine abortivo.* 2°. Marignia *ejuſd. ſeu* Colophane bâtard *arbor reſinoſa ſimiliter pinnatifolia & racemifera, ex deſcriptione 5-petala calice minimo 5-partito, 10-andra 1-gyna ſtigmate 1 ſeſſili, fructu coriaceo 5-ſpermo ſeminibus oſſeis hìnc angulatis, quibuſdam abortivis & 1 interdùm ſuperſtite.*

TOLUIFERA, L. * *Tolut*, *Beaumier de Tolut.* Tolubaum. Calix campanulatus 5-dentatus. Petala 5, quorum 4 linearia æqualia, quintum cordatum majus. Stamina 10 breviſſima. Stylus o; ſtigma 1. Fructus ... (piſiformis 4-locularis 4-ſpermus *ex Mill.*) *Caracter ex Linnæo. Arbor balſamifera*; *folia impari-pinnata*; *flores racemoſi axillares. Confer cum præcedenti.*

TAPIRIA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5, diſco hypogyno prominenti inſerta, ut & ſtamina 10. Stylus o; ſtigmata 5. Capſula 5-ſulcata 5-valvis 1-ſperma; ſemina arillata. *Arbor*; *folia impari-pinnata ſuboppoſitè 3-5-juga*; *flores paniculati axillares & terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 188. An potiùs germina 5 & capſulæ 5 approximatæ intùs dehiſcentes?*

POUPARTIA, Commerſ. * Calix minimus 5-fidus. Petala 5. Stamina 10, diſco hypogyno crenato inſerta. Styli 5 approximati; ſtigmata 5. Fructus (drupaceus?) fœtus nuce 5-loculari, loculis 1-2 abortivis. *Arbor Borbonica* Bois de Poupart *dicta*; *folia impari-pinnata* (*quædam ſimplicia intermixta*) *oppoſitè ſub-4-juga*; *flores racemoſi axillares & terminales* (*diclines?*) *Caracter ex Commerſ.*

SPONDIAS, L. * MONBIN, Pl. * *Monbin.* Calix parvus ſub-campanulatus 5-dentatus deciduus. Petala 5 patentia. Stamina 10, diſco glanduloſo inſerta brevia, alterna breviora; antheræ parvæ. Germen 1; ſtyli 5 diſtantes; ſtigmata 5. Drupa ovata, ſtylorum veſtigiis punctiformibus coronata, fœta nuce fibroſâ 5-angulari 5-loculari 5-ſpermâ. *Arbores*; *folia impari-pinnata ſuboppoſitè 5-10-juga*; *flores racemoſi axillares & terminales*, *interdùm 8-andri cum fructu 4-loculari obſervante D. Chanvallon*; *drupa flaveſcens eſculenta. Congener* Evia *Commerſ. cujus altera ſpecies eadem cum* S. Cythereâ *Sonner. Ind. 2. p. 222. t. 123 nuce echinatâ 5-coſtatâ diſtinguitur*, *nuce lævi altera quæ* Amera *Indorum eadem fortè cum* Ambalam *Rheed. Mal. 1. t. 50 & ex Commerſ. cum* Terebinthoïde *Linn. Zeyl. p. 230. An genus rectè Terebintaceis adjunctum? Huic periſpermum ſeminis nullum & radicula recta deſcendens.*

III. Germen multiplex. Fructus multicapſularis capſulis monoſpermis.

SIMABA, Aubl. * Calix 4-5-partitus. Petala 4-5, diſco inſerta. Stamina 10, ibidem inſerta, filamentis baſi villoſis latioribus. Germina 4-5 connata; ſtylus 1 (an potiùs ſtyli 5 connati?); ſtigmata 4-5. Capſulæ 4-5 coriaceæ ovatæ diſtantes. *Frutex*; *folia ternata aut impari-pinnata 2-juga*; *flores axillares*, *corymboſi rariores*, *pedicellis baſi 1-ſquamuloſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 153.*

AYLANTUS, Desfont. * Monoïca aut rariùs hermaphrodita. Calix minimus 5-dentatus. Petala 5, baſi convoluta. MASC. Stamina 10. FŒM. Germina 3-5 incurva; ſtyli 3-5 interiores; ſtigmata 3-5 tumida. Capſulæ 3-5 compreſſæ membranaceæ, longæ linguiformes, medio tumidæ & 1-ſpermæ. HERM. Stamina 2-3. Cætera ut in fœminis. *Arbor Sinica, pro* Rhoë ſuccedaneâ L. *diù habita; folia impari-pinnata; flores faſciculato-paniculati terminales. Confer* Pongelion *Rheed. Mal. 6. t. 15, &* Arborem cœli *ſeu* Aylanto *Rumph. Amb. 3. t. 132. Caracter ex D. Desfontaines act. ac. Pariſ. 1786.*

BRUCEA, Mill. l'Herit. * Dioïca. Calix 4-partitus. Petala 4 receptaculo inſerta. MASC. Glandula 4-loba (fortè germen abortivum?) in imo flore. Stamina 4 inter ejuſdem lobos receptaculo inſerta. FŒM. Filamenta 4 ſterilia. Germina 4; ſtyli 4, ſtigmata 4. Capſulæ 4. *Frutices Abiſſinici à D. Bruce allati; folia impari-pinnata oppoſitè 6-juga, conferta terminalia; flores maſculi glomerati, interruptè ſpicati axillares. Caracter ex D. l'Heritier. Habitu ſimilis & fortè congener* Dodonæa *Plum. ic. 118. f. 1.*

IV. Genera Terebintaceis affinia, diſtincta periſpermo ſeminis carnoſo, & indè Rhamnis contermina.

ÇNESTIS. * Calix 5-partitus, extùs tomentoſus. Petala 5 (receptaculo inſerta?). Stamina 10 ibidem inſerta. Germina 5 hirſuta; ſtyli 5; ſtigmata 5. Capſulæ 5 (quædam abortivæ & interdùm 1 ſuperſtes) leguminiformes breves coriaceæ 2-valves 1-ſpermæ, intùs & extùs villoſo-prurientes. *Frutices, quidam ſcandentes; folia alterna impari-pinnata aut rariùs ternata; flores ſpicati axillares. Caracter ex ſiccis ſpeciebus Commerſ., alterâ Madagaſcarienſi innominatâ, alterâ Borbonienſi dictâ* Pois à gratter. *Utrique ſpecimen floriferum à fructifero diſtinctum, ſed in florifero germina conſpicua: genus ergò hermaphroditum. Diſcrepat* Rourea *Aubl. t. 187. capſulâ ſimplici, cæteris forsàn abortivis.* Κνήθω *ſcalpo.*

FAGARA, L. * Calix 4-5-fidus minimus perſiſtens. Petala 4-5 patentia. Stamina 4-5. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 2-lobum. Fructus ſubpiſiformis 1-capſularis (rariùs 2-5-capſularis) 2-valvis 1-ſpermus ſemine ſubrotundo nitido. *Arbuſculæ aut ſæpiùs frutices inermes vel aculeati; folia alterna, ſimplicia aut ternata aut ſæpiùs impari-pinnata petiolo communi marginato, tenuia & pellucido-punctata; flores faſciculati aut ſubracemoſi axillares; fructus in Linnæanis ſpeciebus 1-capſularis, 2-capſularis in aliis habitu ſimillimis, 3-5-capſularis in* F. pentandrâ *Aubl. t. 30. 5-petalâ & ſub calice 5-dentato 3-bracteatâ, 4-capſularis in*

F. Evodiâ LS. *ſeu* Evodiâ *Forsk t. 7 ſimplicifoliâ 4-petalâ 4-andrâ & intrà diſcum 4-lobum 4-gynâ cum ſtylo & ſtigmate quadruplici An verè congener* T. Octandra L. *ſeu* Elaphrium *Jacq. foliis conforme 4-petalum 8-andrum 1-gynum ſtigmate ſimplici, 1-capſulare 1-ſpermum 2-valve, Burſeræ inſtar balſamo ſcatens præcipuè in fructu?*

ZANTHOXYLUM, L. Lamark * *Clavalier.* Dioïcum, rariùs hermaphroditum. Calix 5-partitus. Petala 0. MASC. Stamina ſæpiùs 5. Rudimentum germinis. FOEM. Germina 5 ſtipitata, rariùs 3-6 aut pauciora; ſtyli & ſtigmata totidem. Capſulæ totidem ſtipitatæ, 1-loculares 1-ſpermæ 2-valves, ſemine ſubrotundo nitido. *Arbuſculæ aculeatæ aut inermes; folia alterna impari-pinnata aut rariùs ternata vel ſimplicia, plerumque punctato-pellucida; flores axillares faſciculati aut rariùs racemoſi. Numerus partium abortu aut luxurie varius. Fagaræ affine ſed apetalum & multicapſulare; capſulæ tamen in quibuſdam Fagaris geminæ aut plures, cæterarum abortum in unicapſularibus indicant. Alterutri addenda generi* Macquetia *Commerſ. Borbonienſibus* Bois de Poivrier *arbor fructu conformi 1-2-capſulari, floribus ſpicato-paniculatis axillaribus nondùm obſervatis, foliis impari-pinnatis, junioribus aculeatis tenuibus multijugis, vetuſtioribus 4 jugis inermibus majoribus. An utrique etiam coordinandæ Toddalia & microcarpæ Amyridis ſpecies foliis punctato-pellucidis, diſtinguendæ tamen fructu non multicapſulari ſed multiloculari? an corculum in iis pariter periſpermo tectum?*

PTELEA, L. * Calix parvus 4-partitus. Petala 4 majora patentia. Stamina 4 petalis alterna. Germen 1; ſtylus brevis; ſtigmata 2. Capſula compreſſa membranacea latiùs marginata, centro tumiduſculo 2-locularis 2-ſperma ſeminibus oblongis. *Frutices; folia alterna, ternata aut rariùs impari-pinnata 2-3-juga; punctato-pellucida; flores ſubcorymboſi axillares & terminales, interdùm 5-petali 5-andri 3-ſtigmatoſi 3-loculares, interdùm etiam ex D. Medico dioïci; corculum oblongum periſpermo carnoſo inſtructum ut in præcedentibus. Hùc refert Linnæus fil. Suppl.* Blackburniam *Forſt. t. 6, habitu & flore ſimilem, ſtigmate tamen ſimplici & fructu ignoto.*

V. Genera Terebintaceis affinia, periſpermo carnoſo deſtituta.

DODONÆA, L. * Calix 4-partitus deciduus. Petala 0. Stamina 8 antheris ovatis ſubſeſſilibus. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma ſub3-fidum. Capſula 3-quetra 3-locularis 3-valvis, loculis 2-ſpermis, valvis compreſſis carinatis carinâ alatâ, margine applicitis receptaculo centrali membranaceo 3-gono ſtylifero, in angulis valvifero, in faciebus ſeminifero; ſemina

ſubrotunda; corculum ut in Sapindis convolutum abſque periſpermo. *Frutices*; *folia ſimplicia alterna*; *flores ſubracemoſi terminales & axillares*, *interdùm 7-andri*; *calix quandoque 3-5-partitus*; *capſula Pteleæ ſed 3-alata*, *rariùs abortu 2-alata 2-locularis*, *ſtructurâ & ſeminibus diſcrepans à Terebintaceis*.

AVERRHOA, L. * *Carambolier*, *Bilimbi*. Calix 5-partitus parvus. Petala 5 baſi erecta, limbo patentia. Staminum filamenta 10, baſi in annulum coalita, alterna breviora, nunc omnia antherifera, nunc alterna ſterilia vix conſpicua. Germen 5-gonum; ſtyli 5 perſiſtentes; ſtigmata 5. Bacca ſubovata magna 5-angula inter angulos profundè ſulcata, intùs pulpoſo-acida 5-locularis loculis 2-ſpermis; ſemina angulata membranis diſtincta. *Arbuſculæ*; *folia alterna impari-pinnata*, *alternè multijuga*; *flores racemoſo-paniculati*, *trunco & imis ramis innaſcentes aut interdùm axillares*, *parvi rubentes*, *plures abortivi*. *An ſemina periſpermo deſtituta? an plura in loculis*, *aut plures loculi?*

JUGLANS, L. * NUX, T * *Noyer*. Wallnuſs. Monoïca. MASC. Flores amentacei. Singulis calix latere pedicellatus, ſubtùs ſquamâ florali inſtructus, ſuprà planus, ellipticus 6-partitus. Corolla 0. Stamina circiter 18, diſco glanduloſo inſerta, antheris erectis ſubſeſſilibus. FOEM. Flores 2-3 juncti ſeſſiles. His calix ſuperus 4-fidus. Corolla major 4-partita marceſcens. Germen inferum; ſtyli 2 breves; ſtigmata 2 magna, ſupernè lacera. Drupa infera ſubovata magna, fœta nuce oſſeâ ſæpiùs 2-valvi, extùs rugoſâ aut lævi, intùs ſemi-4-loculari 1-ſpermâ, ſemine plurimùm ſinuoſo infrà 4-lobo, diſſepimentis membranaceis lobos diſtinguentibus. *Arbores*; *folia alterna*, *in* J. baccatâ *ternata*, *in cæteris impari-pinnata alternè 3-7-juga*; *flores fœminei in ramulis terminales*; *amenta maſcula remota axillaria*; *drupa ferè exſucca*, *nigro colore inficiens*; *ſemen eſculentum ex quo oleum exprimitur*; *huic periſpermum nullum & radicula recta aſcendens*. *Genus nulli ordini verè affine*; *habitu ſubſimile Terebintaceis ſed diſcrepans germine infero & florum ſeminiſque ſtructurâ*.

OBS. Nondùm rectè definitus ordo, in plures poſthàc dividendus ratione fructûs & ſeminum &c. 1°. Caſſuvia diſtinguuntur foliis ſimplicibus, fructu monoſpermo, radiculâ ſeminis inferiore ſeu laterali incurvâ aſcendente, indè ſubſimilia Leguminoſis monoſpermis præcedentibus, ſed diſcrepantia ſtipularum defectu & depreſſiori ſtaminum inſertione. 2°. Terebintaceas veras deſignant folia ſæpiùs pinnata aut ternata, drupa nucibus quibuſdam fœta monoſpermis, radicula ſeminis plerumque ſuperior incurva deſcendens. Anceps in iis inſertio ſtaminum quæ, ut in nonnullis decimæ tertiæ claſſis ordinibus jam anteà p. 255 recenſitis, diſco inſident glanduloſo inter piſtillum & calicem medio & ex utriuſque aut alterutrius baſi oriundo. Calicina tamen hujus indoles in quibuſdam generibus manifeſtior, analogiâ duce ſimilis indicatur in coordinatis, perſiſtente nihilominùs ordinum

ſupràdictorum affinitate quæ futuram omnium recognitionem, & forsàn novæ claſſis inſertione ambiguâ definitæ conſtitutionem exigit. 3°. Zantoxyla foliis pinnatis aut ternatis ſæpiùs punctato-pellucidis, fructu multiloculari aut multicapſulari loculis aut capſulis monoſpermis, periſpermo denique carnoſo corculum rectum ambiente præprimìs notabilia, indè collimant Rhamnos ſeminis ſtructurâ ſimiles & fortè Cookiam Aurantiis p. 289 conſociatam. 4°. Diviſionibus memoratis minùs accommodantur genera quædam ordini interjecta, ignotorum ordinum fortè primordia.

ORDO XIII.

RHAMNI, *LES NERPRUNS.*

CALIX inferus monophyllus, limbo definitè diviſo. Petala quinque, rariùs quatuor aut ſex (rariſſimè nulla), ſummo calici aut diſco calicino inſerta, ejuſdem laciniis alterna & numero æqualia, interdùm unguiculata ſquamiformia, interdùm baſi latiore juncta. Stamina totidem, ibidem inſerta, petalis nunc alterna nunc oppoſita. Germen diſco glanduloſo calicino cinctum, ſuperum; ſtylus unicus aut definitè multiplex, ſtigma unum aut multiplex. Fructus ſuperus, nunc baccatus multilocularis aut multinux loculis aut nucibus monoſpermis, nunc capſularis multilocularis multivalvis valvis medio ſeptiferis & loculis mono aut diſpermis. Corculum planum & rectum periſpermo carnoſo cinctum. Caulis arboreus aut fruteſcens; folia ſtipulacea ſtipulis ſæpè minimis, alterna aut oppoſita.

I. Stamina petalis alterna. Fructus capſularis.

STAPHYLEA, L. * STAPHYLODENDRON, T. *Staphylin.* * Pimpernuſs. Calix profundè 5-fidus concavus coloratus, diſco urceolato baſi tectus. Petala 5 diſci margini inſerta, calici concolora. Stamina 5 ibidem inſerta. Germen 2-3-partitum; ſtyli 2-3; ſtigmata 2-3. Fructus 2-3-capſularis, capſulis membranaceis veſicariis ad medium coalitis, apice intùs dehiſcentibus 1-2-ſpermis; ſemina oſſea ſubgloboſa, ad hylum obliquè truncata.

Arbuſculæ; folia oppoſita, ſtipulacea ſtipulis longis, ternata aut impari-pinnata, foliolis 1-ſtipulaceis; flores racemoſi terminales racemulis 2-ſtipulaceis.

EVONYMUS, T. L. * *Fuſain.* Spindelbaum. Calix 5-partitus aut 5-fidus planus, baſi tectus diſco peltato plano. Petala 5 diſci margini extùs inſerta, patentia. Stamina 5 impoſita glandulis 5 ſuprà diſcum prominulis. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula 5-angularis, 5-locularis 5-valvis, valvis medio ſeptiferis, loculis in pulpâ aut arillo 1-2-ſpermis. *Arbores aut arbuſculæ ramulis 4-gonis; folia oppoſita vix ſtipulacea; pedunculi axillares ſolitarii oppoſiti, uniflori aut umbellatìm multiflori.* E. Tobiræ *Thunb. Jacq. ſeu* Tobiræ *Kæmpf. rami alterni ſublacteſcentes, folia alterna aut ſuboppoſita; flores citrati interdùm 6-petali 6-andri, capſula interdùm 3-locularis 3-valvis loculis 4-ſpermis, cætera ſimilia.*

POLICARDIA. * Calix minimus 5-lobus. Petala 5 rotundata. Stamina 5, filamentis brevibus, antheris ſubrotundis. Germen latum, ſtylus 1; ſtigma lobatum. Capſula coriacea 5-locularis 5-valvis (interdùm 3-4-locularis 3-4-valvis), valvis medio ſeptiferis, ſeptis utrinque baſi ſeminiferis; ſemina pauca oblonga, ad hylum ſemiarillata, arillo caliciformi laciniato. *Frutex Madagaſcarienſis* (Commerſonia *Commerſ. herb.*); *folia alterna ovato-oblonga integra; pedunculi floriferi terminales aut & foliis alterni, cordato-alati apice 3-4-flori, indè ſimiles foliis cordatis in ſupremo ſinu floriferis. Caracter ex ſicco.* Πολυκαρδία *plurìes cordata.*

CELASTRUS, L. * Celaſter. Calix minimus 5-lobus. Petala 5 patentia, ungue lato. Stamina 5 filamentis oblongis. Germen parvum, diſco lato 10-ſtriato immerſum; ſtylus 1 brevis; ſtigmata 3. Capſula 3-gona 3-locularis, 3-valvis valvis medio ſeptiferis, loculis baſi 1-2-ſpermis; ſemina glabra, ſemiarillata arillo 4-fido. *Arbuſculæ aut frutices; folia alterna; pedunculi plures axillares ſubdichotomè multiflori. An indè diſtrahenda ſpecies ſtylo vix manifeſto quæ* Sonneratia *Commerſ., & altera ſtylo longiore, antheris oblongis, fructu ſæpiùs 2-loculari 2-valvi 6-ſpermo quæ* Senacia *ejuſdem?*

II. Stamina petalis alterna. Fructus drupaceus aut baccatus. *Genera quædam petalis baſi latâ coalitis.*

MYGINDA, Jacq. L. * Calix minimus 4-partitus. Petala 4 patentia. Stamina 4, filamentis brevibus, antheris ſubrotundis. Styli 4 breves; ſtigmata 4. Drupa piſiformis fœta nuce 1-ſpermâ. *Frutex radice craſſâ; folia oppoſita, pedunculi axillares bis 3-flori; flores minimi. Caracter ex Jacq. An genus abortu 1-ſpermum? Huic ex D. Smith omninò ſimilis* Rhacoma L. *quæ ex Linnæo diſcrepat corollâ 4-partitâ, ſtylo & ſtigmate ſimplici.*

GOUPIA, Aubl. * *Goupi.* Calix minimus 5-dentatus. Petala 5, diſco calicino extùs inſerta, lanceolata, apice intùs appendiculata, appendice lamelliformi propendente. Stamina 5, diſco impoſita, filamentis brevibus, antheris 4-gonis. Stylus o; ſtigmata 5. Bacca piſiformis 5-ſtriata 1-locularis 3-5-ſperma, baſi calicis perſiſtenti adnata. *Arbor; folia alterna nervo præcipuo paululùm devio, ſtipulacea ſtipulis minimis; pedunculi ſolitarii axillares, umbellatim aut capitatim multiflori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 116.*

RUBENTIA, Commerſ. * Calix minimus 5-partitus. Petala 5 patentia, ungue lato. Stamina 5, filamentis brevibus, antheris ſubrotundis. Stylus breviſſimus; ſtigma 1. Drupa olivæformis, fœta nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbores; rami oppoſiti nodoſi; folia oppoſita, in junioribus ramulis aut arbuſculis longa anguſtiſſima, in vetuſtioribus ovata breviora; pedunculi axillares dichotomè multiflori; ſemen 1 ſæpè abortivum. Caracter ex Commerſ.* Rubentia *à vernaculo Mauritianorum nomine* Bois rouge, Bois d'Olive. *Confer cum Caſſine & Schreberâ. An congener* Elæodendrum Orientale *Jacq. ic. rar. 48, Murr. ſyſt.? Affinis etiam* Peumus *Molinæ Chil., cui ex Autore folia alterna aut rariùs oppoſita, calix 6-partitus, petala 6, ſtamina 6, germen 1-ſtylum, drupa olivæformis, fœta nuce 1-ſpermâ, ſemine oleoſo: hujus ſpecies quadruplex arborea,* Peumo *Chiloenſibus dicta.*

CASSINE, L. * Calix minimus 5-partitus. Petala 5 patentia baſi lata & ſubcoalita, undè corolla 5-partita. Stamina 5. Stylus o; ſtigmata 3. Bacca 3-locularis 3-ſperma, ſtigmatibus umbilicata. *Arbuſculæ aut frutices; folia oppoſita aut alterna; pedunculi axillares.*

SCHREBERA, L. * Calix parvus 5-partitus. Corolla infundibuliformis 5-fida. Stamina 5 fauci corollæ inſerta, filamentis baſi intùs ſquamulâ ciliatâ auctis, antheris ſubrotundis. Germen 2-lobum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Fructus 2-locularis 2-ſpermus. *Frutex; folia alterna; pedunculi plures axillares multiflori. Caracter ex Linnæo. Stylus interdùm 1 ex Schrebero; fructus capſularis 2-locularis ex eodem. Vidi in ſicco drupam olivæformem tenuem, ſiccatione fragilem, (abortu?) 1-ſpermam. An corolla verè 5-fida? an potiùs 5-partita? Hujus omninò congener* Hartogia *Thunb. LS. 4-petala 4-andra 1-ſtyla drupacea nuce 2-ſpermâ. Confer cum Rubentiâ & Caſſine habitu ſimilibus.*

ILEX, L. * AQUIFOLIUM, T. * *Houx.* Stechpalme. Calix minimus 4-dentatus. Corolla 4-partita, ſeu 4-petala petalis ungue lato cohærentibus. Stamina 4. Stylus o; ſtigmata 4. Bacca parva ſubrotunda, fœta nucibus 4 monoſpermis. *Arbuſculæ aut frutices; folia alterna, in quibuſdam ſempervirentia & dentato-ſpinoſa; pedunculi axillares multiflori. Flores interdùm 5-andri 5-ſpermi. Vidi drupam olivæformem 2-ſpermam in ſpecie novâ*

novâ Madagaſcarienſi. An congener Macoucoua *Aubl. t. 34, flore ſimilis, fructu ignoto.* Dodonæa *Plum. foliis impari-pinnatis, floribus racemoſis terminalibus 3-partitis 3-andris 1-2-ſpermis, anteà Ilici adjecta à Linnæo, dein in ejuſd. ſyſt. omiſſa, Terebintaceis & Bruceæ affinior.*

PRINOS, L. * *Apalachine.* Calix minimus 6-fidus. Corolla 6-partita plana. Stamina 6, filamentis ſubulatis, antheris oblongis. Stylus brevis; ſtigma 1. Bacca ſubrotunda, fœta 6 nucibus 1-ſpermis. *Arbuſculæ aut frutices; folia alterna, in quibuſdam ſempervirentia; pedunculi axillares multiflori; flores parvi, interdùm 5-7-8-fidi 5-7-8-andri 5-7-8-ſpermi.*

III. Stamina petalis oppoſita. Fructus drupaceus.

MAYEPEA, Aubl. * Calix 4-fidus patens. Petala 4, inter calicis diviſuras inſerta, baſi concava, apice in filamentum longum attenuata. Stamina 4, antheris ſubſeſſilibus in petalorum cavitate reconditis. Stylus 0; ſtigma craſſiuſculum concavum. Drupa olivæformis fœta nuce lignosâ 1-ſpermâ. *Arbuſcula; folia ſuboppoſita aut alterna; pedunculi axillares di aut trichotomè multiflori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 31.*

SAMARA, L. * Calix minimus 4-partitus. Petala 4 baſi lacunoſa. Stamina 4, filamentis petalorum lacunæ immerſis, antheris ſubcordatis. Stylus 1; ſtigma infundibuliforme. Drupa ſubrotunda 1-ſperma. *Arbor ramulis apice tantùm folioſis & ſubtùs floriferis; folia alterna (oppoſita ex Burm. Zeyl. deſcr. & ic. 31); flores parvi umbellati corymboſi, corymbis numeroſis parvis congeſtis ramulos obtegentibus. Caracter ex Linnæo.*

RHAMNUS, T. L. * FRANGULA, T. * ALATERNUS, T. * *Nerprun, Bourgène, Alaterne.* Kreützdorn. Calix urceolatus (corolla *Linn.*) 4-5-fidus. Petala 4-5 (ſquamulæ *Linn.*) minima ſquamiformia, rarò nulla. Stamina 4-5 ſub petalis. Stylus 1; ſtigma 2-4-fidum. Bacca 3-4-ſperma. *Arbuſculæ aut frutices; quorumdam ramuli apice pungentes; folia ſuboppoſita aut ſæpiùs alterna, in* Alaterno T. *ſempervirentia lucida; flores axillares, interdùm abortu dioïci; bacca 4-ſperma tum in* Rhamno T. *4-petalo 4-andro, tum in* Frangulâ T. *5-petalâ 5-andrâ, 3-ſperma in* Alaterno T. *5-andrâ 5-petalâ aut interdùm apetalâ.*

ZIZIPHUS, T. * RHAMNUS, L. * *Jujubier.* Calix patens 5-fidus. Petala 5 ſquamiformia, diſco glanduloſo calicino inſerta. Stamina 5 ibidem inſerta. Germen diſco cinctum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Bacca ovata, fœta nuce 2-loculari 2-ſpermâ. *Arbuſculæ aut frutices; folia alterna, in plurimis 3-5-nervia, ſtipulis ſæpè ſpineſcentibus; flores axillares. Drupa in paucis 1-ſperma.*

PALIURUS, T. * RHAMNUS, L. * *Paliure, Argalou.* Calix, petala, ſtamina & germen Ziziphi. Styli 3; ſtigmata 3. Fructus

oſſeus 3-locularis 3-ſpermus non dehiſcens, cortice ſuberoſo, hemiſphæricus truncato-peltatus planus marginatus. *Arbuſculæ; folia alterna, ſæpè 3-nervia, ſpinis ſpineſcentibus; pedunculi multiflori axillares.*

IV. Stamina petalis oppoſita. Fructus tricoccus.

COLLETIA, Commerſ. * Calix urceolatus, baſi intùs plicis 5 ſquamiformibus inſtructus, limbo 5-fido patente aut reflexo. Petala 0. Antheræ 5 ſubſeſſiles ſummo calici inſertæ, inter ejuſdem lacinias. Germen 3-gonum; ſtylus 1; ſtigma 3-lobum. Fructus 3-coccus 3-ſpermus parvus, baſi calicis perſiſtente infrà cinctus. *Frutices ſpinoſiſſimi oppoſitè ramoſi & ramuloſi, nunc penè aphylli, nunc foliacei foliis ſuboppoſitis; ramuli omnes apice ſpinoſi, ſpinis ideò decuſſatìm oppoſitis, baſi 3-5-floris, floribus interdùm 4-6-fidis 4-6-andris. Caracter ex Commerſ. Braſil. & ex J. Juſſ. Peruv. Nomen à D. Collet methodi Tourneſortianæ acri impugnatore, Commerſonii conterraneo, qui floram Breſſicam proſecutus fuerat nondùm etiam nunc evulgatam.*

CEANOTHUS, L. * Calix turbinatus 5-fidus. Petala 5 ſquamiformia longiùs unguiculata. Stamina 5 ſub petalis. Germen 3-gonum; ſtylus 1 trifidus; ſtigmata 3. Bacca ſicca 3-cocca 3-partibilis, coccis intùs dehiſcentibus 1-ſpermis, baſi calicis perſiſtenti impoſita. *Frutices; folia alterna; flores racemoſi terminales aut axillares. An genere diſtinguenda* Tubanthera *Commerſ.* (*eadem cum* Katapa *Rheed. Mal. 5. t. 47. & fortè cum* C. Aſiatico L.) *cui ex Commerſ petala brevia ſtaminibus circumvoluta & tubiformia, ſtylus ſubnullus, pedunculi axillares multiflori, cætera ſimilia?*

HOVENIA, Thunb. * Calix 5-fidus. Petala 5 convoluta. Stamina 5, petalis obvoluta. Stylus 1; ſtigmata 3. Capſula piſiformis 3-ſulca 3-locularis 3-valvis 3-ſperma, baſi calicis perſiſtente infrà cincta. *Arbor; folia alterna (ſtipulacea?); pedunculi axillares & terminales dichotomè multiflori, apice poſt floreſcentiam divaricati, incraſſati & carnoſi edules ſapore dulci, pedicellis brevibus linearibus 1-floris; flores caduci, interdùm 4-petali 4-andri. Caracter ex Thunb. Jap. & Kæmpf. am. t. 809.*

PHYLICA, L. * Calix turbinatus 5-fidus. Petala 5 ſquamiformia minima. Stamina 5 parva, ſub petalis. Stylus 1; ſtigma 1. Capſula (interdùm ſubbaccata) ſubrotunda 3-cocca coccis 1-ſpermis, intùs angulatis & dehiſcentibus. *Suffrutices ericæformes; folia alterna aut verticillatìm conferta, plerumque non ſtipulacea; flores ſæpiùs capitati terminales capitulo densè involucrato, rariùs diſtincti axillares, quidam dioïci, quidam 3-ſtigmatoſi. Caracter Rhamnorum, habitus diverſus.*

V. Genera Rhamnis affinia, germine ſæpiùs ſupero.

BRUNIA, L. * Flores capitati, aggregati ſuprà receptaculum commune paleaceum, intrà calicem communem polyphyllum. Singulis calix 5-partitus inferus, aut rariùs 5-fidus ſuperus. Petala 5 longa anguſta unguiculata. Stamina 5, petalorum unguibus inſerta. Germen ſuperum aut inferum; ſtylus 1, rariùs duplex; ſtigmata 2. Capſula minima 2-locularis 2-ſperma, rariùs 1-locularis 1-ſperma, non dehiſcens. *Caracter ex Linnæo. Frutices habitu Ericæ & Proteæ; folia linearia, alterna aut confertìm imbricata; capituli florum terminales. Genus dividendum ratione ſitûs & numeri partium, Phylicæ partìm affine.* B. radiata L. *&* B. glutinoſa L. *utraque inſignis interioribus calicis communis foliolis longioribus patentibus radium mentientibus, nomine* Staaviæ *diſtinguitur à D. Dahl. obſ. bot.*

BUMALDA, Thunb. * Calix 5-partitus. Petala 5 hypogyna. Stamina 5, unguibus petalorum inſerta; antheræ dorſo inſertæ. Germen ſuperum villoſum; ſtyli 2 villoſi; ſtigmata 2. Capſula 2-locularis 2-roſtris ?... *Frutex densè ramoſus glaber; ramuli oppoſiti angulati: folia oppoſita ternata; flores racemoſi terminales. Caracter ex Thunb. Jap. An Bruniæ affinis; an affinior Berberidibus ?*

VI. Genera Rhamnis affinia, germine infero diſtincta.

GOUANIA, Jacq. L. * Calix ſuperus turbinatus 5-fidus, intùs diſco veſtitus membranaceo in 5 lacinias calicinis oppoſitas producto. Petala 5 ſquamiformia. Stamina 5, petalis oppoſita & iiſdem obvoluta. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Fructus triqueter 3-capſularis, capſulis 3-gonis dorſo ſæpiùs 2-alatis, 1-ſpermis non dehiſcentibus. *Frutices ſarmentoſi ſcandentes; folia alterna ſtipulacea; ramuli axillares in cirrhum deſinentes aut in racemum floralem cirrho conterminum; flores maſculi hermaphroditis mixti, germine & ſtigmatibus evanidis; periſpermum in ſemine tenuiſſimum aut ſubnullum; habitus Vitis & Paulliniæ.*

PLECTRONIA, L. * Calix turbinatus 5-dentatus perſiſtens; clauſus ſinubus ſeu ſquamis 5 villoſis. Petala 5, calicis fauci inſerta. Stamina 5, filamentis breviſſimis 2-antheris, obtecta ſquamis calicinis. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca 2-locularis loculis 1-ſpermis. *Arbor ramis 4-gonis; folia oppoſita integerrima; flores corymboſi axillares. Caracter ex Burm. & Linn.*

CARPODETUS, Forſt. * Calix turbinatus, germini adnatus, 5-dentatus dentibus deciduis. Petala 5 perigyna. Stamina 5 brevia perigyna. Germen ſemiinferum; ſtylus 1; ſtigma ca-

pitatum. Bacca ſemiinfera medio annulata, ſphæricea ſicca 5-locularis (polyſperma?). *Caracter ex Forſtero t. 17.*

AUCUBA, Thunb. * Calix 4-dentatus brevis perſiſtens. Petala 4... MASC. Stamina 4, receptaculo inſerta, petalis alterna. Receptaculum convexo-planum, medio excavatum foveâ quadratâ. FOEM. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca ſtylo perſiſtente coronata ſubcarnoſa 1-ſperma. *Arbores ramis dichotomis; folia in ramulis terminalia conferta; flores paniculati terminales. Caracter ex Thunb. Jacq. An Ericis affinior?*

VOTOMITA, Aubl. * Calix turbinatus 4-dentatus ſuperus. Petala 4, diſco ſupero inſerta. Stamina 4, antheris oblongis ſubſeſſilibus, in cylindrum ferè coalitis, apice in ligulam membranaceam productis, intùs dehiſcentibus. Germen inferum; ſtylus 1 ſtaminum cylindro tectus; ſtigmata 4. Drupa calicinis dentibus coronata, 1-locularis 1-ſperma ſemine ſtriato. *Frutex ramis 4-gonis; folia oppoſita integra ſtipulacea; pedunculi axillares 3-4-flori pedicellis umbellatis bracteolatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 35.*

OBS. Diverſos inter ordines polypetalos ſtaminum perigyniâ deſignatos, quidam ſtaminibus depreſſiùs inſertis præcedenti conſentiunt claſſi ut Terebintaceæ, Sempervivæ &c.; plurimi altiore calicinâ inſertione certiùs definiuntur, ab invicem diſcrepantes germinum numero & ſitu, ſtaminibus definitis aut indefinitis, periſpermo ſeminis exiſtente aut nullo aliiſque demùm ſecundariis ſignis. Ex eâ quaſi ſecedunt ſerie ultimi prodeuntes Rhamni, periſpermo diſtincti carnoſo corculum planum obvolvente & indè præmiſſis Zanthoxylis ſubſimiles, affinioreſque ſubſequentibus Euphorbiis. Horum ſectio duplex præcipua verè naturalis, altera ſtaminum petalis baſi latioribus alternorum quæ corollas ſubmonopetalas polypetalis & fructus baccatos capſularibus conſociat, altera ſtaminum petalis unguiculatis oppoſitorum quæ drupaceos fructus tricoccis adjungit. Diſpar in utrâque capſularum ſtructurâ, in priore multivalvis valvis medio ſeptiferis, in poſteriore multicocca coccis intùs dehiſcentibus Euphorbiarum more. An indè dividendus ordo? An contrà rectiùs coordinanda Rhamnis genera germine infero inſtructa, ut Gouania, Plectronia &c.? Corolla ſubmonopetala Ilicem & confines tantillùm admovet Sapotis p. 168, habitu non prorsùs diſſonis.

CLASSIS XV.

PLANTÆ DICOTYLEDONES APETALÆ.

STAMINA IDIOGYNA,

SEU

A PISTILLO SEGREGATA.

FLORES nunc monoïci ſeu maſculi fœmineis mixti in eâdem plantâ; nunc dioïci ſeu in unâ maſculi, fœminei in alterâ; nunc rariſſimè hermaphroditi. Calix omnibus monophyllus aut ſquama calicem ſupplens. Corolla nulla, ſed interdùm ſquamæ aut diviſuræ calicinæ interiores petaloïdeæ. Maſculis floribus ſtamina imo aut ſummo calici aut ſquamæ calicem ſupplenti inſerta, definita aut rariùs indefinita, filamentis diſtinctis aut rariùs coalitis in ſtipitem centralem è medio calice enatum. Germen fœmineis ſimplex aut interdùm multiplex, ſuperum aut rariùs inferum; ſtylus unicus aut multiplex aut rarò nullus; ſtigma ſimplex aut multiplex. Fructus ſuperus aut inferus, ſtructurâ & loculorum numero varius.

Obs. Jam in decem claſſibus numeroſa comparuit ordinum dicotyledonum ſeries, nunc impedimentis ſoluta pleno decurrens tractu, nunc operoſiùs procedens ambagibus intricata, ſexubus in eodem flore conjunctis ſuperbiens, & pauciores datis exceptionibus plantas abortu diclines complexa. Nonnulli præterea

ordines extant ſemine bilobo pariter inſigniti ſed in ſejunctis floribus ſexualia retegentes organa nullo ſæpiùs manifeſto abortu, mutuæ ideò ſexuum poſitionis caracterem exhibere neſcii & ſubindè *irregulares* ſeu traditis inſertionum regulis non obſequioſi, quos igitur neceſſe fuit in peculiarem & à præmiſſis diſtinctam claſſem compellere. Tales habentur Euphorbiæ, Cucurbitaceæ, Urticæ, Amentaceæ, Coniferæ. Periſpermum Euphorbiis & Coniferis ineſt carnoſum corculo in his cylindrico & in illis plano circumpoſitum, cæteris nullum datur. Flores in Coniferis & Amentaceis ferè omnes amentacei ſeu ſuprà axim communem Amentiformem densè ſpicati & tunc caudam felinam ſimul æmulantes, in Urticis quidam tantùm amentacei, in Cucurbitaceis & Euphorbiis aliter diſpoſiti: indè deducta ordinum diſtributio. Corolla in amentaceis floribus omninò nulla, in pleriſque aliis diclinibus hùc convocatis certò etiam deficiens, in nonnullis Euphorbiarum generibus pſeudo-polypetala, ad libitum pro petalis aut rectiùs analogiâ duce pro ſquamis calicinis petaloïdeis habenda. Ut in præcedenti ſerie nonnullas diclines hermaphroditis commixtas plantis admittit exceptio, ſic in diclinium ordines quædam irrepunt hermaphroditæ conſentiente aut & jubente naturâ quæ ſtabiliores interdùm eludit regulas, nonnunquàm inſtabilis ipſa aut abſtruſis legibus obtemperans. Accedunt Rhamnis tricoccis Euphorbiæ plures fructu & aliis ſignis conformes; Atriplicibus accedunt Urticæ nonnullæ ſimliter apetalæ ſed diclines & periſpermo deſtitutæ: quædam igitur inter diclines & hermaphroditos ordines, inter apetalos & polypetalos jam pluriès promulgata ſubſiſtit affinitas.

ORDO I.

EUPHORBIÆ, *LES EUPHORBES.*

Wolfsmilch Familie.

Flores monoïci aut dioïci; aut rariùs hermaphroditi. Calix ſingulorum tubuloſus aut partitus, ſimplex aut duplicatus laciniis interioribus interdùm petaloïdeis. Petala nulla, niſi laciniæ ſuprà dictæ. Maſculis ſtamina definita aut indefinita, filamentis receptaculo ſeu calicis centro inſertis, diſtinctis aut connatis, interdùm ramoſis, interdùm articulatis. In quibuſdam paleæ ſeu ſquamulæ ſtaminibus interjectæ. Fœmineis germen unicum ſuperum, ſeſſile aut ſtipitatum. Aliis ſtylus multiplex, ſæpè trinus; capſula loculis totidem mono aut diſpermis. Aliis ſtylus unicus; ſtigmata tria aut plura; fructus multilocularis, loculis numero ſtigmatum mono vel diſpermis. Omnibus loculi intùs elaſticè bivalves; ſemina ſemicalyptrata, axi fructûs centrali perſiſtenti ſuperiùs annexa. Corculum planum, periſpermo carnoſo involutum. Plantæ herbaceæ aut truteſcentes aut arboreæ, quædam lacteſcentes. Folia alterna aut oppoſita (rariùs nulla), ſtipulacea aut nuda.

I. Styli plures definiti, ſæpiùs tres.

MERCURIALIS, T. L. * *Mercuriale.* Bingelkraut. Dioïca aut rariùs monoïca. Calix 3-partitus. Masc. Stamina 9-12 diſtincta. Foem. Germen didymum 2-ſulcum; filamenta 2 brevia ſterilia, ex imis ſulcis enata & appreſſa germini; ſtyli 2; ſtigmata 4. Capſula 2-cocca 2-ſperma. *Herbæ; folia oppoſita ſtipulacea; flores axillares aut terminales, ſpicati aut tantùm faſciculati. Plantæ in Act. Pariſ. 1719 duæ ſteriles maſculæ foliis alternis capillaceis à Marchantio memorantur tanquàm* M. annuæ L. *varietates hybridæ.*

EUPHORBIA, L. * TITHYMALUS, T. * TITHYMALOÏDES, T. * EUPHORBIUM, Iſn. * *Titimale*, *Euphorbe.* Wolfsmilch. Hermaphrodita. Calix 1-phyllus (corolla T.) turbinatus, limbo 8-10-dentato, dentibus alternis inflexis, alternis exterioribus (petala L.) formâ variis, craſſiuſculis, glandulæformibus aut petaloïdeis, nunc ſimplicibus, nunc 2-3-fidis aut rariùs multifidis. Stamina indefinita 12 aut plura, rariùs pauciora; filamenta receptaculo inſerta, medio articulata, diverſo tempore erumpentia; antheræ didymæ. Paleæ aut ſquamulæ (petala *Adanſ.*) ſtaminibus interjectæ, definitæ aut ſæpiùs indefinitæ, ſimplices aut ſæpiùs ramoſæ vel fimbriatæ. Germen inter ſtamina centrale ſtipitatum 3-gonum; ſtyli 3; ſtigmata 6. Capſula ſtipite reflexo extrà calicem nutans 3-cocca 3-ſperma. *Plantæ lacteſcentes, herbaceæ aut fruticoſæ, erectæ aut rariùs repentes, aphyllæ aut ſæpiùs folioſæ. Caulis angulatus aut tuberculatus aut ſæpè cylindricus teres, inermis aut (in angulatis) aculeatus cactiformis, aculeis ſolitariis aut geminatis ſerie ſimplici in angulorum jugo ſuperpoſitis. Folia nulla, aut ſæpiùs alterna nuda, aut rariùs oppoſita & tunc plerumque ſtipulacea, aut rariſſimè terna verticillata. Pedunculi in aphyllis nudi 1-3-flori; iidem in folioſis axillares, aut ſæpiùs 2-5 pluresve umbellati terminales; ſinguli (interdùm capitato-multiflori) ſæpiùs 2-3-4-chotomi, inter diviſuras 1-flori, ad baſim & in dichotomiis bracteati bracteis pedunculorum numero, involucrum mentientibus.* Euphorbium Iſn. *ſæpiùs fruticoſum angulatum aphyllum, aculeatum aut inerme;* Tithymalus T. *fruteſcens aut ſæpiùs herbaceus, ſemper cylindricus folioſus inermis;* Tithymaloïdes T. *fruteſcens inermis folioſus, calice infrà gibbo calceiformi. Flores in plurimis quidam maſculi. Species una monoïca ex Commerſ. An ſingula ſtamina utpotè articulata & ſtipata paleis diverſoque tempore erumpentia, totidem idcircò dici queant (ut in Buxo) maſculi flores 1-andri circà unicum fœmineum aggeſti in calice ſeu involucro communi? Indè flos Euphorbiæ compoſitus, genuſque monoïcum evaderet, cæteris ejuſdem ordinis ideò accomodatius. Alioquìn à coordinatis plurimùm diſcrepans, ſui ordinis unicum fieret, in plura deìn fortè dividendum ratione numeri & formæ partium.*

ARGYTHAMNIA, Brown. * Monoïca. Calix 4-partitus villoſus. MASC. Petala 4 (an potiùs laciniæ interiores calicinæ?). Stamina 4. FOEM. Germen 3-lobum villoſum; ſtyli 3 tripartiti laciniis 2-fidis; ſtigmata lacera. Capſula 3-gona 3-locularis 3-ſperma; ſemina ſubrotunda. *Frutex albidus; folia... Caracter ex Brown. Jam. Hùc ejuſdem* Ateramnum *refert D. Adanſon, utramque conſocians Euphorbiarum ordini, & admittens ſtigmata 6 ciliata, folia alterna, flores ſpicatos axillares, cætera caracteri delineato conformia. An verè Euphorbiis affinis?*

CICCA, L. * Monoïca. Calix 4-partitus. MASC. Stamina 4. FOEM. Germen 1; ſtyli 4; ſtigmata 8. Capſula (baccata?) rotunda depreſſa margine toroſa 4-locularis 4-ſperma. *Frutices; folia ſtipulacea alterna, caducis inſerta ramulis ut in Phyllantho extùs ſimili; flores faſciculati axillares, aut 4 foliorum caſu vel abortu racemoſi. An affinior Averrhoæ & Terebintaceis; an corculum periſpermo cinctum?*

PHYLLANTHUS, L. * *Niruri.* Monoïca. Calix 6-partitus coloratus. MASC. Stamina 3 baſi approximata. FOEM. Germen baſi 12-glanduloſum; ſtyli 3; ſtigmata 6. Capſula 3-locularis 3-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Frutices aut arbuſculæ, rariùs herbæ; ramuli alterni, baſi ſtipulacei, interdùm complanati, alternè folioſi, in foliorum axillis floriferi, cum iiſdem ſæpè caduci & indè folio pinnato ſimiles; folia ſtipulacea ſimplicia (niſi foliola habeantur folii pinnati ſimul & floriferi, undè nomen); flores ramulis & foliis axillares (rarò terminales) ſolitarii aut glomerati, glomerulis monoïcis aut dioïcis. Quibuſdam habitus Erythoxyli. Species una in Commerſ. herb. Maurit. dioïca calice 5-partito, germine 5-glanduloſo, fructu 3-loculari 6-ſpermo, ramulis complanatis, Xylophyllæ forsàn affinior. An & cæteræ plures ſimili caractere inſtructæ? An genere diſtinguenda* P. emblica L. *cui fructus baccatus nuce 3-loculari 6-ſpermâ?*

XYLOPHYLLA, L. * Hermaphrodita. Calix 5-partitus coloratus. Stamina 5. Styli 3; ſtigmata lacera. Capſula 3-locularis 6-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Frutex facie Cacti Phyllanthi L.; folia (aut potiùs ramuli aphylli dilatati complanati foliis ſimiles, undè nomen) ſimplicia alterna, utrinque dentata, ſtipulæ ſimplici carinatæ ſubvaginanti axillaria; flores in foliorum dentibus conglomerati, quidam ſteriles & ideò maſculi. Genus monoïcum ſuſpicatur Linnæus nec immeritò. Confer Phyllanthi ſpecies calice 5-partito, loculis 2-ſpermis, ramulis complanatis ſimiliter ſtipulaceis non tamen aphyllis, hùc fortè referendas. In herb. Commerſ. Madagaſc. ſpecimen extat Xylophyllæ ſimile & fortè congener, foliis ſeu ramulis non floridis, ſed ad dentes folioſis aut ramoſis, quaſi proliferis.* X. latifoliam L. *aliter deſcribit D. L'Herit. Sert. Angl. nomine* Geneſiphyllæ, *diſtinctam floribus monoïcis, calice 6-partito, maſculo 6-glanduloſo 3-andro filamentis infrà connatis, diſco 3-gono germen cingente, ſtylis 3-partitis, loculis 2-ſpermis, indè affiniorem Phyllantho.*

KIRGANELIA. * Monoïca. Calix 5-partitus. MASC. Stamina 5, filamentis in columnam omninò coalitis; antheræ 3 terminales, 2 laterales adnatæ. FOEM. Germen 1; ſtyli...; ſtigmata.... Bacca parva, abſque nuce ſub3-locularis 6-ſperma ſeminibus diſtinctis. *Frutex, Mauritianis dictus* Bois de Demoiſelle *ex Commerſ.; folia alterna, ſtipulacea ut & ramuli; flores axillares. Habitus Phyllanthi; fructus ferè Berberidis. Caracter ex ſicco.* Kirganeli *nomen Malabaricum Phyllanthi.*

KIGGELLARIA, L. * Dioïca. Calix 10-partitus, laciniis ſeu foliolis interioribus petaloïdeis (petala *Linn.*), ad unguem 3-glanduloſis. MASC. Stamina 10 (imo calici inſerta?), filamentis brevibus diſtinctis, antheris oblongis apice perforatis. FOEM. Germen 1; ſtyli 5; ſtigmata 5. Capſula globoſa coriacea ſcabra 1-locularis 5-valvis polyſperma ſeminibus tunicatis. *Arbuſculæ; folia alterna non ſtipulacea; flores axillares, maſculi corymboſi, fœminei ſolitarii. Antheræ ut in Solaneis apice perforatæ. Corculum ſeminis tunicati periſpermo carnoſo incluſum, undè major cum Euphorbiis & Clutiâ affinitas, infirmanda tamen fructu 1-loculari.*

CLUTIA, Boerh. L. * Dioïca. Calix 10 partitus, laciniis 5 interioribus petaloïdeis. Squamulæ 5 interiores in imo calice. MASC. Squamulæ 3-partitæ, baſi intùs glanduloſæ. Stamina 5 divaricata, filamentis medio connatis in ſtipitem germinis abortivi. FOEM. Squamulæ 2-lobæ non glanduloſæ. Germen 1; ſtyli 3; ſtigmata 6. Capſula 3-locularis 3-ſperma. *Frutices; folia alterna ſtipulacea; flores axillares.*

ANDRACHNE, L. * THELEPHIOÏDES, T. * Monoïca. Squamulæ calicis interiores, in mare & fœminâ 2-fidæ non glanduloſæ. Capſula loculis 2-ſpermis. Cætera ut in Clutiâ. *Herba, eadem omninò cum* Eracliſsâ *Forsk.*; *folia alterna ſtipulacea*; *flores axillares. Habitus Telephii.*

AGYNEJA, L. * Monoïca. Calix 6-partitus. MASC. Antheræ 3-4 adnatæ lateribus ſtipitis centralis ultrà producti. FOEM. Germen 1 ſuperum, apice perforatum foramine 6-crenato; ſtyli & ſtigmata prætereà nulla. Capſula 3-cocca... *Frutices; folia alterna bifaria (ſtipulacea?); flores congeſti axillares, maſculi inferiores; fœminei ſuperiores & majores. Caracter ex Linnæo. An corculum periſpermo involutum? An verè Euphorbiis adſcribendum genus?*

BUXUS, T. L. * *Buis*, *Bouis.* Monoïca. Calix 4-partitus. MASC. Calix ſquamâ 2-fidâ cinctus. Stamina 4-5 ſub rudimento germinis inſerta; antheræ ovatæ. FOEM. Calix 3 ſquamis minoribus cinctus. Germen 1 deſinens in ſtylos 3 perſiſtentes; ſtigmata 3 obtuſa hiſpida. Capſula 3-roſtris 3-locularis 6-ſperma. *Arbores aut frutices; ramuli oppoſiti 4-goni, bracteis 4 aut pluribus (gemmarum reliquiis) minimis perſiſtentibus infrà cincti; folia oppoſita, petiolo decurrente in ramulum indè angulatum; flores glomerati axillares ſubſeſſiles glomerulis ſquamoſis, maſculi in ſingulo glomerulo plures cingentes unicum fœmineum centralem. Ex Linnæo calix pro corollâ habendus: an rectiùs?*

SECURINEGA, Commerſ. * Monoïca? MASC. Calix 5-partitus. Stamina 5 (*6 ex Commerſ.*) filamentis brevibus, baſi quaſi monadelphis, extùs coronâ croceâ (glandulis fortè) cinctis. FOEM... *Arbor procera ſecuri duriſſima* (Bois dur), *undè nomen*;

folia alterna integerrima; flores glomerati axillares. An fœminei maſculis mixti, an diſtincti? Caracter ex Commerſ. mſſ. & ex ſicco.

ADELIA, L. * Dioïca. Calix 3-5-partitus. MASC. Stamina plurima, filamentis in cylindrum connatis. FOEM. Germen 1; ſtyli 3 aut 0; ſtigmata 3 lacera. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Frutices; folia alterna (ſtipulacea?); flores axillares, ſpicati aut glomerati aut tantùm geminati. Caracter ex Linnæo & ex Brownæo cui* Bernardia *dicitur.*

MABEA, Aubl. * *Mabier.* Monoïca. Calix 1-phyllus urceolatus 5-dentatus. MASC. Stamina 9-12, imo calici inſerta. FOEM. Germen 1; ſtylus 1 longus (an potiùs ſtyli 3 agglutinati?); ſtigmata 3 filiformia, ſpiraliter retorta. Capſula cortice craſſo tecta, 3-locularis 3-ſperma, ſeminibus ſubrotundis. *Arbuſculæ lacteſcentes ramis ſarmentoſis pendentibus; folia alterna ſtipulacea; flores densè paniculati terminales; pedunculi fœminei inferiores 1-flori nudi, maſculi ſuperiores baſi 1-bracteati & 2-glanduloſi, ſuprà 3-fidi 3-flori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 334.*

RICINUS, T. L. * *Ricin.* Wunderbaum. Monoïcus. MASC. Calix 5-partitus. Stamina numeroſiſſima, filamentis variè coalitis & ramoſis. FOEM. Calix 3-partitus. Germen 1; ſtyli 3; ſtigmata 6. Capſula echinata 3-locularis 3-ſperma. *Herbæ, rarò frutices; folia alterna ſtipulacea, ſæpiùs palmata petiolo ad apicem glanduloſo; flores ſpicato-paniculati terminales, inferiores maſculi, ſuperiores fœminei. Ricinus communis v. Batſch. Anal. Florum. P. I. n. 16. p. 78-84.*

JATROPHA, L. * RICINOÏDES, T. * *Manihot, Manioc.* Jatrophe. Monoïca. Calix 5-partitus aut 5-lobus petaloïdeus, interdùm in maſculis caliculo 5-partito cinctus. MASC. Stamina 10, filamentis medio coalitis; horum 5 exteriora interdùm breviora, interdùm diſtincta, interdùm glandulis 5 cincta. FOEM. Germen 1; ſtyli 3; ſtigmata 6. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Herbæ aut frutices; folia alterna ſtipulacea, ſæpè palmata, interdùm in apice petioli glanduloſa; flores corymboſi axillares aut terminales, corymbis monoïcis. Radix quarumdam tuberoſa eſculenta. Congener ex L. Suppl.* Hevea *Aubl. t. 335, Guyanenſibus* Caoutchouc, *arbor monoïca, lacteſcens ſeu ſucco fœta aqueo reſinoſo, poſt concreſcentiam elaſtico* (Gomme élaſtique) *& tunc ad uſus varios uſurpato; hujus rami apice folioſi, folia alterna ternata, fructus corticatus 3-coccus coccis ligneis 1-2-ſpermis, ſemina in cruſtâ fragili; cætera ab Aubletio non obſervata.*

DRYANDRA, Thunb. * Dioïca. Calix 5-phyllus (corolla *Th.*) petaloïdeus, caliculo 2-3-lobo cinctus. MASC. Stamina 9, filamentis baſi in unum coalitis. FOEM. Germen 1; ſtyli 3-5; ſtigmata 6-10. Capſula magna ovata acuminata 3-5-locularis 3-5-ſperma. *Arbores; folia alterna conferta terminalia, ſtipulacea ſtipulis caducis apice petioli glanduloſo; pedunculi inter folia ter-*

minales 3-4-flori. Character ex D. Thunb. Japon., ex Lamark dict. & ex ſpecimine ſicco Elæococcæ *Commerſonii, vulgò* Arbre d'huile *dictæ, quæ eadem aut congener, ſæpiùs 10-andra ſtaminibus exterioribus brevioribus, & 5-ſperma ſeminibus oleiferis. An calix fœmineus maſculo ſimilis? An genus verè dioïcum?*

ALEURITES, Forſt. * Monoïca. Calix 5-partitus (petala *Forſt.*) petaloïdeus, laciniis intùs baſi ſquamuloſis, caliculo 3-fido minimo cinctus. MASC. Stamina indefinita, filamentis in receptaculum conicum columnare connatis. FOEM. Germen 1; ſtyli 0; ſtigmata 2 brevia. Bacca magna globoſa 2-cocca 2-ſperma ſeminibus globoſis bitunicatis. *Arbor, cujus variæ partes quaſi farinâ conſperſæ, undè nomen. Character ex Forſt. t. 56. Hùc referantur* Ambinux *Commerſ. gallicè* Noix de Bancoul, *eadem cum* Crotone Moluccano L. *cui fructus ſimiliter 2-coccus, & farina variis partibus inſperſa. Huic etiam congener aut ſaltem affinis* Anda *Piſ. Braſ. 148, ut &* Camirium *Rumph. Amb. 2. t. 58.*

CROTON, L. * RICINOÏDES, T. * Monoïcum. Calix 10-partitus, laciniis alternis ſæpè interioribus & petaloïdeis, interdùm nullis. MASC. Stamina 8-15 aut plura, filamentis baſi connexis. Glandulæ 5, receptaculo affixæ. FOEM. Germen 1; ſtyli 3 diviſi; ſtigmata 6 aut plura. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Herbæ aut ſæpiùs frutices; folia ſtipulacea, alterna aut rariùs oppoſita; flores axillares aut terminales plerumque ſpicati (interdùm corymboſi), ſpicis dioïcis aut ſæpiùs monoïcis, ſuprà maſculis, infrà fœmineis. Genus recognoſcendum. An congener* Colliguaja *Molin. Chil.* (Colliguaï du Chili), *à Feuilleo 3. p. 60* Ricinoïdes *dicta, frutex lacteſcens oppoſitifolius, floribus amentaceis 8-andris calice 4-fido, cæterùm ſimilis ex deſcr. Molinæ?*

ACALYPHA, L. * Monoïca. Calix 3-partitus, 1-bracteatus. MASC. Bractea parva ſquamiformis. Stamina 8-16, filamentis baſi connexis. FOEM. Bractea magna cordata involucriformis. Germen 1; ſtyli 3; ſtigmata 6 aut plura. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Herbae aut frutices; folia alterna ſtipulacea; flores axillares ſpicati, ſpicâ ſuperiùs maſculâ, inferiùs fœmineâ.*

CATURUS, L. * Dioïcus. MASC. Calix tubuloſus 3-fidus. Stamina 3. FOEM. Calix 3-partitus perſiſtens. Germen 1; ſtyli 3 pinnato-multifidi; ſtigmata ſimplicia. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Character ex Linnæo. Arbuſculæ; folia alterna ſtipulacea; flores ſpicati axillares. Extant in herb. Commerſ. ſpecimina* Acalyphæ hiſpidæ *Burm. Ind. ſeu* Caturi ſpiciflori L. *Javanenſia plurima, omnia foeminea, nulla maſcula. An tamen verè dioïcum genus? Confer citata Rumphii & Burmanni in Linnæo. Hinc eliminanda certè* Boehmeria *Jacq. affinior Urticis, &* Wata-tali *Rheed. Mal. 5. t. 32. cui ex Rheedio flores hermaphroditi 2-andri & bacca 1-ſperma.*

EXCÆCARIA, L. * Dioïca. Calix vix conſpicuus (nullus *ex Linn.*). MASC. Stamina 3 diſtincta. FOEM. Germen 1; ſtyli 3;

ſtigmata 3. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Character ex Linnæo. Arbores lacteſcentes; folia alterna (ſtipulacea?); flores axillares, maſculi densè, fœminei laxè ſpicati.*

II. Stylus unicus.

TRAGIA, Pl. L. * Monoïca. MASC. Calix 3-partitus. Stamina 3 ſubſeſſilia. FOEM. Calix 5-partitus. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 3. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Herbæ aut ſuffrutices, interdùm ſcandentes; folia alterna ſtipulacea; flores bracteati, maſculi ſpicati axillares, fœminei ſolitarii ad baſim ejuſdem ſpicæ aut in eâdem axillâ diſtincti. Species quædam ſtylis 3 & ſtigmatibus diviſis. Genus denuò examinandum.*

STILLINGIA, Gard. L. * Monoïca. Involucrum (calix *Linn.*) coriaçeum urceolatum integrum, in maſculis multiflorum, 1-florum in fœmineis. Singulis calix (corolla *Linn.*) tubuloſus infundibuliformis limbo ciliato. MASC. Stamina 2 exſerta, filamentis baſi leviter coalitis. FOEM. Germen 1 (inferum *ex Linn.*); ſtylus 1 filiformis; ſtigmata 3. Capſula 3-cocca 3-ſperma, involucro ampliato baſi cincta. *Frutex lacteſcens; folia alterna (ſtipulacea?); ſpicæ in ramulorum dichotomiis ſolitariae terminales monoïcae, ſuprà maſculae, infrà fœmineae. Character ex Linnaeo. Confer cum Sapio.*

SAPIUM, Brown. Jacq. * HIPPOMANE, L. * Monoïcum. MASC. Calix campanulatus ſemibifidus. Staminum filamenta 2 baſi coalita, ſingula apice 2-antherifera, aut filamentum unicum 4-antheriferum. FOEM. Calix campanulatus brevis margine 3-dentato. Germen 1; ſtylus 1 brevis; ſtigma 3-fidum majus. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Arbores, quaedam glutinoſo-lacteſcentes; folia alterna ſtipulacea ſtipulis caducis, petiolo ad apicem 2-glanduloſo aut interdùm nudo; ſpicae ſimplices terminales monoïcae, ſuprà maſculae, infrà fœmineae; flores maſculi in faſciculos aggregati; fœminei diſtincti; iidem interdùm à maſculâ ſpicâ remoti, ſolitarii axillares aut terminales. Glandula gemina ad baſim ſinguli faſciculi & ſingulae fœminae, indicium fortè folii abortivi. Ab Hippomane differt fructu 3-cocco. Hùc referatur* Croton ſebiferum L. *in omnibus conſimile. Confer etiam numeroſas Crotonis ſpecies, quarum quaedam in poſterum hùc revocandae.*

HIPPOMANE, L. * MANÇANILLA, Pl. * *Mancenillier.* Maſchenillbaum. Monoïca. MASC. Calix turbinatus parvus 2-fidus. Filamentum 1, apice 4-antheriferum. FOEM. Calix 3-partitus parvus. Germen 1; ſtylus 1 brevis; ſtigmata plura, ſæpè 7. Drupa carnoſa lacteſcens magna pyriformis; nux lignoſa magna ſuperficie inæqualis & ſinuoſa, loculis ſæpiùs 7 monoſpermis, vix dehiſcens. *Arbores lacteſcentes venenoſae; folia alterna ſtipulacea apice petioli glanduloſo; flores maſculi densè*

faſciculati faſciculis 1-bracteatis & 2-glanduloſis in ſpicas ſimplices laxas terminales alternè diſpoſitis; fœminei in altero ramulo ſolitarii terminales.

MAPROUNEA, Aubl. * ÆGOPRICON, LS. * Monoïca. Calix 1-phyllus 3-4-fidus. MASC. Filamentum 1, apice 4-antheriferum. FOEM. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 3 perſiſtentia. Bacca globoſa intùs 3-cocca 3-locularis 3-ſperma. *Arbores aut frutices; folia alterna integerrima; flores corymboſo-paniculati terminales, maſculi aggregati in capitula parva ovata amentiformia, fœminei in eodem corymbo diſtincti pedicellis 1-floris. Caracter ex L. Suppl. & Aubl. Guyan. t. 342, & ex ſpecimine ſicco Ægoprici à D. Smith miſſo.*

SECHIUM, Brown. * Monoïcum. Calix campanulatus (corolla *ex Brown.*) 5-fidus, denticulis (calix *ex Brown.*) interjectis. MASC. Filamentum 1 centrale, apice 4-fidum & 4-antheriferum. FOEM. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Pomum magnum carnoſum obversè ovatum 1-ſpermum. *Racemi axillares. Caracter ex Brownæo. Hùc relatum genus quia Maprouneæ affine. An indè pomum potiùs fœtum oſſiculo 3-loculari 3-ſpermo?*

HURA, Commerſ. L. * Monoïca. MASC. Amentum densè multiflorum ovatum imbricatum ſquamis 1-floris. Singulis calix brevis urceolatus truncatus. Filamentum 1 incraſſatum apice 2-fidum, medio tuberculatum tuberculis duplici aut triplici ordine verticillatis, ſingulis ſubtùs 2-antheriferis. FOEM. Flos ſolitarius. Calix urceolatus, integer germini arctè circumpoſitus, aut maturatione 3-partitus. Stylus 1 longus infundibuliformis; ſtigma maximum concavo-peltatum 12-18-radiatum. Capſula lignoſa orbiculata depreſſa, 12-18-toroſa 12-18-locularis 12-18-ſperma. *Arbor lacteſcens; folia alterna ſtipulacea ſtipulis caducis, petiolo ſupernè glanduloſo, juniora involuta; amentum maſculum ſimplex, longiùs pedunculatum, terminale aut ramulis axillare; flos fœmineus ſolitarius amento proximus.*

OMPHALEA, L. * Monoïca. Calix 4-partitus. MASC. Antheræ 2-3, lateribus filamenti incraſſati & placentæformis immerſæ. FOEM. Germen 1; ſtylus brevis carnoſus; ſtigmata 3. Capſula baccata 3-locularis 3-ſperma. *Frutices; folia alterna ſtipulacea petiolo ſupernè 2-glanduloſo; flores axillares aut terminales, ſpicati aut paniculati. An omninò congener* Omphalea *Aubl. Guyan. t. 328?*

PLUKENETIA, Pl. L. * Monoïca. Calix 4-partitus. MASC. Stamina 8, filamentis coalitis. Glandulæ 4 barbatæ (germen abortivum *ex Plum.*), ad baſim ſtaminum. FOEM. Germen 1; ſtylus longiſſimus proboſcideus. Stigma peltatum 4-lobum lobis medio ſuprà punctatis. Capſula depreſſa 4-angularis, angulis (ut in Evonymo) carinatis, 4-locularis 4-ſperma. *Frutex volubilis; folia alterna (ſtipulacea?); flores maſculi laxè ſpicati aut ſpicato-pa-*

niculati axillares; fœmineus in eâdem ſpicâ unicus inferior. Habitus Tamni aut Bryoniæ.

DALECHAMPIA, Pl. L. * Monoïca. MASC. Umbella circiter 10-flora involucello 2-phyllo cincta. Calix 5-6-partitus. Stamina plura, filamentis in unum coalitis. FOEM. Involucellum 3-phyllum 3-florum. Calix multipartitus laciniis (10-12) dentatis aut ciliatis perſiſtentibus. Germen 1; ſtylus 1, apice dilatatus; ſtigma capitato-peltatum. Capſula 3-cocca 3-ſperma pedicello elongato inſidens. *Frutices ſcandentes; folia caulina alterna ſtipulacea, ſimplicia aut 3-5-phylla; folia floralia duo involucriformia, ſuprà pedunculum axillarem ſeſſilia oppoſita, ſæpiùs apice 3-fida, utraque baſi 2-ſtipulacea, cingentia umbellam maſculam centralem ſtipatam hinc involucro fœmineo 3-floro, indè ſquamis numeroſiſſimis lateri imbricatìm appreſſis, apice nectarifluis.*

OBS. Præcipuus ordinis caracter è corculi periſpermo, ſtaminum inſertione, fructu multiloculari, elaſticâ loculorum dehiſcentiâ, ſuperiori ſeminum nexu deducendus. Signa quædam cum Rhamnis habet communia, periſpermum nempè carnoſum & fructum ſæpè multilocularem & quandoque habitum; ſed diſcrepat inſertione ſtaminum depreſſiori & ſolitâ ſexuum ſeparatione & generaliori petalorum defectu. Hujus genera quædam hermaphrodita, ut Euphorbia, Xylophylla, Kirganelia; quædam fructu non elaſticè diſſiliente ut Kirganelia & Cicca, aut non multiloculari ut Kiggellaria; omnia tamen ordini pluribus ſignis conformia & ideò non dimovenda. Nonnulla inſuper pſeudo-polypetala ſeu ſquamis inſtructa petaloïdeis talia ſtatuuntur utpotè plurimis verè apetalis conſociata: an tamen rectiùs eadem omninò polypetala dicenda ſunt utpotè affinia Rhamnis certiùs polypetalis?

Euphorbiarum ſemen exquiſitè catharticum: ea autem vis non periſpermo tribuenda benigniori, ſed ſoli corculo ſummè potenti ac ferè deleterio. Ex Serapione enim, J. Bauhino, Hermanno, Geoffræo &c. corculum Ricini (ſeu ut aiunt, foliolum duplex linguæ avis ſimile in ſemine interius) venenoſum vehementer purgat, cum membranâ exteriore rejiciendum aut cautè miniſtrandum, quo ſublato mitius habetur reſiduum ſemen id eſt periſpermum, tunc etiam eſculentum in Omphaleâ & Heveâ teſte Aubletio Guyan. p. 845 & 872. Hìnc maxima in Ricino & congeneribus explicatur ſeminis totius efficacia & lenior ſimul olei ex eodem (nempè ex ſolo periſpermo) expreſſi virtus; hìnc ab ejuſdem oleo expreſſo & leni plurimùm diſpar oleum coctione extractum, venenosâ parte commixtâ cauſticum ac ſummè potens. Nec plura juvat exempla colligere quibus conſtet in Euphorbiis valida corculi & mitior periſpermi vis medica. Utraque prætereà in aliis ſeminibus ſimiliter conſtructis ſæpè eadem: ſic Rhamni cathartici habentur; ſic Sapota (Diar. med. Pariſ. 1760. p. 229) renes potentiùs expurgat; ſic oleum dulce ex Olivæ drupâ expreſſum vitiatur quandoque mixtis ſeminibus ſub prelo contuſis & acri fœtis corculo quod ipſemet ſtomacho grave pluriès expertus ſum. Magna certè & à Medicis metienda accuratiùs efficacia corculi

periſpermo carnoſo aut altero quolibet tecti; magnifaciendum ideò a Botanicis periſpermum virtutis occultæ prænuntium. Præterea in ſeminibus periſpermo deſtitutis, vis quædam lobis denegata, radiculæ ac plumulæ major ineſt: ſic ſuavior paratur ex Cacao potus avulſis priùs radiculis; ſic iis intactis oleum amygdalinum ex primâ preſſurâ dulce, iiſdem demùm obtritis ex magmate pejus educitur. Hæc cum præmiſſis nunc tantùm delibata, ſeorsùm tractanda fuſiùs & experimentis illuſtranda ſunt quibus vera partium indoles & comparativa ſiſtatur organorum præſtantia.

ORDO II.

CUCURBITACEÆ, *LES CUCURBITACÉES.*

FAMILIE DER KÜRBISARTIGEN GEWÄCHSE.

FLORES monoïci, aut rariùs dioïci, aut rariſſimè (in Gronoviâ & Melothriâ) hermaphroditi. Calix ſuperus, ſuprà germen coarctatus, ultrà dilatatus quinquefidus (corolla T. L.) ſæpè coloratus, marceſcens tardè deciduus, extùs ad campanulæ baſim quinqueappendiculatus (calix T. L.) appendicibus viridantibus extimarum calicis laciniarum æmulis & cum ipſo ſimul deciduis. Corolla nulla. Maſculis ſtamina ſæpiùs quinque, parti calicis coarctatæ inſerta, filamentis & antheris nunc diſtinctis, nunc ſimul aut ſeorsùm connatis; antheræ uniloculares oblongæ, ſummis infixæ filamentis, in lineam bis flexam ſæpè excurrentes, quatuor plerumque geminatæ & quinta ſolitaria; germen abortivum aut ſterile. Fœmineis filamenta ſterilia aut nulla; germen inferum; ſtylus unicus aut rarò multiplex; ſtigma ſæpiùs multiplex.

Fructus

Fructus inferus, baccatus cortice ſæpiùs ſolido, unilocularis mono vel polyſpermus, aut multilocularis polyſpermus, receptaculis ſeminiferis lateralibus ſeu parieti affixis; ſemina cartilaginea aut cruſtacea; corculum planum abſque periſpermo. Radix plerumque tuberoſa. Caulis herbaceus ſcandens repenſve flexuoſus. Folia alterna, cirrhis axillaribus inſtructa, ſimplicia cordata aut palmata aut rariùs digitata, ſæpè aſpera aut punctis calloſis aſperſa. Flores axillares, pedunculis uni aut multifloris.

I. Stylus unicus. Fructus unilocularis monoſpermus.

CRONOVIA, Houſt. L. * Hermaphrodita. Calix campanulatus 5-fidus coloratus; ſquamæ 5 minimæ interiores (petala L.) ex inciſuris calicis. Stamina 5, ſquamis alterna. Stigma 1. Bacca ſicca parva ſubrotunda. *Herba cirrhoſa ſcandens graveolens; folia (Bryoniæ) aſpera prurientia; pedunculi multiflori axillares, floribus parvis. Caracter ex Linnæo. Stigma 2-lobum & fructus 5-coſtatus ex Houſt. reliq. ic. An veriùs polypetala & affinior Onagris?*

SICYOS, L. * SICYOÏDES, T. * Stichling. Monoïca. Calix campanulatus obtusè 5-fidus, extùs infrà 5-dentatus dentibus ſubulatis. MASC. Staminum filamenta 3 infrà coalita; antheræ 4 geminatæ, 1 ſolitaria. FOEM. Stigma 3-fidum. Bacca ovata parva echinata. *Pedunculi breves multiflori. An congener* S *edulis Jacq. Am. t. 163, cujus limbus calicis 10-foveatus, antheræ 5 diſtinctæ, ſtigma 5-fidum, fructus ovo anſerino major 5-ſulcatus molliter echinatus 1-ſpermus?*

II. Stylus unicus. Fructus unilocularis polyſpermus.

BRYONIA, T. L. * *Bryone, Couleuvrée.* Zaunrübe. Monoïca aut rarò dioïca. Calix campanulatus, obtusè 5-fidus, extùs infrà 5-dentatus dentibus ſubulatis. MASC. Staminum filamenta 3 infrà coalita, 2 diandra, 1 monandrum. FOEM. Stylus 3-fidus; ſtigmata 3 emarginata. Bacca parva ſubgloboſa lævis; ſemina pauca. *Pedunculi breves uni aut multiflori; fructus interdùm ſulcatus, ex Adanſonio 3-locularis loculis ſæpè 2 abortivis. Bryonia alba monoïca. v. Batſch. Anal. Fl. II. n. 28. p. 52-62.*

ELATERIUM, Jacq. L. * Monoïcum. Calix tubuloſus cylindricus, apice 5-fidus patens laciniis longis anguſtis acutis, denticulis interjectis. MASC. Staminum filamenta in columnam erectam coalita; antheræ in unam compactæ. FOEM. Stylus

craſſus; ſtigma capitatum. Capſula coriacea reniformis echinata, 2-valvis elaſtica, intùs pulpoſa polyſperma. *Pedunculi maſculi multiflori, fœminei 1-flori. Caracter ex Jacq.*

III. Stylus unicus. Fructus multilocularis polyſpermus.

MELOTHRIA, L. * BRYONIA, Pl. * Hermaphrodita. Calix ſuprà germen tubuloſus filiformis, ultrà campanulatus limbo 10-fido, laciniis alternis exterioribus minimis acutis, alternis interioribus magnis coloratis ſubrotundis in rotam patentibus. Staminum filamenta 3 conica, quorum 2 diandra, 1 monandrum. Stylus cylindricus; ſtigmata 3. Bacca parva oblonga 3-locularis polyſperma. *Pedunculi 1-flori*; *flores interdùm quidam maſculi.*

ANGURIA, Pl. Jacq. L. * *Angourie.* Monoïca. Calix oblongus baſi ventricoſus, limbo patens (corolla *Jacq.*) obtusè 5-partitus, lacinulis 5 exterioribus (calix *Jacq.*) alternis. MASC. Staminum filamenta 2 brevia oppoſita antherifera. FOEM. Filamenta 2 ſimilia ſed ſterilia. Stylus ſemibifidus; ſtigmata 2 bifida. Pomum oblongum ſub4-gonum 2-loculare polyſpermum. *Pedunculi maſculi racemoſo-multiflori*; *fœminei 1-flori. An ſpecies quædam dioïcæ? Caracter ex Jacq. Confer* Turiam *Forsk. ſimilem fructu 2-loculari, ſed calice interiore piloſo & 3 filamentis diſtinctum, maſculis antheriferis, fœmineis callo annulari infrà junctis.*

MOMORDICA, T. L. * LUFFA, T. * ELATERIUM, Boerh. * *Pomme de merveille*, *Papangaye.* Springkürbis. Monoïca. Calix ſuprà germen magnus patens. venoſus, rugoſus plicatuſve 5-fidus, coloratus, extùs infrà 5-fidus laciniis minoribus anguſtis. MASC. Staminum filamenta 3 apice juncta, 2 diandra, 1 monandrum, antheris omnibus coalitis. FOEM. Filamenta 3 ſterilia. Stylus 3-fidus; ſtigmata 3. Pomum ſiccum oblongum, elaſticè diſſiliens, 3-loculare polyſpermum; ſemina compreſſa. *Pedunculi uni aut multiflori. Fructus* Momordicæ T. *verrucoſus latere diſſiliens ſeminibus arillatis ſuperficie inſculptis & margine inæqualibus*, Luffæ T. *lævis apice diſſiliens & intùs pulpâ mox evanidâ reticulato-ſpongioſus ſeminibus margine integris non arillatis*, Elaterii T. *minor aſper elaſticè à pedunculo abſcedens & ſimul per ſubſtitutum foramen ejiciens ſemina.* Elaterium *prætereà inſigni exceptione non ſcandens repenſve nec cirrhoſum. An genera diſtinguenda?*

CUCUMIS, T. L. * MELO, T. * COLOCYNTHIS, T. * ANGURIA, T. * *Concombre*, *Melon*, *Coloquinte.* Gurke. Monoïcus. Calix Momordicæ, ſed major campanulatus, laciniis exterio-

ribus ſubulatis. Masc. Stamina Momordicæ, tegentia diſcum centralem 3-gonum truncatum. Foem. Filamenta 3 ſterilia. Stylus breviſſimus; ſtigmata 3 craſſa bipartita. Pomum magnum, 3-loculare diſſepimentis membranaceo-ſuccoſis, polyſpermum ſeminibus gemino ordine, ovatis compreſſis margine acuto. *Folia* Colocynthidis *&* Anguriæ *palmato-laciniata, cæterorum cordata; pedunculi breves uni aut multiflori. Fructus* Cucumeris T. *oblongus ſubcylindricus ſuperficie inæqualis carnoſus inſipidus edulis*, Melonis T. *ovatus carnoſus edulis ſuavior ſuperficie ſulcatâ aut reticulatâ*, Colocynthidis T. *ovatus minor carne ſiccâ amarâ non eduli*, Anguriæ T. *parvifloræ cæteris minor echinatus pulpoſus aquoſus edulis.*

CUCURBITA, T. L. * Pepo, T. * Melo-Pepo, T. * Anguria, T. * *Courge, Calebaſſe, Pepon, Potiron, Paſteque.* Kürbis. Monoïca. Calix Cucumeris. Masc. Stamina Momordicæ, foveolam centralem obtegentia. Foem. Filamenta ſterilia minima, infrà in annulum craſſiuſculum coalita. Stylus brevis 3-fidus; ſtigmata 3 incraſſata. Pomum magnum 3-5-loculare (6-loculare *ex Adanſ.*) polyſpermum; ſemina Cucumeris ſed margine tumida, in plurimis integra, in *Cucurbitâ T.* apice emarginata. *Folia* Anguriæ T. *laciniato-palmata, cæterorum cordata; pedunculi breves ſubi-flori; calix nunc patens albus in* Cucurbitâ *aut luteus in* Anguriâ, *nunc campanulatus luteus &* (in Melo-Pepone T.) *baſi dilatatus limbo reflexo, aut* (in Pepone T.) *baſi anguſtatus limbo erecto. Fructus carnoſus* (in Anguriâ *ſuccoſus*) *plerumque edulis*, Melo-Peponis *ſphæroïdeus*, Peponis *oblongus aut formâ varius*, Cucurbitæ *longior lævis ſubcylindricus aut medio coarctatus. Caracter ex DD. Duchesne & Lamark. Genus à præcedenti diſtinctum præcipuè ſeminum tumido margine. An auctus loculorum numerus à receptaculis ſeminiferis in ſepta productis?*

TRICHOSANTHES, L. * Colocynthis, Pl. * *Anguine.* Monoïca. Calix clavatus longiſſimus glaber ſubcylindricus, limbo 10-fido, laciniis 5 extimis minimis reflexis acutis, 5 intimis majoribus patentibus & plurimùm ciliatis. Masc. Stamina Momordicæ. Foem. Stylus filiformis; ſtigmata 3 ſubulata. Pomum oblongum 3-loculare polyſpermum loculis remotis, ſeminibus compreſſis tunicatis. *Pedunculi uni aut multiflori.*

CERATOSANTHES, Burm. Adanſ. * Anguria, Pl. * Monoïca. Calix Trichoſanthis, laciniis intimis non ciliatis, ſed apice bicornibus aut bipartitis in ligulas revolutas. Masc. Stamina Momordicæ. Foem. Stylus; ſtigmata 3. Pomum dactyliforme oblongum 4-loculare polyſpermum, ſeminibus compreſſis ſubrotundis. *Radix tuberoſa maxima; folia palmata; pedunculi longi bi aut multiflori. Caracter ex Plum. ic. 24 & mſſ. 2. t. 34.*

IV. Styli plures. *Cucurbitaceæ dubiæ.*

FEVILLEA, L. * NHANDIROBA, Pl. * Dioïca. Calix campanulatus limbo patente 5-fido. Corolla monopetala rotata 5-loba, lobis convexis reflexis. MASC. Stellula duplex (fortè germinis abortivi ſtylus triplex perſiſtens) corollæ ſaucem claudens. Staminum filamenta 10 diſtincta, quorum 5 fertilia antheris didymis, 5 alterna ſterilia. FOEM. Stellula intrà corollam 5-lamellata (fortè ſtamina abortiva) lamellis cordatis. Germen ſemiinferum, ſtyli 5 (3 *ex Brown.*); ſtigmata totidem. Bacca ſemiinfera ſphæricea maxima cucurbitacea cortice ſolido, circulari limbi calicini veſtigio ad ambitum exarata, 3-locularis polyſperma, ſeminibus magnis ſuborbiculatis compreſſis ſuberosâ cruſtâ obductis; corculum magnum abſque periſpermo. *Car. ex Linn. Herbæ ſcandentes; folia alterna, cordata aut 3-loba, in axillis cirrhoſa; pedunculi axillares, uni aut multiflori; flores parvi. An verè monopetali? an potiùs apetali calice interiore colorato ut in cæteris Cucurbitaceis quibus habitu ſimillimum genus? Huic aliundè fructu affinis* Couroupita *p. 326, diverſa tamen utpotè polypetala polyandra & abortu cirrhis deſtituta. Conferatur etiam ſtellula Fevilleæ cum florali Paſſifloræ coronâ.*

ZANONIA, L. * PENAR-VALLI, Rheed. * Dioïca. Calix limbo 3-partito. Corolla 5-partita rotata patens. MASC. Staminum filamenta 5 diſtincta; antheræ ſimplices. FOEM. Germen inferum; ſtyli 3 patentes; ſtigmata 3 bifida. Bacca infera cortice ſolido, longa magna obſoletè 3-gona, baſi attenuata, apice truncata & cripſo limbi calicini veſtigio cincta, 3-locularis loculis 2-ſpermis & receptaculo centrali carnoſo 3-gono in faciebus ſeminifero, ſeminibus ovatis alâ foliaceâ magnâ marginatis. *Plante ramos latè ſpargens; folia alterna magna; cirrhi in maſculo axillares ex Rheed. ic. 49; flores ſpicato-racemoſi axillares; fructus carnoſus, ſapore & odore Cucumeris. Caracter ex Rheed. Mal. 8. t. 47-49 & ex Linnæo. Genus idem fortè cum* Couratari *Aubl. t. 290, & ideò Lecythi (p. 327) affine, licèt non poliandrum: an indè cum Fevilleâ eliminandum è Cucurbitaceis à quibus præcipuè diſcrepat receptaculo centrali ſeminifero?*

V. Genera Cucurbitaceis affinia, germine ſupero præcipuè diſtincta.

PASSIFLORA, L. * GRANADILLA, T. * *Grenadille, Fleur de Paſſion.* Paſſionsblume. Hermaphrodita. Calix inferus, baſi urceolatus, limbo 10-partito magno colorato, laciniis omnibus concoloribus ſimul marceſcentibus, 5 exterioribus (calix T. L.) ſæpè ſub apice mucronatis, 5 interioribus (petala T. L.)

petaloïdeis. Corolla nulla. Corona interior (nectarium L.) ex imo calicis limbo enata ſub laciniis intimis, colorata multipartita laciniis numeroſis filiformibus radiantibus aut erectis; duplex intùs altera corona conformis ſed brevior & depreſſior urceolo inſerta; intima ſæpè circà ſtipitem centralem connivens. Germen ſuperum ſtipiti erecto inſidens; ſtyli 3 clavati; ſtigmata 3 capitata. Stamina 5, ſummo inſerta ſtipiti ſub germine, filamentis baſi breviter connatis, ultrà diſtinctis horiſontalibus; antheræ oblongæ incumbentes. Bacca carnoſa cortice interdùm ſolido, formâ & mole varia, lævis aut raro (in *P. rotundifoliâ*) piloſa, 1-locularis polyſperma receptaculo ſeminifero triplici parietibus affixo; ſemina numeroſa compreſſa, arillata arillo membranaceo pulpoſo; corculum planum periſpermo tenui carnoſo tectum. *Herbæ ſcandentes, interdùm lignoſæ; folia alterna ſtipulacea, ſimplicia, integra aut lobata aut rariùs partita (in* P. heterophyllâ J. *Plum. ſpec. 7. mſſ. 2. t. 21 inferiora indiviſa, ſuperiora pedata), petiolo nudo aut utrinque glanduloſo; cirrhi axillares; pedunculi 1-3 axillares 1-flori (in* P. holoſericeâ *multiflori), infrà calicem plerumque articulati, involucro ad articulum ſæpè 3-phyllo aut 3-partito laciniis integris aut rariùs diſſectis, interdùm minimo aut unifolio aut nullo. Genus petaloïdeo calice, partium numero, receptaculis ſeminiferis lateralibus, habitu demùm affine Cucurbitaceis, diverſum foliorum ſtipulis & ſtaminum germiniſque ſitu & coronâ interiore & ſeminis periſpermo & praeprimìs flore non diclini. Hujus laciniae petala à Botanicis dictae, ſed calici omninò conformes, veriùs ſunt calicinae. Species quaedam ſignis nonnullis diſſimiles ad Murucuïam & Tacſoniam infrà relatae.* Modecca *Rheed. Mal. 8. t. 20-23 Convolvuli congener ex Linnaeo, ſed habitu cirrhiſque Cucurbitacea & fructu ſupero affinior Paſſiflorae, floribus tamen racemoſis & germine ſubſeſſili & fructu 3-valvi diſtinguitur, ulteriori examine in proximum genus erigenda. Conferatur inſuper* Zucca *Commerſ. herb. Borbon. non deſcripta, habitu Cucurbitacea, in axillis 1-flora, bracteâ magnâ concavâ calicem ſtipante maximum campanulatum 5-fidum coloratum, extùs baſi 5-appendiculatum quaſi caliculatum, intùs 5-andrum ſtaminibus non ſtipitatis, germine nullo, ideò fortè maſcula foemineo non lecto ſpecimine. Cavanilles Monadelph. Gen. ſtipulat. germ. Stipitat. pentandr. Styli tres. Calix ſaepè triphyllus. Cor. 5-10-partita. Pericarp. pedicellatum.*

MURUCUIA, T. * PASSIFLORA, L. * Calix Paſſifloræ coloratus, urceolo præterea ſubtùs ſulcato. Corona interior non multipartita & triplex, ſed ſimplex indiviſa erecta tubuloſo-conica truncata circà germinis ſtipitem connivens. *Caetera omninò ut in Paſſiflorâ. Hùc* P. Murucuïa L.

TACSONIA. * MURUCUÏA, Juſſ. * PASSIFLORA, Lamark. * Calix maximus tubuloſus longus limbo 10-fido laciniis coloratis, alternis extimis ſub apice mucronatis, alternis interio-

ribus obtuſis, baſi cinctus caliculo urceolato diſtincto 3-fido involucri vicem ſupplente. Corona interior nulla, ſed hujus loco glandulæ plurimæ in tubi fauce ſeſſiles & rugæ 2 intimæ circulares ſub glandulosâ ſerie. Stipes germinis longiſſimus, calici æqualis. *Cætera omninò ut in Paſſiflorâ. Caracter ex iconibus & ſiccis Joſ. Juſſæi ſpeciminibus Peruvianis* Tacſo & Purupuru *dictis*.

PAPAYA, T. Pl.* CARICA, L.* *Papayer.* Dioïca. Calix minimus 5-dentatus. MASC. Corolla monopetala tubuloſa infundibuliformis, limbo 5-lobo. Stamina 10, fauci corollæ inſerta; alterna filamentis duplò brevioribus, calicinis laciniis oppoſita; antheræ erectæ oblongæ. FOEM. Corolla 5-partita. Germen ſuperum oblongum; ſtyli 5 breves; ſtigmata dilatata compreſſa, criſtata. Bacca maxima cucumerina aut ovata, 5-ſulcata oblonga, intùs pulpoſa 1-locularis ad parietes 5-placentaris polyſperma; ſemina numeroſa arillata, arillo teſtam fragilem rugoſam 1-ſpermam obvolvente. Corculum planum in periſpermo compreſſo carnoſo oleoſo. *Arbores ſucco lacteſcente glutinoſo, ligno fungoſo lævi, trunco indiviſo aut rariùs ramoſo, ſubſpinoſo aut ſæpiùs inermi & priſtinorum foliorum veſtigiis tantùm ſcabro; folia terminalia conferta alterna longè petiolata, digitata aut ſæpiùs palmata & ſubtùs in nervorum concurſu ſubſquamuloſa; flores axillares, maſculi in longis pedunculis racemoſi penduli aut erecti, fœminei pedunculo craſſiori breviori & paucifloro inſidentes; quidam interdùm hermaphroditi in fæmineis arboribus obſervante Trewio, in maſculis memorante Commerſonio; fructus eſculentus peponiformis. Genus in vivis denuò examinandum.*

OBS. Cucurbitaceas Botanici monopetalas dicunt à calice interiore colorato & corollæformi; ſed cum germine infrà concreſcens, ultrà laciniis calicinis extimis omninò coagmentatus, eâdem prognatus origine & unà marceſcens ſimulque poſtàc deciduus, calicinæ indolis veriùs particeps judicatur. In Bernardi Juſſæi diſtributione Trianonenſi & in noſtrâ horti Pariſienſis ſubſequente, Campanulaceis accedit ordo utpotè monopetalus, nunc autem ulteriori examine apetalus & prætereà plerumque diclinis, indè in diclinium claſſem adigitur, ordinibus conterminis habitu aut caractere ſubaffinis. Hìnc Euphorbiis quibuſdam ſcandentibus monoſtylis & columnari ſtaminum apparatu conſpicuis accedit, plurimùm tamen diſtinctus antheris & interiore fructûs ſeminiſque ſtructurâ; illìnc mediante Papayâ genere ambiguo extùs ficiformi quibuſdam inter Urticas generibus quadantenùs aſſimilatur. Cucurbitaceæ non volubiles, ſed more Vitis tantùm ſcandentes & cirrhis injectis ſuſpenſæ; ſcandentes ſimiliter Paſſifloræ quæ licèt hermaphroditæ germine ſupero, ordini non immeritò approximantur. Harum floralem aſſimilant coronam rugæ quædam in imo Cucurbitacearum calice interiores. Staminum filamenta in his & illis baſi coalita. Eadem, deficiente ſtipite, in Modeccâ (Rheed. 8 t. 20)

intrà calicem cum germine immerſa, caracterem Cucurbitaceó viciniorem repræſentant. Solvitur Paſſifloræ fructus ſuprà pedunculum articulatus; idem in Cucurbitaceis, obſervante D. Duchesne, juxtà pedunculum quaſi circumſciſſus, ab eodem maturus ſponte disjungitur.

ORDO III.

URTICÆ, *LES ORTIES.*

FLORES monoïci aut dioïci, rariùs hermaphroditi. Calix omnibus monophyllus diviſus. Corolla nulla. Maſculis ſtamina definita, imo calici inſerta, ejuſdem laciniis oppoſita. Fœmineis germen unicum ſuperum; ſtylus nullus, aut unicus duplexve ſæpè lateralis; ſtigmata ſæpè duo. Semen unicum, cruſtâ fragili aut arillo incluſum, nudum aut tectum calice interdùm baccato. Hujus corculum abſque periſpermo, rectum aut incurvum. Arbores, frutices aut herbæ, interdùm lacteſcentes. Folia ſæpiùs ſtipulacea, alterna aut oppoſita. Flores nunc ſolitarii aut racemoſi, nunc receptaculo multifloro interdùm amentæformi impoſiti, nunc in communi involucro monophyllo reconditi. Fructus interdùm polyſpermus ex ſeminûm in involucro aut receptaculo aggregatorum coadunatione.

I. Flores in communi involucro monophyllo reconditi.

FICUS, T. L. * *Figuier.* Feigenbaum. Monoïca. Involucrum baſi ſquamulis 3 cinctum, carnoſum, formâ varium, apice dentatum denticulorum multiplici ſerie & connivens ſuperſtite foramine denticulis clauſo, intùs refertum floribus pedicellatis, propè foramen maſculis ſuperioribus, cæteris fœmineis inferioribus, internam ejuſdem parietem obtegentibus. MASC. Calix 3-partitus. Stamina 3. Rudimentum piſtilli. FOEM.

Calix 5-partitus. Germen 1; ſtylus 1 lateralis; ſtigmata 2. Semen 1 compreſſum nudum, aut hinc calici ſemiimmerſum. Fructus ex involucro ſeminifero ampliato interdùm ſucculento. *Arbores aut frutices lacteſcentes; rami alterni; folia alterna, juniora ſtipulis concluſa vaginantibus in cornu terminale convolutis, ſæpè mox caducis, quarum veſtigia perſiſtentia; fructus ſæpè axillares, ſolitarii aut conferti, rariùs racemoſi terminales. Species quædam in Archipelagicis inſulis* Caprificæ *dictæ, vulgò dioïcæ: harum fœcundatio difficilis (maribus in involucro proprio connivente incluſis) perfici creditur beneficio inſectorum quæ in maſculis involucris latentia, perforatâ eorumdem pariete, ad fœmineos convolant thalamos maſculo polline conſperſa, eoſdem quà data porta penetrant, & beneficum ſtigmatibus infundunt rorem quo dives fructus mox turgeſcit maturuſque ſemina perfecta profert. Huic* Caprificationi *favent incolæ admoventes arbori fœmineæ ramum maſculum involucris inſectiferis onuſtum. An tamen verè dioïcæ ſpecies Caprificæ? An potiùs involucra, ut in cæteris, monoïca & ſeminifera, ſed ſuâ ſponte non pulpoſa nec eſculenta, indè ſterilia dicta? An fructuum turgeſcentia non à fœcundo polline, ſed à ſolito nutritii ſucci defluxu in vegetantium partes inſecti aculeo vulneratas?*

AMBORA. * Tambourissa, Sonner. * Mithridatea, Commerſ. * *Tamboul, Bois tambour.* Monoïca. Masc. Involucrum primò ovatum connivens integrum, deìn ſciſſile 4-partitum patens, antheris numeroſiſſimis intùs omninò veſtitum. Foem. Involucrum ovatum, intùs cavum, ſuprà umbilico pervium. Germina numeroſa internis ejuſdem parietibus immerſa; ſtyli & ſtigmata totidem. Capſulæ totidem in involucro ampliato incraſſato, ſingulæ 1-ſpermæ arillatæ arillo pulpoſo. *Involucrum maturius quandoque diſciſſum. Arbores lacteſcentes; folia ſuboppoſita integra ſempervirentia; flores racemoſi, rariùs ſolitarii, trunco & imis ramis innaſcentes, fœminei rariores maſculis mixti. Character ex ſiccis & ex Commerſ. deſcript. & ex Sonner. Ind. 2. t. 134. An prætereà calices proprii aut ſquamæ florales?* Ambora *nomen Madagaſcarienſe.*

DORSTENIA, Pl. L. * *Contrayerva.* Involucrum concavum patens crateriforme, rotundum aut angulatum, intùs tectum floribus numeroſis confertis ſeſſilibus. Singulis calix ſimplex ſeu fovea 4-angularis in involucro excavata; ſtamina 4; germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1; ſemen 1. Involucrum maturius carnoſum. *Character ex Linnæo. Herbæ foliis radicalibus; involucra in ſcapis ſolitaria terminalia. Hujus congener ex Niebuhr* Koſaria *Forsk. herba lacteſcens cauleſcenſque foliis ſparſis, cujus involucra conformia axillaria pedunculata 10-12-dentata, intùs carnoſa, multiflora floribus preſſis pulpæ immerſis & ſuprà verrucæformibus, verrucis conico-truncatis, aliis maſculis 2-3-andris, aliis fœmineis*

promiſcuis 1-gynis 1-ſtylis 1-ſpermis ſemine intrà pulpam deliteſcente. An cæteræ Dorſteniæ pariter monoïcæ, ipſo ſuſpicante Linnæo, utpotè involucro ficiformi ſed expanſo inſtructæ?

HEDYCARIA, Forſt. * Dioïca. Calix 8-10-fidus. MASC. Antheræ plurimæ (50) ſeſſiles oblongæ apice barbato, fundum calicis tegentes. FOEM. Germina plura in diſco calicis lanati, ſtipitata, granulata; ſtyli o; ſtigmata... Nuces 6-10; cæteris abortivis, ſuboſſeæ 1-ſpermæ ſtipitatæ. *Frutex foliis alternis; flores racemoſi axillares. Caracter ex Forſt. t. 64 & ex L. Suppl. An Anomis aut Ranunculaceis affinior? An calix mutato nomine verum involucrum?*

PEREBEA, Aubl. * Dioïca? MASC.... FOEM. Calix tubuloſus 4-dentatus. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 2-lobum. Semen 1, calice baccato tectum. Receptaculum multiflorum floribus ſeſſilibus, coriaceum, extùs ſquamoſum, margine dentatum, primò concavum, expanſione deìn convexum & baccis deciduis nudum. *Arbor; folia alterna ſtipulacea, juniora ſtipulis involuta mox caducis, quarum veſtigia ut in Ficu perſiſtentia; receptacula axillaria. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 361.*

II. Flores receptaculo communi multifloro impoſiti, aut ſquamis involucrantibus capitati, aut diſtincti ſparſi.

CECROPIA. L. * FICUS, Pl. * *Coulekin, Ambaïba, Bois trompette.* Dioïca. MASC. Amentum imbricatum floribus numeroſis. His calix turbinato-angulatus obtuſus apice 2-poroſus. Stamina 2 intrà calicem per poros exſerta. FOEM. Amentum idem. Calix *ex Jacq.* infundibuliformis, apice 2-fidus. Corpuſcula 2 (antheræ ſteriles?) minima caduca, calicis inciſuris inſidentia. Germen anguloſum obtuſum; ſtylus ſubnullus; ſtigma capitatum. Capſula *ex Loëfl.*, aut bacca *ex Linn.* (è calice perſiſtente nata?) anguloſa 1-ſperma ſemine minimo. *Arbor ramis nodoſis, inter nodos fiſtuloſis; folia ad nodos alterna, juniora cooperta membranâ ſpathiformi lateribus dehiſcente & caducâ; ſpathæ florum communes pedunculatæ, includentes amenta faſciculata, in maſculis plurima, in foemineis pauciora (4-5); pedunculi 1-2 axillares.*

ARTOCARPUS, Forſt. LS. * *Jaquier, Rima, Fruit à pain.* Brodbaum. Monoïca. MASC. Amentum cylindricum craſſum (ſpathâ deſtitutum?) floſculis omninò tectum ſeſſilibus quibus calix 2-valvis, ſtamen 1 breve. FOEM. Spadix ovatus, ſpathâ 2-valvi deciduâ cinctus, & numeroſis onuſtus germinibus connatis. His calix o aut abortivus; ſtylus o aut 1; ſtigma 1-2. Fructus compoſitus muricatus magnus. Semina totidem quot germina, apice ſetoſa ſeu ariſtata, ſpadici baccato immerſa,

ſingula arillata arillo pulpoſo farinaceo. *Arbores lacteſcentes; folia alterna ſtipulacea, juniora ſtipulis involuta mox caducis quarum veſtigia ut in Ficu perſiſtentia; amenta axillaria aut terminalia; fructus in trunco & imis ramis axillares, in quibuſdam ſpeciebus apyrini. Caracter ex Forſt. t. 51 & L. Suppl. & Commerſ. cui* Iridaps *dicitur. Congeneres* Tsjaka *Rheed. 3. t. 26-28. 32*, & Soccus *Rumph. 1. t. 29-34*, & Nanca, Camangſi *Camell. apud. Rai. hiſt. 3. Luz. p. 52. ic. 71. 168.*

MORUS, T. L.* *Meurier.* Maulbeerbaum. Monoïca, rariùs dioïca. Flores maſculi & fœminei in amentis diſtinctis ovatis densè ſpicati ſeſſiles. Singulis calix 4-partitus. MASC. Stamina 4, filamentis longis antè floreſcentiam incurvis. FOEM. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semen 1, calice perſiſtente baccato tectum; corculum incurvum. *Arbores lacteſcentes; folia ſtipulacea, alterna aut rariùs oppoſita; amenta ſolitaria axillaria, fœminea eſculenta.*

ELATOSTEMA, Forſt. * Monoïca. MASC. Calix 5-partitus patens. Stamina 4-5, filamentis elaſticè proſilientibus. Flores aggregati. FOEM. Calix o. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 3 bifida. Capſula 2-valvis 1-ſperma. Receptaculum commune baccatum globoſum, floribus & ideò capſulis diſſitis tectum. *Caracter ex Forſt. t. 53.*

BOEHMERIA, Jacq. * CATURUS, L. * Monoïca. MASC. Calix tubuloſus 3-fidus. Stamina 3. FOEM. Calix tubuloſus integer. Germen 1; ſtylus 1 longus; ſtigma 1. Semen 1 minimum, calice perſiſtente ſuprà coarctato tectum. *Arbuſcula; folia alterna ſtipulacea, alternatìm lanceolata, longè petiolata aut baſi hinc auriculata breviùſque petiolata, baſi etiam 3-nervia nervo medio (ut in Celtide) obliquato; flores aggregati ſeſſiles, bracteis ſeu paleis diſtincti, minimi, axillares, fœminei ſuperiores in junioribus ramulis, maſculi inferiores in vetuſtioribus & à foliorum caſu aphyllis. Caracter ex Jacq. Americ. & ex ſicco ſpecimine. Genus certè diverſum a Caturo.*

PROCRIS, Commerſ. * Monoïca aut dioïca. MASC. Flores aggregati. Calix 4-fidus. Stamina 4, calice longiora, ejuſdem laciniis oppoſita. FOEM. Receptaculum baccatum ſphæroïdeum, floſculis omninò tectum. Singulis calix... Germen... Capſula minima receptaculo incraſſato ſemiimmerſa. *Herbæ non ramoſæ; folia alterna ſtipulacea, nervo medio obliquato ut in Boehmeriâ; flores axillares. Caracter ex Commerſ. mſſ. & herb. An congener* Ponga *Rheed. Mal. 4. t. 35? Confer cum præcedentibus.*

URTICA, T. L. * *Ortie.* Neſſel. Monoïca, rariùs dioïca. MASC. Flores racemoſi. Calix 4-partitus. Stamina 4, filamentis longis antè floreſcentiam incurvis. Rudimentum piſtilli glanduloſum. FOEM. Flores racemoſi aut rariùs in capitula ſphæricea conglobati. Calix 2-valvis. Germen 1; ſtylus o; ſtigma

villoſum. Semen 1. calice perſiſtente membranaceo (rariſſimè baccato) tectum; corculum rectum. *Herbae, plures pungentes, rariùs frutices; folia ſtipulacea, oppoſita aut alterna; racemi axillares ut & capitula.*

FORSKALEA, L. * CAIDBEJA, Forsk. * Monoïca. Involucrum 5-6 phyllum (calix L.) lanatum turbinatum multiflorum monoïcum, floribus lanâ intertextâ arctè connexis, maſculis 7-10 marginalibus, fœmineis 3-5 centralibus. MASC. Calix tubuloſus (petalum L.) ſquamiformis, textu lanato inflexoſ ſquamæ margines copulante & ſic intùs perficiente tubum, limbo integro aut dentato. Stamen 1 imo calici inſertum, antherâ & filamento ut in Parietariâ elaſticis. FOEM. Lanugo carminata vicem calicis ſupplens. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1 lanuginoſum compreſſum; corculum erectum. *Herbæ aſperæ tenaces & etiam ſubpungentes; folia alterna ſtipulacea; involucra axillaria, 3 4 conferta ſeſſilia. Habitus Parietariæ cui aliundè affinis caractere ſic delineato poſt repetitas præcipuè in* F. minori *obſervationes. Ex Linnæo & aliis flores hermaphroditi, calix 5 phyllus, petala & ſtamina 10, germina 5, ſtyli & ſtigmata 5, ſemina 5 lanâ connexa: an rectiùs?*

PARIETARIA, T. L. * *Pariétaire.* Glaskraut. Involucrum multipartitum, pauciflorum (3-5), floſculo 1 fœmineo, cæteris hermaphroditis. HERM. Calix 4-fidus. Stamina 4, filamentis primò incurvis, deìn elaſticâ expanſione patentibus; antheræ didymæ, elaſticè dehiſcentes. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Semen 1, calice elongato & ſuprà connivente tectum; corculum rectum. FOEM. Stamina 0. Cætera ſimilia. *Herbæ, quædam aſperæ; folia alterna aut oppoſita, in quibuſdam non ſtipulacea; flores glomerati axillares. Species quædam Commerſonianæ, ſuffruteſcentes aut herbaceæ, floribus ſubſolitariis, aut confertim paniculatis in eodem pedunculo ternis; quædam foliis 3 aut 4 verticillatis; omnes ulteriùs examinandæ.*

PTERANTHUS, Forsk. * Calix 4-partitus, laciniis intùs cavis & germini applicitis, 2 oppoſitis majoribus & longioribus apice compreſſis & quaſi alatis, 2 aliis minoribus apice hamoſo reflexis. Stamina 4 brevia, filamentis baſi vix coalitis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 2-fidum. Semen calice perſiſtente tectum. *Herba articulata, infrà trichotoma, ſuprà dichotoma; folia verticillata; pedunculi ex Dichotomiis foliati dichotomè multiflori; pedicelli ovati compreſſi ſub7-flori, flore 1 centrali fertili, 3 utrinque lateralibus quorum 2 ſterilia & 1 frugifer medius. Caracter ex Forsk. Camphoroſmæ congener ex Linnæo, ſed certiùs affinior Urticis. Semen abſque periſpermo.*

HUMULUS, L. * LUPULUS, T. * *Houblon.* Hopfen. Dioïca. MASC. Calix 5-partitus. Stamina 5, filamentis brevibus; antheræ oblongæ. FOEM. Calix unifolius bracteiformis, baſi connivens

minimus. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semen 1 arillatum, calice plurimùm ampliato & membranaceo infrà cinctum; corculum incurvum. *Herbæ lignoſæ ſcandentes aſperæ; folia oppoſita, ſuperiora interdùm alterna; ſtipulæ utrinque in unicam bifidam connatæ; flores maſculi alternè & laxè paniculati, axillares & terminales; foeminei verticillati ſeſſiles, verticillis 8-floris involucro 4-phyllo cinctis, densè ſpicatis, ſpicis brevibus ovatis pedunculatis axillaribus & terminalibus, ſolitariis aut pluribus paniculatis, paniculæ diviſuris ſtipulaceis.*

CANNABIS, T. L. * *Chanvre.* Hanf. Dioïca. MASC. Calix 5-partitus. Stamina 5, filamentis brevibus, antheris oblongis. FOEM. Calix oblongus latere fiſſus. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula cruſtacea 2-valvis ſubgloboſa parva, calice tecta; corculum incurvum. *Herbæ erectae; folia ſtipulacea digitata, inferiora oppoſita, ſuperiora alterna, floralia interdùm ſimplicia; flores maſculi paniculati axillares & terminales; foeminei in ſummis ramulis 2 axillares ſeſſiles, mediante ramuli junioris rudimento. Congener* Cansjava *Rheed. Mal. 10. t. 60-61.*

THELIGONUM, L. * CYNOCRAMBE, T. * Monoïcum. MASC. Calix turbinatus 2-fidus laciniis revolutis. Stamina 12 & ultrà. FOEM. Calix 2-fidus minor, perſiſtens ad latus germinis cui ſtylus 1, ſtigma 1. Capſula 1-ſperma globoſa coriacea; ſemen appendiculo calloſo; corculum incurvum. *Herba; folia alterna, petiolo infrà in ſtipulas ſubvaginantes dilatato; flores axillares & ſeſſiles, maſculi ſuperiores, inferiores foeminei.*

III. Genera Urticis affinia.

GUNNERA, L. * Calix o aut ſuperus 2-dentatus. Germen apice 2-dentatum; ſtyli 2 inter dentes; ſtigmata 2. Stamina 2, epigyna extrà dentes; antheræ ſubſeſſiles oppoſitæ. Semen 1, cruſtâ calicinâ corticatum. *Herbae foliis radicalibus; flores in ſcapo amentacei terminales amento compoſito, ramulis bracteatis, floſculis nudis. Caracter ex Linnaeo. Hùc retulit* Perpenſum *Burm. prod., monoïcum teſtante Burmanno: genus ergò fortè non hermaphroditum & idem cum Miſandrâ. Hujus congener ex D. Dombey* Panke *Feuil. Peruv. t. 30. Congener* Panke *Feuil. 2. t. 30*...adde: *eadem cum* Panke acauli *Molin. Chil. & diſtinctiſſima à* Panke tinctoriâ *ejuſdem cui caulis 5-pedalis apice 3-4-phyllus & racemiflorus floribus intrà calicem 4-fidum 1-petalis corollâ campanulatâ, 9-andris 1-gynis 1-ſtylis & in capſulâ 2-valvi 1-ſpermis. Huic cauleſcenti accedit* Laupanke *Feuill. 2. t. 31 ſimiliter tinctoria & cauleſcens, ſed ex Fevilleo 4-6-petala 4-6-andra intrà calicem 4-6-fidum, & cum ipsâ in diſtincto genere ſejungenda.*

MISANDRA, Commerſ. * Dioïca. Flores in ſcapis racemoſi terminales. MASC. Pedicelli in racemo 2-antheriferi, ſub an-

theris 4-gonis 2-bracteolati. Calix præterea nullus. FOEM. Pedicelli ſuboppoſiti 1-2-flori. Singulo flori germen apice marginatum & 2-appendiculatum (an indè inferum aut tectum calice ſuprà 2-fido?); ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula ſubbaccata 2-valvis 1-ſperma. *Herba Magellanica repens; folia radicalia, alterna, ſtipulacea; ſcapi ex involucro gemmaceo, maſculi altiores, fœminei humiliores. Hos forsàn ſeriores in unicâ Magellaniæ parte vidit Commerſonius, illos ubique: indè nomen. Caracter ex ſiccis. Confer cum Gunnerâ forsàn congeneri.*

PIPER, Bauh. L. * SAURURUS, Pl. * *Poivre.* Pfeffer. Spadix cylindricus amentiformis, floſculis densè tectus, ſæpè nudus, rarò ſpathis cinctus. Singulo flori ſquamula exterior. Calix nullus, niſi cruſta germinis. Germen, dùm recens, inferum antheris 2 ſeſſilibus onuſtum; dùm maturius, ſuperum & iiſdem ad latera rejectis ſtipatum; ſtylus ſubnullus; ſtigmata 3-4 hiſpida. Bacca ſubrotunda 1-ſperma. *Caulis herbaceus aut fruteſcens, ſæpè ſcandens & dichotomus, ramis quaſi articulatis; folia petiolo amplexicauli, nunc alterna, nunc oppoſita altero ſæpè caduco aut abortivo; ſpadices foliis oppoſitis axillares, alternis oppoſiti, plerumque ſolitarii nudi, rarò plures faſciculati & bracteis ſtipati ut in* P. peltato L. *&* P. umbellato L. *indè affinibus Cecropiæ & è Pipere forsàn eliminandis. An ſpecies cæteræ omnes verè congeneres? An quædam aut plures ſexu diclines? Confer in vivis.*

GNETUM, L. * GNEMON, Rumph. * Monoïcum. Flores circà axim ſeu rachim verticillato-ſpicati, verticillis interruptis, ſingulis involucro ſeu calice communi multifloro integro urceolato calloſo axim cingente obvolutis, ſuprà receptaculum commune paleaceum, paleis 1-floris, floſculis marginalibus maſculis, centralibus propè rachim fœmineis. His & illis palea calicis vicem ſuppleens. MASC. Filamentum ſimplex, antheris 2 connexis terminatum. FOEM. Germen 1, receptaculo immerſum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Drupa ovata, fœta nuce oblongâ ſtriatâ. *Arbores trunco & ramis geniculatis; folia ad geniculos oppoſita integra; ſpicæ amentiformes geminæ axillares. Caracter ex Linnæo. Vidit interdùm amentum merè maſculum in eâdem axillâ juxtà involucrum ſimplex omninò foemineum. Ex Rumphio genus dioïcum & ſpecies una carne fructûs pilis prurientibus intùs obſitâ. Confer cum Thoâ.*

THOA, Aubl. * Monoïca. Calix o. Corolla o. MASC. Spica nodoſo-articulata, ad nodos polyandra, filamentis diſtinctis brevibus, antheris minimis. FOEM. Germina 2 ad baſim ſpicæ maſculæ, unum utrinque ſeſſile. His ſtylus ſubnullus; ſtigmata 3-4. Capſula olivæformis, ſub cortice ſetoſa pungens, intùs teſtacea fragilis 1-locularis 1-ſperma. *Frutex cortice gummifero, ramis ſarmentoſis nodoſis; ramuli oppoſiti nodoſi, apice dichotomi; folia ad nodos oppoſita integra; ſpicæ florùm axillares*

& terminales ſolitariæ; ſemina eſculenta. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 336. Confer cum Gneto cui ſimilis habitu.

BAGASSA, Aubl. * *Bagaſſe.* Calix... Stamina... Germen... Bacca ſphæricea cortice granulato, carne internâ durâ, exteriori pulposâ intrà quam ſemina plurima nidulantur ovata acuminata. *Arbor lacteſcens, ramis & foliis oppoſitis; ſtipulæ caducæ; fructus aurantiformis edulis; cætera deſiderata. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 376. An bacca hæc receptaculo præcedentium affinis, & ideò genus analogum?*

COUSSAPOA, Aubl. * Calix... Stamina... Germen... Receptaculum ſphæriceum feminibus onuſtum rotundis pulpâ involutis. *Arbores ſucco luteo turgidæ; folia alterna, juniora ut in Ficu ſtipulis obtecta convolutis mox caducis quarum veſtigia perſiſtentia; receptacula racemoſa & axillaria; cætera deſiderantur. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 362. 363.*

POUROUMA, Aubl. * Dioïca. MASC..... FOEM. Calix... Germen hirſutum; ſtylus 0; ſtigma peltatum ſtriatum. Capſula ovata ſubhirſuta 1-locularis 2-valvis 1-ſperma, receptaculo feminifero laterali. *Arbor; folia alterna 3-loba aut palmata; juniora ſtipulâ terminali ſpathæformi tecta, quâ mox caducâ veſtigium ſupereſt; pedunculi axillares corymboſo-multiflori; maſculi flores nondùm obſervati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 341, & ex Joſſ. Juſſæi ſpecimine Peruviano. Habitus Cecropiæ aut Ficûs.*

Obs. Genera hùc revocata habitus quidam diſſociat, Ficum nempè, Morum, Urticam &c., caracter autem connectit vinculo naturali; flores enim non ſtructurâ tantùm ſimiles, ſed & diſpoſitione quadantenùs affines. Involucrum multiflorum concavum apice connivens in Ficu, dilatatur in Amborâ, pateſcit crateriformis in Dorſteniâ, revolvitur in Perebeâ convexum more receptaculi. Inverſo deìn nomine & ſitu, centrale fit receptaculum floribus onuſtum in Artocarpo, Moro &c. His conveniunt Urticæ & Parietariæ globulifloræ, non diſjungendæ à congeneribus racemoſis quibus accedunt facilè Humulus, Cannabis, &c. ſerie parùm interruptâ. Amentaceis ſubſequentibus jure adjacent Urticæ ſimiliter apetalæ & diclines periſpermo deſtitutæ, quarum inſuper compar in nonnullis generibus florum diſpoſitio. Affines etiam Atriplicibus p. 93, utpotè floribus apetalis monoſpermis interdùm hermaphroditis & ſtaminibus definitis perigyniſque inſtructæ; diſcrepant tamen ſexubus ſæpiùs diſtinctis & periſpermo nullo. Ambroſiam & congeneres rectiùs forsàn evocant ex dictis p. 213. Magnoliam habitu ſimilem æmulantur Ficus & Artocarpus tum ſtipularum terminalium convolutione, tum earumdem caducarum veſtigiis, tum & feminum aggregatione; ſed flos Magnoliæ p. 311 polypetalus polygynus ſolitarius, flores in Artocarpo & Ficu apetali monogyni glomerati.

Collatis generibus ordini adjectis, fortè novus poſthac inſtituendus Piperum ordo Urticis conterminus, Artocarpum, Cecropiam, Piper, Gnetum, Thoam, Salicorniam?, Gunneram, Miſandram &c. complectens, quem definient præcipuè flores minimi amentacei ſæpè diclines, calix obſo-

letus, ſtamen unicum aut duplex, germen ſimplex ſuperum aut tectum, ſtylus aut ſtigma ſimplex duplexve, ſemen calice ſubbaccato tectum &c. An Piperibus affines Aroïdeæ & quædam Naiades, modò has & illas germinatio bilobas comprobaverit ?

ORDO IV.

AMENTACEÆ, *LES AMENTACÉES.*

FAMILIE DER KÄTZCHENBÄUME.

FLORES monoïci aut dioïci (rariùs hermaphroditi), omnes apetali. Maſculi diſpoſiti in amentum inſtructum ſquamis deficiente calice ſtaminiferis, aut calici monophyllo ſtaminifero annexis. Stamina definita aut indefinita, filamentis diſtinctis. Fœminei flores amentacei aut faſciculati aut ſolitarii, nunc calice monophyllo nunc ſquamâ tantùm inſtructi. Germen ſuperum ſimplex aut raro definitè multiplex; ſtylus unicus aut multiplex; ſtigmata ſæpiùs plura. Semina nuda, aut capſulæ ſuperæ, nunc coriaceæ nunc oſſeæ, ſæpiùs uniloculares, totidem quot germina. Corculi periſpermo deſtituti radicula recta. Caulis arboreſcens aut fruteſcens aut raro ſuffruticoſus. Folia alterna ſtipulacea, ſæpiùs ſimplicia.

I. Flores hermaphroditi.

FOTHERGILLA, L. * Calix truncatus integer. Stamina plura. Germen apice 2-fidum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula 2-loba 2-locularis loculis 2-valvibus 1-ſpermis, ſeminibus oſſeis.

Frutex facie Alni; flores denſè ſpicati terminales, vernales antè folia. Fructus Hamamelis, flos diverſus.

ULMUS, T. L. * *Orme.* Rüſter. Calix campanulatus 4-5-dentatus coloratus perſiſtens. Stamina 3-6, ſæpiùs 4-5, antheris 5-ſulcis. Germen compreſſum; ſtyli 2 breves aut 0; ſtigmata 2. Capſula ſuborbiculata, plano-compreſſa, membranacea, medio tumida, 1-ſperma ſemine lentiformi. *Arbores aut rariùs frutices; folia retrorsùm aſpera, baſi hinc ſæpè productiora; flores in faſciculis ſquamoſis ſæpè axillaribus ſeſſiles aut rariùs pedunculati. Species una polygama, floribus paucis foemineis aut hermaphroditis ſubſolitariis, pluribus maſculis faſciculatis, fructu ovoïdeo non compreſſo, deſcribente D. Richard in diſſ. mſſ.*

CELTIS, T. L. * Muntingia, Pl. * *Micocoulier.* Zeltenbaum. Calix 5-partitus. Stamina 5, antheris 4-ſulcis ſubſeſſilibus. Germen ovatum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Drupa globoſa 1-ſperma; corculum ſeminis ſinuosè plicatum. *Arbores; flores axillares, ſubſolitarii aut racemoſi, quidam maſculi calice 6-partito hermaphroditis mixti aut in axillis inferioribus diſtincti. An & foeminei quidam rariores? Nervus foliorum praecipuus in pluribus è medio deflectens. Species una Senegalenſis ſtigmatibus 2-fidis, altera Borbonica* Andareſe *dicta ſtylis ſubnullis. Congener ex Bern. Juſſaeo* Rhamnus micranthus L. (Muntingia Pl.) *apetalus ſtaminibus calici oppoſitis & 2-ſtylus & in baccâ 1-ſpermus.*

II. Flores dioïci.

SALIX, T. L. * *Saule.* Weide. Amenta imbricata ſquamis 1-floris. Calix 0. Masc. Intrà ſingulam ſquamam ſtamina 2, rariùs 1-3-5, quibus anteriùs baſi interjecta glandula (rudimentum germinis?) oblonga truncata parva colorata. Foem. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 2. Capſula 1-locularis 2-valvis polyſperma, ſeminibus pappoſis. *Arbores aut frutices ſuffruticeſve, quidam ſubherbacei; amenta axillaria aut terminalia, juniora ſquamâ ſimplici calyptraeformi tecta. Species una hermaphrodita. Cfr. Hofmann. Monograph.*

POPULUS, T. L. * *Peuple, Peuplier.* Pappel. Amenta laxè imbricata, ſquamis 1-floris margine laceris aut palmato-ciliatis, baſi unguiculatis, medio floris pedicello inſertis. Calix minimus urceolatus (nectarium L.) margine obliquo integerrimo. Masc. Stamina 8, imo calici intùs affixa, exſerta; antheræ oblongæ erectæ. Foem. Germen 1, baſi cinctum calice, ſtylus 1 breviſſimus aut 0; ſtigmata 4. Capſula 2-locularis 2-valvis polyſperma ſeminibus pappoſis. *Arbores; folia plurimarum cordato-triangula; petiolorum apex ſaepè compreſſus & ſubbiglanduloſus; gemmae florales ſquamoſae foliis praecociores, juniores in quibuſdam balſamifluae; amenta è gemmis explicatis exſerta.*

MYRICA,

MYRICA, L. * GALE, T. * *Galé.* Gagel. Amenta ovata imbricata ſquamis lunatis 1-floris. Calix o. MASC. Squama 4-andra, rariùs 6-andra. FOEM. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula parva 1-ſperma, nunc ſicca apice 3-loba, nunc ſæpiùs drupacea globoſa extùs granulata. *Frutices ſubaromatici aut arbuſculæ; folia punctis aureis minutis notata; ſtipulæ nullæ aut fugaces; amenta axillaria aut ſpicata terminalia; drupæ quarumdam extùs caneſcentes ceriferæ. An affinior Terebintaceis? Species una foliis ternatis, fortè non congener.*

III. Flores monoïci.

BETULA, T. L. * ALNUS, T. * *Bouleau, Aune, Verne.* Bircke. Amenta ſexu diſtincta, imbricata ſquamis 3-fidis aut 3-partitis. MASC. Squama 3-flora. Calix 4-partitus. Stamina 4. FOEM. Squama 2-flora. Calix o. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semen 1, viciniori approximatum ſub eâdem ſquamâ. *Arbores aut frutices; amenta axillaria, fœminea in* Betulâ T. *cylindrica cum ſeminibus margine membranaceis, in* Alno T. *ovata cum ſeminibus nudis.*

CARPINUS, T. L. * OSTRYA, Mich. * *Charme.* Haynbuche. Amenta ſexu diſtincta, laxè imbricata ſquamis 1-floris. MASC. Squama ovata, abſque calice fovens ſtamina 6-10 aut plura, antheris apice villoſis. FOEM. Squama lanceolata villoſa. Germen 1 apice denticulatum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula oſſea 1-ſperma, quandoque ſtriata, intrà ſemiamplexantem ſquamæ ampliatæ & ſcarioſæ baſim deliteſcens. *Arbores; amenta axillaria & terminalia, maſcula longiora gracilia. Ex Linnæo germina 2 & corolla fœminea 6-fida; ex D. Lamark mutato nomine calix datur ſuperus germini ſimplici inſidens. An calicem indicant denticuli germinis; an potiùs germen nudum & ut in confinibus ſuperum? An genere diſtinguenda* Oſtrya *Mich., fortè dioïca, cujus amenta fœminea denſiora folliculis ſquamas ſupplentibus membranaceis compreſſis intùs cavis & baſi 1-ſpermis, filamenta ſtaminum ex Scopolio ramoſa & antheræ emarginatæ & nux 2-locularis?*

FAGUS, T. L. * CASTANEA, T. * *Hêtre, Châtaignier.* Buche. Amentum monoïcum, floribus inferioribus fœmineis paucis, cæteris ſuperioribus maſculis. MASC. Calix campanulatus 5-fidus. Stamina 12 & ultrà. FOEM. Calix 4-dentatus extùs muricatus. Germina 1-3; ſingulis ſtylus 1, ſtigma 1 penicilliforme. Capſulæ totidem coriaceæ hylo lato (quædam interdùm abortivæ) 1-3-ſpermæ, concluſæ in calice perſiſtente capſulæformi 1-loculari 4-valvi, ſpinis mollibus echinato. *Arbores; amenta axillaria, in* Caſtaneâ T. *longa cylindrica laxa cum capſulis coriaceis & ſeminibus farinaceis, in* Fago T. *ovata*

brevia cum capſulis cartilagineis & ſeminibus oleum (huile de Fêne) *expreſſione fundentibus. An indè diſtinguenda genera?*

QUERCUS, T. L. * ILEX, T. * SUBER, T. * *Chêne*, *Yeuſe*, *Liege.* Eiche. Amentum monoïcum, floribus inferioribus fœmineis paucis, cæteris ſuperioribus maſculis. MASC. Calix 4-5-fidus. Stamina 5-10. FOEM. Calix coriaceus hemiſphæricus integer. Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 5. Capſula ovata coriacea 1-ſperma (*Glans* dicta) non dehiſcens, hylo lato, baſi cincta calice (cui nomen *Cupula*) perſiſtente, extùs ſcabro aut muricato. *Arbores*, *rarò frutices*; *cortex* Suberis T. *fungoſus craſſus*, *cæterorum tenuior*; *folia in* Quercu T. *decidua*, *in* Ilice T. & Subere T. *ſempervirentia*; *amenta axillaria laxa. Gallae inſectorum puncturis productae, formâ variae, diverſis ſpeciebus communes, tingunt colore nigro.*

CORYLUS, T. L. * *Coudrier*, *Noiſettier.* Haſelnuſs. MASC. Amentum longum cylindricum imbricatum, ſquamis 8-andris 3-fidis, laciniâ mediâ latiore laterales tegente. Calix o. FOEM. Flores ſeſſiles in gemmâ incluſi plures, à maſculis remoti. Singulis calix 1-phyllus (2-phyllus *ex Linn.*) coriaceus, margine lacerus. Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Nux hylo lato, oſſea 1-2-ſperma, cincta calice plurimùm elongato. *Arbores aut arbuſculae*; *amenta in ramulis terminalia*; *gemmae fœmineae axillares.*

LIQUIDAMBAR, CB. L. * *Liquidambar*, *Copalme.* Amberbaum. Amenta globuloſa, ſexu diſtincta. MASC. Stamina numeroſa in globum densè compacta, involucro communi 4-phyllo caduco; filamenta brevia; antheræ didymæ. FOEM. Receptaculum commune magnum ſphæriceum alveolis numeroſis excavatum, baſi pariter involucratum. Singulo flori calix anguloſus... Germen 1; ſtyli 2; ſtigmata 2. Capſula oblonga alveolo immerſa, ſuprà ſtylis 2 acuminata & inter ſtylos 2-valvis, 1-locularis polyſperma, ſeminibus oblongis nitidis apice membranaceo-alatis. *Arbores balſamifluae*; *folia* (*Aceris*) *ſinuato-palmata*; *florales globuli racemoſi terminales*, *fœminei in racemo ſubſolitarii inferiores longiùs pedunculati & penduli. An verè congener* L. peregrinum L. *quod Myricae affinius habitu & amentis brevibus ovatis ſolitariis axillaribus ſeſſilibus?*

PLATANUS; T. L. * *Platane.* Amenta ſexu diſtincta globoſa. MASC. Stamina numeroſa, ſquamis minimis intermixta; antheræ longæ 4-gonæ, à baſi adnatæ filamentis apice craſſioribus. FOEM. Germina numeroſa preſſa, ſquamis linearibus cincta & ab invicem diſtincta; ſingulis ſtylus 1; ſtigma aduncum. Semina totidem, baſi anguſtiora & villoſa, ſuperiùs ſtylo perſiſtente acuminata. *Arbores*; *folia* (*Aceris*) *ſinuato-palmata*, *petioli baſi tumidâ cavâ gemmulam naſcentem axillarem obtegente*; *ſtipulæ nullæ*, *ſed vagina intrà petiolum ramulo circumpoſita*, *limbo*

inæqualis & patens, in ramis decidua; globuli florales 2-3, pedunculo communi affixi ſeſſiles penduli.

Obs. Duplicem Tournefortiana methodus in Amentacearum claſſe complectitur ordinem, utrumque apetalum & ſexu diclinem & arboreum, Coniferas nempè & Amentaceas veras, quæ florum diſpoſitione ſubſimiles & ab invicem plus æquo non dimovendæ, habitu tamen & ſignis propriis diſtinguuntur. Corculum in Coniferis cylindricum periſpermo carnoſo cinctum, in Amentaceis periſpermo deſtitutum & ſæpè planum. Urticas aliundè contingunt rectiùs Amentaceæ, utpotè ſimiliter corollâ & periſpermo deſtitutas & diclines & in generibus quibuſdam ſpicifloras. An verè conſentiunt ordini Liquidambar & Platanus?

ORDO V.

CONIFERÆ, *LES CONIFERES.*

FAMILIE DER ZAPFENBÄUME.

FLORES monoïci aut dioïci. Maſculi ſæpiùs amentacei ſeu ſuprà amentum congeſti, ſinguli ſquamâ inſtructi, calicati aut nudi, calicibus aut ſquamis ſtaminiferis. Stamina definita aut indefinita, filamentis nunc diſtinctis nunc in ſtipitem ſimplicem aut ramoſum connatis. Fœminei ſolitarii aut capitati aut diſpoſiti in ſtrobilum ſeu conum densè ſquamoſum ſquamis imbricatis flores diſtinguentibus. Calix aut ſquamula calici æmula. Germen ſuperum, conicum aut duplex multiplexve; ſtyli aut & ſtigmata totidem. Semina aut capſulæ totidem monoſpermæ. Corculum cylindricum, in periſpermo carnoſo centrale, bilobum lobis rariùs partitis ſeu palmatis, indè tunc quaſi multilobum (in Pino). Caulis arboreus aut frutefcens.

I. Calix ſtaminifer.

EPHEDRA, T. L. * Dioïca. MASC. Amentum minimum pauciflorum, ſquamis 2-floris. Calix 2-fidus. Staminum filamenta

coalita in columnam centralem, apice ſæpiùs 7-andram, antheris 4 lateralibus & 3 terminalibus. FOEM. Calix quintuplex, ſingulus monophyllus 2-partitus, alter intrà alterum laciniis decuſſatis imbricatìm prominulus ſensìmque major. Germina 2, è ſuperiore calice enata; ſtyli 2; ſtigmata 2. Semina 2 hìnc plana, indè convexa, ſquamis tecta calicinis incraſſatis baccam diviſam conſtituentibus. *Suffrutices aphylli caulibus & ramis cylindricis nodoſis, ad nodos articulatis & verticillatìm aut oppoſitè ramoſis, ramulorum articulis membranâ ſupernè 2-fidâ vaginatis; pedunculi ex vaginis ſolitarii aut plures, uni aut multiflori. Amenta fortè ex articulis breviſſimis facta & calices ſubindè pro vaginulis confertiſſimis habendi. Genus Equiſeto affine tum habitu & articulis vaginatis, tum columnâ ſtaminiferâ; affinius fortè Gneto aut Salicorniae. An corculum periſpermo inſtructum?*

CASUARINA, Rumph. Forſt. LS.* *Filao de Madagaſcar.* Monoïca. Amenta imbricata ſquamis ciliatis 1-floris. MASC. Amentum longum. Calix 2-partitus. Stamen 1, filamento longo, antherâ ſubdidymâ. FOEM. Amentum ovatum breve. Calix 0 *ex Forſt.*, 2-fidus *ex Rumph.* Germen 1; ſtylus 1; ſtigmata 2. Capſula perpendiculariter 2-valvis 1-ſperma; ſemen margine membranaceum. Strobilus ex capſulis aggregatis. *Caracter ex Forſt. t. 52 & Rumph. 3. t. 57. Arbor aphylla, verticillatìm ramoſa & ramuloſa, diviſuris ſubtùs vaginatis vaginâ membranaceâ brevi ciliatâ aut dentatâ, ramulis cylindricis ſtriatis paſsìm articulatis & ad articulos ſimiliter vaginatis ut in Equiſeto. Ramuli alii ſteriles longi articulis diſtantibus, alii deſinentes in amenta, maſculiferi ſterilibus ferè conformes, fœminiferi articulis confertis breviati. Amenta contractiùs articulata, articulis minimis vix ab invicem diſtinctis & è vaginæ dentatæ ſinu floriferis: an dantur prætereà ſquamæ florales & calix? An corculum periſpermo inſtructum? An Coniferis rectè conſociatum genus? Confer cum Ephedrâ & affinibus.*

TAXUS, T. L.* *If.* Tax. Dioïca. Gemma floris polyphylla foliis oppoſitè imbricatis; calix prætereà nullus. MASC. Antheræ plures baſi dehiſcentes & poſthàc peltatæ margine 8-fido, impoſitæ filamentis in columnam centralem connatis. FOEM. Germen 1, receptaculo minimo impoſitum; ſtylus 0; ſtigma 1. Nux 1-ſperma ferè omninò tecta receptaculo ampliato & producto in baccam ſucculentam apice apertam, ſiccatione contabeſcentem & evanidam. *Arbores ramoſiſſimæ ramis alternis; folia alterna linearia ſempervirentia; florales gemmæ ſolitariæ axillares; corculum tenuiſſimum, in periſpermo carnoſo centrale. An verè congener* T. verticillata *Thunb. Jap. cujus folia majora ſubverticillata, bacca 1-ſperma non evanida nec ſuperiùs aperta, ſed ſtipitata ſeu calici receptaculove turbinato incraſſato inſidens.*

II. Calix nullus. Squamæ ſtaminiferæ. *Coniferæ veræ.*

JUNIPERUS, T. L. * CEDRUS, T. * SABINA, CB. * *Genevrier, Sabine.* Wachholder. Dioïca, rariùs monoïca. Amenta uniſexualia parva ſubovata, ſquamis ſuprà axim centralem densè confertis ſtipitato-peltatis, calice præterea nullo MASC.. Squamæ ternatìm verticillatæ, ſtipite 2-3-4-antherifero. Antheræ 1-loculares ſubſeſſiles, in ſquamis ſecundæ ſeu inferiori ſtipitis lateri inſertæ (quædam rariùs à ſtipite diſtinctæ & axi centrali affixæ). FOEM. Squamæ pauciores cruciatìm oppoſitæ. Intrà ſingulam germen 1, cui ſtylus breviſſimus aut 0; ſtigma tubuloſum hians. Capſula minima 1-ſperma non dehiſcens. Fructus ſeu ſtrobilus ex ſquamarum & capſularum conniventiâ ſphæriceus, ſuperficie interdùm inæqualis, bacciformis carnoſus parvus. *Arbores aut frutices ſuffruticeſve, ramis ſæpè alternis; folia in* Sabinâ *oppoſita, in cæteris 3-4-verticillata, nunc in* Junipero T. *patentia linearia oblonga acuminata, nunc in* Cedro T. *brevia ſquamiformia imbricata; amenta in ramulis terminalia aut axillaria ut & baccæ.*

CUPRESSUS, T. L. * *Cyprès.* Cypreſſe. Monoïca. MASC. Amentum ovatum imbricatum ſquamis (circiter 20) oppoſitis, apice peltatis, baſi 4-andris; antheræ ſeſſiles. FOEM. Conus ſubrotundus, ſquamis 8-10 oppoſitis peltatis. Germina ſub ſingulis plurima minima ſerie ſimplici; his ſtylus 0; ſtigma cylindricum fiſtuloſum apice patens. Nux anguloſa parva 1-ſperma, dehiſcentibus ſquamis decidua. *Arbores aut frutices ramis ſæpè alternis; folia* C. diſtichæ *linearia abietiformia diſtichè alterna decidua,* C. Luſitanicæ *juniperina ſubulata oppoſita, cæterarum oppoſita aut 3-verticillata breviſſima ſquamiformia densè & decuſſatìm imbricata perennia; amenta terminalia; coni terminales aut axillares.*

THUYA, T. L. * Lebensbaum. Monoïca. MASC. Amentum ovatum ſquamis 6 trino ordine oppoſitis, apice obtuſis, baſi 4-andris; antheræ ſubſtipitatæ. FOEM. Conus ſubovatus ſquamis oblongis apice incraſſatis longitudinaliter conniventibus. Sub ſingulis germina 2 minima, quibus ſtylus breviſſimus; ſtigma concavum. Capſulæ totidem 1-ſpermæ margine alato. *Arbores aut frutices frondibus ſæpè complanatis; folia ſquamiformia brevia oppoſita, in* T. aphyllâ *diſtantia, in cæteris imbricatìm conferta; amenta terminalia; coni terminales aut axillares, læves aut ſquarroſi, in* T. aphyllâ *4-valves ſeu 4-ſquamoſi.*

ARAUCARIA. * PINUS, Mol. * DOMBEYA, Lamark. * Dioïca? MASC. Squamæ numeroſæ in amentum ovatum dipſaciforme imbricatìm & ſpiraliter ſuprà axim communem compactæ, filamentorum æmulæ, apice dilatatæ & in acumen oblongum reflexum deſinentes, infrà anguſtiores complanatæ, utrinque

pluribus obtectæ antheris longis adnatis parallelis, apice connatis, baſi divaricatis emiſſo polline. FOEM. Germina numeroſa, in ſtrobilum maximum ovatum ſimiliter diſpoſita . . . Capſulæ totidem coriaceæ, oblongæ, infrà attenuatæ ſubturbinatæ 1-loculares 1-ſpermæ ſemine oblongo amygdaliformi, ſuperiùs latiores compreſſæ ſquamiformes, ſquamâ duplici (fortè ſtigma?), alterâ interiore anguſtâ brevi unguiformi, alterâ extimâ latiore ſuberosâ in acumen inflexum deſinente. Germina quædam ſterilia fertilibus intermixta, omninò ſquamiformia & inferius compreſſa. *Arbor reſinoſa excelſa, apud Araucanos in Chiloë indigena teſtante Molinâ Chil. hiſt. (undè nomen), Proteae facie ſed Pino ſimilior, indè dicta* Pin du Chili; *rami cruciatìm quaterni; folia alterna rigida ſeſſilia ſquamiformia, baſi lata, apice acuminato-pungentia, in octuplicem ſpiram confertìm imbricata, perennia; amenta terminalia ut & ſtrobili; ſemen eſculentum. A Pino & Abiete diſcrepat frondeſcentiâ, ſquamis maſculis polyantheris, fœmineis dorſalibus nullis, fœmineis veris non capſulam geminam obtegentibus ſed ipſiſmet capſularibus 1-ſpermis. Caracter ex ſiccis amentis ſtrobiliſque ramulo inſidentibus à Dombeyo datis.*

PINUS, T. L * *Pin.* Fichtenbaum. Squamæ fœmineæ interiores oblongæ clavatæ apice incraſſato inæquali anguloſo & extùs umbilicato. *Arbores reſiniferæ; folia 2-5 ex eâdem vaginâ brevi cylindricâ ſimul prodeuntia; amenta non ſolitaria, ſed in racemum terminalem compacta obſervantibus Duhamelio & Lamark; ſtrobili terminales. Cætera ut in Abiete ſquamis tenuibus & amentis ſolitariis & foliis non vaginatis præcipuè diſtincta.*

ABIES, T. * LARIX, T. * PINUS, L. * *Sapin, Meleze.* Lerchenbaum. Monoïca. MASC. Squamulæ numeroſæ in amentum oblongum ſpiraliter & imbricatìm ſuprà axim communem diſpoſitæ, filamentorum æmulæ, breves, apice ſæpiùs dilatato inflexæ, infrà anguſtiores 2-antheriferæ; antheræ 1-loculares oblongæ, ſquamis utrinque & ſubtùs adnatæ, in longum dehiſcentes, poſthàc infrà diſtinctæ & liberæ, ſuprà connexæ ac quaſi cucullatæ. FOEM. Squamulæ numeroſæ minimæ unguiformes, axi communi ſimiliter appreſſæ ſeſſiles, extùs alterâ obtectæ ſquamâ dorſali coloratâ acuminatâ ſæpè majore & tunc ſolâ in oriente flore conſpicuâ, baſi intùs digynæ & 2-glanduloſæ glandulis ſtigmatiformibus. Matureſcente fructu ſquamæ interiores plurimùm ampliatæ & tunc dorſalibus multò majores, latæ & rotundatæ margine tenui, in ſtrobilum ovatum aut oblongum ſpiraliter & imbricatìm compactæ; aliæ fertiles, intùs baſi inſtructæ capſulis 2 oſſeis teſtaceiſve 1-ſpermis membranâ propriâ ſuperjectâ tectis, ultrà productâ & ſquamam veſtiente alatis; aliæ ſteriles intermixtæ & membranis 2 vacuis tantùm veſtitæ. Squamæ dorſales fertilium ſæpè perſiſtentes emarcidæ & extenuatæ, ſterilium ſæpiùs evanidæ. Corculi periſpermo albido concoloris radicula deſcen

dens & lobi palmati. *Arbores aut arbuſculæ, ramis alternis aut verticillatis, balſamifluæ aut reſiniferæ; folia alterna linearia acuminata, plerumque ſempervirentia, in* Larice T. *plura faſciculata, in* Abiete T. *ſingula diſtincta; ſtrobili ſolitarii ut & amenta, in* Abiete *terminales, in* Larice *per caulem ſparſi ſeu axillares, monente Duhamelio.* Larix *balſamiflua*; Abietes veræ *balſamifluæ, foliatione complanatâ & ſtrobilis rectis*; Abietes Piceæ *reſiniferæ, foliatione circulari & ſtrobilis inverſis. An Larix ab Abiete ſejungenda? An mutatis nominibus, utriuſque ſquamæ maſculæ pro filamentis antherarum, ſquamæ fœmineæ dorſales in ſterilibus evanidæ pro ſtylis, ſquamæ fœmineæ interiores pro germinibus in fructum bicapſularem aut bilocularem convertendis rectiùs habendæ, deductâ ex Araucariæ fructu analogiâ? An ideò membrana ſeminibus ſuperjecta interiorem mentitur capſulæ valvam, in Abiete ſolubilem, in Araucariâ inſolubilem & apice tantùm unguiformi diſtinctam?*

Obs. Coniferarum ſemen verè bilobum extat, ſciſſurâ duplici oppoſitâ profundiore lobos definiente; ſed iidem in germinatione partiti & radiatìm patentes diviſuris linearibus verticillum mentiuntur polyphyllum involucro umbellifero æmulum, undè quædam Coniferæ, & præcipuè Pinus, Polycotyledones dicuntur. Ex medio autem verticillo plumula aſſurgit centralis ut in cæteris Dicotyledonibus & radiculæ rectâ deſcendenti continua. Participes igitur Dicotyledonum indolis & ſeminis ſtructurâ ferè conformes, ab his nequeunt omninò dimoveri Coniferæ, lobis tamen partitis ac conſequente peculiari toto habitu diſtinguendæ & in extremâ ſerie reponendæ. Amentaceis ſubſimiles florum diſpoſitione & propterea ipſis à Tournefortio conſociatæ, pluribus diſſentiunt ſignis ex partium conformatione & numero deſumptis, nec alteri inter diclines ordini propiùs accedunt. Aroïdeæ pag. 28. ex Adanſonio affines, floribus quaſi amentaceis & corculo intrà periſpermum carnoſum centrali cylindrico ſimiliter inſtruuntur, ſed diſſident corculo potiùs unilobo, & organis pluribus aliter conſtructis & habitu diverſiſſimo, Muſci p. 16. eodem judice contermini, foliatione ſubſimiles & forsàn germinatione adhuc ambiguâ, diſpares habitu herbaceo & floribus tum maſculis tum fœmineis nunc Hedwigiano labore illuſtratis. An Coniferis propius Equiſetum aut ablegandæ Ephedra & Caſuarina huic affines? An duplex in Coniferis veris habenda ſectio, altera Juniperum cum Thuyâ & Cupreſſo, altera Abietem cum Araucariâ & Pino complectens?

CLASSIUM ET ORDINUM FINIS.

Claſſes 15, Ordines 100, Genera 1754.

Index methodicus Plantarum incertæ ſedis.

- *Monopetalae.*
  - *germine ſupero*
    - *monogynae*
      - 3-*andrae*. Willichia. Maba.
      - 4-*andrae*. Stilbe. Amaſonia. Simbuleta. Galipæa. Moſcharia. Penæa. Eriphia.
      - 5-*andrae*. Tapura. Baſſovia. Genioſtoma. Galax. Badula. Doræna. Porana. Moutabea. Ropourea. Weigela. Bladhia. Lerchea. Raputia. Monniera.
      - 6-*andrae*. Saraca.
      - 10-*andrae*. Codon. Ceodes.
    - *polygynae* . . .
  - *germine infero*, 1-*gynae*, 1-*andrae*. Phyllachne. 2-*andrae*. Forſtera. 4-*andrae*. Chloranthus. 5-*andrae*. Pongatium.

- *Polypetalae.*
  - *germine ſupero*
    - *monogynae*
      - 1-*andrae* Qualea. Vochiſia. 2 *andrae*. Dialium.
      - 3-*andrae*. Salacia.
      - 4-*andrae*. Gevuina. Orixa. Skimmia. Krameria. Dobera. Azima. Schæfferia.
      - 5-*andrae*, 1-*ſtylae*. Roridula. Sauvageſia. Lophanthus. Embelia. Payrola. Catha. Calodendrum. Gluta. *polyſtylae*. Aſtronium. Melicytus. Pennantia. Ruyſchia. Souroubea. Commerſonia. Aldrovanda. Scheffiera.
      - 6-*andrae*. Lindera. Soulamea. Nandina.
      - 8 *andrae*. Melicope. Saſſia. Margaritaria. Clauſena. Barbylus. Codia.
      - 10-*andrae*. Monotropa. Dionæa. Hippomanica. Ouratea. Crinodendrum. Deutzia.
      - 10-12 *andrae*, 1 *ſtylae*. Agathophyllum. Eurya. Apactis. Caſſipourea. Croſſoſtylis. *polyſtylae*. Enclea. Ariſtotelia.
      - *polyandrae*, 1-*ſtylae*. Soramia. Glabraria. Doliocarpus. Cleyera. Calinea. Caraïpa. Vantanea. Touroulia. Vallea. Mahurea. Houmiria. Trilix. Sarracenia. *polyſtylae*. Caryocar.
    - *polygynae*. Temus.
  - *germine infero*, *monogynae*, 3 *andrae*. Aphyteïa. Tontelea. 5-*andrae*. Strumpfia. 6-*andrae*. Adenia. *Polyandrae*. Begonia.

- *Apetalæ.*
  - *hermaphroditae.*
    - *germine ſupero*
      - *monogynae*
        - 3-*andrae*. Meborea. 4-*andrae*. Cometes.
        - 5-*andrae*. Amanoa. 6 *andrae*. Capura.
        - 8-10-*andrae*. Scopolia. Aniba. Plegorhiza. Anavinga. Aquilaria. Samyda.
        - 12-20-*andrae*. Caſſytha. Tomex.
        - *polyandrae*, 1-*ſtylae*. Tounatea. Seguieria. Mærua; *polyſtylae*. Ablania. Mourera.
      - *polygynae*. Coriaria.
    - *germine infero*, 1-*gynae*, 1-*andrae*. Mniarum. 4 *andrae*. Catonia. Gonocarpus. 5-*andrae*. Linconia. *Polyandrae*. Trewia.
  - *diclines.*
    - *germine ſupero*
      - *monogynae*
        - 1-*andrae*. Aſcarina. 3-*andrae*. Glochidion. Meryta.
        - 4-*andrae*. Trophis. Batis. 5-*andrae*. Antideſma.
        - 6-*andrae*. Tonina. 8-10-*andrae*. Siparuna.
        - 12-*andrae*. Myroxylon. Nepenthes.
        - *polyandrae* . . .
      - *polygynae*. Quillaja. Pandanus. Balanophora.
    - *germine infero*, 1-*gynae*. Cynomorium. Datiſca.

PLANTÆ INCERTÆ SEDIS.

Enumeratis claſſium præcedentium generibus, quædam ſuperſunt ordinibus deſcriptis non adjicienda, ſeu ſigno peculiari ab iiſdem verè diſcrepent futura novorum ordinum primordia, ſeu minùs nota & in vivis nondùm definita integrum non exhibuerint obſervanti caracterem quo vera ſtatuatur horum affinitas. Pauca dantur penitùs perſpecta & tamen non ordinata, ut Penæa, Stilbe, Badula, Monniera, Roridula, Sauvageſia, Monotropa, Sarracenia, Anavinga, Samyda, Coriaria, Pandanus, Begonia, Datiſca &c., quibus inſuper accedunt nonnulla dubitanter jam præmiſſis ordinibus in calce ſeorsùm addita, ſuadente quâdam cum ipſis cognatione. Plura nunc ambigua utpotè parùm cognita, poſthàc in admiſſos forsàn diffundentur ordines, ulteriori examine illuſtrata. Has tamen omnes, licèt à cæteris diverſiſſimas aut deſignatione incertas, non ideò juvat plantas prætermittere donec rectiùs innotuerint ordinibus tunc jure cooptandæ, ſed eaſdem in methodicâ diſtributione terminali componere opportunum videtur, quâ facilior evadat harum diſquiſitio. Ea enim eſt ſyſtematum utilitas, non ut quærenti manifeſtent plantarum naturam ſeu integram organiſationem, ſed ut citiùs iis juvantibus plantæ paucis caracteribus deſignatæ in indice methodico reperiantur, nomine proprio mox appellandæ. Manca quidem ac circumſcripta nimìs ſcientia iis innixa, ſed ideò facilior, tyronibus acceptior, & libenter admittenda in generum ordinatione quorum affinitas occultatur aut incomperti manent præcipui caracteres. Methodicos inter indices is præ cæteris eligendus qui naturam propiùs collimat veros minùs diſturbans ordines, & indè Tournefortiana methodus ſyſtemati prævalet Linnæano licèt accuratiori. Sed ex obſervatis p. 105, eadem in primariis claſſibus corollæ præſentiâ & partitione definitis optima, aberrat tùm in ſecundariis ex formâ deductis, tùm in herbarum & arborum diſtinctione minimè naturali (p. 380.), ſectiones quaſdam poſthàc aptiùs deſignans mutuo fructûs & calicis ſitu. Primarii igitur delibandi hujus caracteres in ſequenti indice, ſecundariis ſubrogandus piſtilli ſitus, & prætereà in ulteriori diviſione ultrò mutuandus ex Linnæano ſyſtemate ſtaminum numerus.

MONOPETALÆ GERMINE SUPERO.

WILLICHIA, L. * Calix 4-fidus perſiſtens. Corolla 1-petala rotata, limbo plano 4-lobo. Stamina 3, limbi diviſuris (exceptâ infimâ) inſerta. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula ſubrotunda 2-locularis 2-valvis diſſepimento oppoſito, polyſperma receptaculo globoſo ex 2 hemiſphæriis (diſſepimento utrinque appoſitis?) *Herba repens; folia alterna ſubpeltata; pedunculi 2 axillares 1-flori. Caracter ex Linnæo.*

MABA, Forſt. * Dioïca. Calix 3-fidus. Corolla tubuloſa limbo 3-fido, inſerta... MASC. Stamina 3 in imo flore, non epipetala. Rudimentum piſtilli. FOEM. Germen... Drupa ſupera ovata 2-locularis loculis 2-ſpermis; nuclei 3-quetri. *Arbuſcula glabra alternifolia; pedunculi axillares ſæpè 3-flori. Calix, corolla & juniora folia villoſiſſima ſunt. Caracter ex Forſt. t. 61 & ex L. Suppl.*

STILBE, Berg. L. * Calix 5-partitus aut tubuloſus 5-fidus, extùs 3-bracteatus bracteis paleæformibus. Corolla hypogyna 1-petala tubuloſa, fauce barbatâ, limbo 4-fido (5-partito *ex Berg.*) æquali. Stamina 4, fauci ſub pilis inſerta, laciniis alterna; antheræ parvæ. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 filiformis; ſtigma 1. Semen 1 calice tectum. *Frutices Phylicæ aut minimæ Abietis facie; folia linearia conferta, verticillatim aut ſpiraliter imbricata; flores ſuprà axim tomentoſum terminalem aut in ramorum dichotomiis medium densè ſpicati, in diſtincto frutice maſculi ex Linnæo. Affinis Proteæ ſed corollata, Phylicæ ſed 1-petala 1-ſperma; affinior fortè Globulariæ aut Selagini p. 123.*

AMASONIA, LS. * Calix campanulatus ſub5-fidus æqualis perſiſtens. Corolla longior tubuloſa, limbo 5-fido ſubæquali patente. Stamina 4 didynama aſcendentia exſerta. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Nux ovata 1-locularis. *Herba ſimplex alternifolia; flores racemoſi terminales bracteati ſecundi, pedicellis ſub3-floris. Caracter ex L. Suppl.*

SIMBULETA, Forsk. * Calix campanulatus 5-fidus perſiſtens. Corolla campanulata limbo 2-labiato, ſuperiùs 2-fido reflexo, inferiùs longiore 3-lobo. Stamina 4 didynama epipetala, antheris connatis. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1, ſtigma capitatum. Fructus... *Herba pedalis, habitu Polygalæ; folia alterna, ſparſa linearia; flores racemoſi terminales, pedicellis 1-floris 1-bracteolatis. Caracter ex Forsk. Confer cum Veronicis & Piripeâ p. 112.*

GALIPÆA, Aubl. * Calix tubuloſus 4-5-dentatus. Corolla diſco inſerta 1-petala tubuloſa, limbo profundè 4-5-fido. Stamina 4 didynama epipetala, 2 longiora fertilia antheris oblongis, 2 minora ſterilia. Germen 1 ſuperum 4-5-gonum; ſtylus 1; ſtigma 4-ſulcum. Fructus... *Frutex multicaulis; folia alterna,*

ternata petiolo marginato ; flores corymboſi axillares aut terminales. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 269. Confer cum Raputiâ p. 461.

MOSCHARIA, Forsk. * Calix globoſus villoſus apice 5-dentatus perſiſtens. Corolla membranacea hyalina, calyptræ inſtar apice non dehiſcens. Intùs antheræ 4 ſeſſiles didymæ connatæ. Germen quadruplex; ſtylus 1; ſtigma 1. Semina 4 nuda. *Herba multicaulis moſchum ſpirans, caulibus 4-gonis; folia oppoſita; flores ſolitarii axillares. Caracter ex Forsk. Confer cum Labiatis & Dracocephalo p. 130.*

PENÆA, L. * Calix 2-phyllus, foliolis oppoſitis bracteiformibus deciduis. Corolla duplò longior & latior, campanulata aut infundibuliformis, limbo 4-fido brevi. Stamina 4, ſummæ corollæ inſerta & ejuſdem laciniis alterna; antheræ erectæ, non bicornes. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 filiformis aut 4-gonus angulis membranaceis; ſtigma capitatum aut 4-lobum. Capſula 4-locularis 4-valvis, valvis medio ſeptiferis, loculis 2-ſpermis, axi centrali nullo. *Frutices, infrà foliorum caducorum veſtigiis ſcabri, ſuprà folioſi; folia cruciatim oppoſita, ſeſſilia, imbricatim approximata quadruplici ſerie, ſuperiora propè florem ſquamiformia colorata, undè calix in quibuſdam quaſi polyphyllus imbricatus; flores terminales ſeſſiles, ſolitarii aut plures congeſti; fructus Acanthorum ſed 4-locularis. An indè genus iiſdem affine? Caracter ex ſiccis.*

ERIPHIA, Brown. * Calix ventricoſus 5-dentatus. Corolla tuboloſa, fauce ampliatâ, limbo 5-lobo parvo. Stamina 4 epipetala, filamentis conniventibus arcuatis, antheris agglutinatis; rudimentum quinti ſtaminis. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 2-fidum. Bacca calice tecta & coronata, globoſa, lineâ utrinque exarata, 1-locularis polyſperma ſeminibus minutiſſimis receptaculo centrali affixis. *Herba; folia oppoſita; flores conferti axillares. Caracter ex Brown. Jam. Confer cum Scrophulariis & Achimene p. 133.*

TAPURA, Aubl. * Calix 6-partitus 3-bracteatus. Corolla hypogyna 1-petala 2-labiata, ſuperiùs longior concava erecta, inferiùs brevior 2-loba latior. Stamina 5 epipetala, quorum 4 didynama ſub labio ſuperiore, 1 longiſſimum è baſi labii inferioris. Germen ſuperum 3-gonum; ſtylus 1 longus; ſtigma 3-lobum. Fructus.... *Frutex ramoſus; folia alterna ſimplicia 2-ſtipulacea ſtipulis caducis; pedunculi axillares ſolitarii multiflori, floribus minimis villoſis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 48. Confer cum Scrophulariis aut Bignoniis p. 153.*

BASSOVIA, Aubl. * Calix 5-partitus. Corolla 1-petala hypogyna, tubo brevi, limbo patente 5-partito acuto. Stamina 5 brevia, imis corollæ laciniis inſerta. Germen 1 ſuperum, diſco inſidens; ſtylus 1 brevis; ſtigma obtuſum. Bacca ovata ſuperficie inæqualis, polyſperma ſeminibus reniformibus membranâ marginatis, in pulpâ nidulantibus. *Herba multicaulis; folia alterna*

magna; flores corymboſi axillares parvi. Character ex Aubletio Guyan. t. 85.

GENIOSTOMA, Forſt. * Calix turbinatus 5-fidus perſiſtens. Corolla 1-petala tubuloſa, fauce barbatâ, limbo 5-partito. Stamina 5 in fauce corollæ, ejuſdem lobis alterna. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma ſulcatum. Capſula oblonga 2-locularis polyſperma. *Character ex Forſt. t. 12.*

GALAX, L. * Calix 10-partitus, laciniis alternis interioribus (petala *ex Gronov.*) longioribus. Corolla 1-petala (nectarium *ex Gron.*) tubo cylindrico, limbo 5-fido. Stamina 5 filamentis brevibus, antheris ſubrotundis, fauci corollæ inſerta & conniventia. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 2 (*1 ex Gron.*). Capſula 1-locularis elaſticè 2-valvis 2-ſperma. *Character ex Linn. Caulis nudus ſimpliciſſimus; folia nulla; ſpica alba laxa terminalis, ex Gronovio.*

BADULA. * Calix minimus 5-lobus. Corolla (hypogyna?) 1-petala tubo breviſſimo, limbo 5-partito patente. Stamina 5 imis corollæ laciniis inſerta, calicinis alterna; antheræ ſubſeſſiles. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 breviſſimus; ſtigma capitatum. Bacca piſiformis depreſſa, exſucca 1-ſperma ſemine arillato, arillo pulpoſo ſtriato. *Frutex diffuſus; folia in ramulis conferta alterna; flores racemoſo-paniculati axillares numeroſi. Character ex Commerſ. herb. Borbon. ubi* Bois de Pintade *dicitur. Confer* Celtidem *Plum. ic. 80*, *&* Tinum... *ſeu* Badulam *Zeylanenſium Burm. Zeyl. t. 103. Congener in Suriani herb. n. 790 datur Americana ſpecies. An Embeliæ affinis p. 427?*

DORÆNA, Thunb. * Calix 5-fidus. Corolla 1-petala 5-fida. Stamina 5, tubo corollæ inſerta; antheræ ſubſeſſiles oblongæ incluſæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma emarginatum. Capſula piſiformis 1-locularis 1-valvis polyſperma. *Arbor ramis alternis; folia alterna; flores racemoſi axillares. Character ex Thunbergio Japon.*

PORANA, Burm. L. * Calix 5-partitus. Corolla longior 1-petala, campanulata 5-fida æqualis. Stamina 5, inter lacinias corollæ. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 bifidus; ſtigmata 2 capitata. Fructus... 2-valvis. *Frutex volubilis glaber; folia alterna; flores paniculati, ſupernè axillares & terminales (an quidam maſculi apetali?). Character ex Burm. Ind. t. 21 & ex Linn. Confer cum Borragineis & Ehretiâ p. 128.*

MOUTABEA, Aubl. * Calix tubuloſus, baſi ventricoſus 5-fidus. Corolla 1-petala 5-partita inæqualis ſummo calici inſerta. Filamentum unicum epipetalum latum, apice fornicatum & 5-dentatum, ſub denticulis 5-antheriferum. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Bacca pruniformis 3-locularis 3-ſperma, ſeminibus (Chryſophylli) hylo inferiore notatis, arillatis & in pulpâ nidulantibus. *Frutex ramoſus; folia alterna integra ſub-*

coriacea; pedunculi axillares multiflori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 274. An Sapotis affinis; an corculum in periſpermo carnoſo; an corolla verè perigyna?

ROPOUREA, Aubl. * Calix 5-partitus. Corolla hypogyna 1-petala, tubo breviſſimo, limbo 5-lobo. Stamina 5 epipetala lobis alterna. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 3-4. Bacca ovata magna villoſa 4-locularis, loculis intùs pulpoſis & polyſpermis. *Frutex caule ſimplici nodoſo; folia ad nodos verticillata plura, alternè & impari-pinnata, petiolo communi ſub ſingulis foliolis aculeato; flores axillares glomerati ſubſeſſiles. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 78.*

WEIGELA, Thunb. * Calix 5-partitus laciniis ſubulatis. Corolla infundibuliformis, tubo intùs villoſo, limbo campanulato ſub-5-lobo. Stamina 5, tubo inſerta, antheris baſi bifidis. Germen ſuperum 4-gonum; ſtylus è baſi germinis; ſtigma peltatum. Fructus... (ſemen nudum?). *Frutex ramis oppoſitis, ramulis ſub-4-gonis; folia oppoſita; pedunculi axillares apice 2-bracteati, intrà bracteas 3-flori. Caracter ex Thunb. Jap. An affinis Apocineis?*

BLADHIA, Thunb. * Calix brevis 5-partitus perſiſtens. Corolla rotata 5-partita. Stamina 5 brevia epipetala, antheris conniventibus. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca piſiformis, ſtylo mucronata 1-locularis 1-ſperma ſemine arillato. *Suffrutices; folia oppoſita; pedunculi axillares pauciflori. Caracter ex Thunb. Jap. An affinis Apocineis?*

LERCHEA, L. * Calix tubuloſus 5-dentatus perſiſtens. Corolla longior 1-petala infundibuliformis, limbo 5-partito. Stamina 5, filamentis in tubum (epipetalum?) omninò connatis. Germen ſuperum; ſtylus 1, tubum trajiciens; ſtigmata 2-3. Capſula ſubgloboſa 2-3-locularis polyſperma. *Frutex inconditus ramulis ſubarticulatis; folia oppoſita ſtipulacea; ſpica terminalis longa filiformis, floribus remotis minutis. Caracter ex Linnæo. An Convolvulis, an Lyſimachiis affinis?*

RAPUTIA, Aubl. * *Raputier.* Calix 5-fidus brevis. Corolla hypogyna tuboloſa incurva, limbo erecto 5-partito inæquali ſubbilabiato. Staminum filamenta 5 quorum 2 ſuperiora fertilia baſi 2-ſquamuloſa, 3 inferiora ſterilia abſque antheris. Germen 5-gonum, diſco carnoſo impoſitum; ſtylus 1; ſtigma craſſiuſculum ſubtrilobum. Capſulæ 5 coalitæ 1-ſpermæ intùs 2-valves. *Frutex ramis oppoſitis; folia oppoſita, ternata, punctis pellucidis adſperſa; flores ſpicati axillares, ſinguli bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 272. Affinis Monnieræ & Galipeæ p. 458.*

MONNIERA, L. * Calix 5-partitus inæqualis. Corolla hypogyna tuboloſa incurva limbo 2-labiato, ſuprà integro, infrà 4-lobo. Staminum filamenta 2, ſuperiùs 2-fidum 2-andrum fertile, inferiùs 3-fidum 3-andrum antheris minutiſſimis (ſterilibus?). Germen baſi ſquamulâ ſtipatum, 5-lobum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſulæ 5 bivalves 1-ſpermæ, arillo 2-valvi

ſemen includente. *Herba; folia ternata, inferiora oppoſita, ſuperiora alterna; flores cymoſi terminales, in ſpiculis ſecundi. Caracter ex Linnæo & Aubl. Guyan. t. 293 & ex ſpecimine ſicco. An affinis Borragineis, an Spigeliæ p. 159?*

SARACA, Burm. L. * Calix o. Corolla 1-petala infundibuliformis, faucis margine elevato, limbo 4-partito patente. Staminum filamenta 2 oppoſita, fauci inſidentia (hypogyna *ex Burm.*), ſingula 3-partita & 3-antherifera antheris calcaneo inſtructis. Germen ſuperum compreſſum; ſtylus 1 declinatus; ſtigma 1. Fructus... *Arbor; folia alterna abruptè pinnata 3-4-juga; ſpiculæ ovatæ in paniculam diſpoſitæ, alternæ, bracteatæ bracteis oppoſitè imbricatis. Caracter ex Burm. Ind. & Linn. An affinis Leguminoſis?*

CODON, Royen. L. * Calix 10-partitus laciniis ſubulatis. Corolla 1-petala campanulata baſi toruloſa, limbo 10-fido æquali. Stamina 10, filamentis baſi 1-ſquamoſis, ſquamis conniventibus; antheræ craſſæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Fructus... 2-locularis polyſpermus, ſeminibus hirtis in pulpâ exſuccâ coloratâ. *Herba teres ramoſa aſſurgens; folia alterna ſubcoriacea glabra; flores ſolitarii ſupràaxillares. Caracter ex Royen. & Linn. Fructus in ſpecimine fructifero glutinoſo & ſolaniformi undique aculeato à D. Banks miſſo capſularis ovatus acuminatus, 2-locularis polyſpermus apice 2-valvis, diſſepimento valvis oppoſito & iiſdem mediis innaſcente. An idem cum plantâ Royeni? An congener aut affinis* Thuraria *Molin. Chil., frutex multicaulis alternifolius cortice reſinam thuri ſimilem fundente, cui ex autore calix tubuloſus, corolla longior infundibuliformis integra 10-andra, ſtyli 2, capſula 2-locularis 2-ſperma?*

CEODES, Forſt. * Calix o. Corolla 1-petala turbinata limbo 5-fido. Stamina 10, alterna corollæ æqualia, alterna ejuſdem laciniis oppoſita breviora; antheræ ſubrotundæ. Germen..; ſtylus 1; ſtigma dilatatum. Fructus... *Flores umbellati: an diclines? Caracter ex Forſt. t. 71. An flores hermaphroditi diſtincti? An germen his inferum? An corolla pro calice habenda? An affinis Nyctaginibus?*

MONOPETALÆ GERMINE INFERO.

PHYLLACHNE, Forſt. LS. * Monoïca. Calix ſuperus 3-fidus. Corolla 1-petala infundibuliformis limbo 5-fido patente. MASC. Stamen 1, filamento infrà 2-glanduloſo, imæ corollæ inſerto. Germen inferum abſque ſtylo. FOEM. Germen inferum; ſtylus 1, baſi 2-glanduloſus; ſtigma capitatum 4-tuberculatum. Bacca ſeu capſula 1-locularis polyſperma. *Herba Magellanica Muſci facie, densè cæſpitoſa; folia minima imbricata ſubulata; flores*

terminales ſeſſiles ſolitarii. Caracter ex Forſt. t. 58. & L. Suppl. Commerſonius cui Stibas *dicitur, corollam vidit interdùm 6-7-fidam & flores monoïcos hinc 1-andros, indè 1-gynos, cætera ignorans.*

FORSTERA, Forſt. LS. * Calix duplex, exterior inferus 3-phyllus lateralis, interior ſuperus 1-phyllus 6-fidus. Corolla 1-petala (epigyna?) ſupera tubuloſa limbo 6-partito æquali. Germen inferum; ſtylus cylindricus; ſtigmata 2 barbata. Antheræ 2 oppoſitæ, ſummo ſtylo ſub ſtigmate inſertæ ſubſeſſiles, ſingulæ ſquamulâ petaliformi (nectarium LS.) ad baſim cinctæ. Capſula infera 1-locularis; ſemina numeroſa ſcobiformia receptaculo columnari affixa. *Herba; folia imbricata integra avenia parva; pedunculi terminales ſolitarii 1-flori. Caracter ex L. Suppl. An Nyctaginibus affinis?*

CHLORANTHUS, Swartz. L'Herit. * NIGRINA, Thunb. * Calix ſemiſuperus, extùs 1-dentatus, prætereà limbo integer non manifeſtus, baſi 1-bracteatus. Petalum unicum minimum, medio germini hìnc affixum, calicino denti ſuperpoſitum, ſquamiforme concavum 3-lobum, lobo medio productiore 2-andro, lateralibus 1-andris. Antheræ 4 ſeſſiles, petalo intùs adnatæ, 2-valves. Germen ſemiinferum; ſtylus 0; ſtigma capitatum ſub2-lobum. Bacca minima ſicca ovata 1-ſperma, petalo & calicino dente deciduis eorum veſtigio ſensìm elevato ſuprà notata, ideò verè infera. *Suffrutex Sinenſis procumbens multicaulis ſtolonifer, ramis oppoſitis nodoſis ad nodos inferiores radicantibus; folia oppoſita, petiolis baſi coeuntibus in vaginulam amplexicaulem utrinque 2-ſtipulaceam; flores oppoſitè paniculati terminales, in ſpiculis ſeſſiles ramulo appreſſi, 1-bracteati bracteâ perſiſtente. Genus idem cum* Nigrinâ *Thunb. Jap. quæ tamen ex Thunbergio 4-petala germine ſupero. Caracter ex L'Herit. ſert. Angl. 35. t. 2. An affinis Rubiaceis utpotè ſtipulaceus; an potiùs Viſcop. 221 quoad habitum ſimili?*

PONGATIUM. * PONGATI, Rheed. * Calix urceolatus ſemiinferus 5-fidus baſi bracteatus. Tubus interior petaloïdeus 5-fidus minimus (medio calici inſertus?). Stamina 5, tubo intùs baſi inſerta. Germen ſemiinferum; ſtylus 0; ſtigma capitatum. Capſula ſemiinfera circumſciſſa 2-locularis polyſperma, receptaculis ſeminiferis diſſepimento utrinque affixis; ſemina minutiſſima. *Herba aquatica (Rheed. Mal. 11. t. 24); folia alterna; flores densè ſpicati terminales; horum tubus ſtaminifer mox deciduus. Caracter ex ſicco. Habitus Phytolaccæ junioris. An affinis Samolo p. 109, aut Portulaceis?*

POLYPETALÆ GERMINE SUPERO.

QUALEA, Aubl. * Calix 4-partitus inæqualis coriaceus. Petala 2 hypogyna; ſuperius infrà breviter corniculatum; inferius majus. Stamen 1 hypogynum, filamento oblongo; anthera oblonga. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus .. 1-locularis polyſpermus ſeminibus in pulpâ nidulantibus. *Arbores ramis oppoſitis; folia oppoſita integerrima (Calophylli) nervis parallelis numeroſis, petioli baſi 2-ſtipulaceâ ſtipulis caducis; flores trichotomè paniculati terminales diviſuris 2-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 1-2. An Guttiferis affinis?*

VOCHISIA. * VOCHY, Aubl. * Calix 4-lobus inæqualis. Petala 4 calici inſerta & ejuſdem lobis alterna inæqualia; ſuperius magnum, baſi corniculatum corniculo longo amplo; inferius magnum non corniculatum; lateralia 2 minora. Filamentum 1, imo calici (aut receptaculo?) inſertum, latum membranaceum apice concavum, in cavitate 2-andrum antheris parallelis ſeſſilibus oblongis. Germen ſuperum 3-gonum; ſtylus longus carnoſus; ſtigma hìnc convexum, indè complanatum. Fructus... 3-locularis polyſpermus. *Arbor ramulis oppoſitis 4-gonis; folia oppoſita integerrima, baſi 2-ſtipulacea; flores Balſaminæ racemoſo-ſpicati terminales pedicellis 1-floris 2-bracteolatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 6. An petala potiùs hypogyna? Genus recognoſcendum, nulli affine.*

DIALIUM, Burm. L. * Calix o. Petala 5 æqualia decidua. Stamina 2 ad latus germinis ſuperius; antheræ oblongæ, quaſi didymæ. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Arbor; folia alterna, impari-pinnata foliolis 3-jugis; flores paniculati. Caracter ex Burm. Ind. & ex Linn.* Corticis papetarii *Rumph. Amb. 3. t. 137 ab utroque pro ſynonymo adjecti (licèt oppoſitifolii) fructus minimus ovatus 1-ſpermus nucleo lanuginoſo, & habitus Weimmaniæ cujus fortè congener ex Lamark.*

SALACIA, L. * Calix minimus 5-partitus perſiſtens. Petala 5. Antheræ 5 ſeſſiles, germinis apici inſidentes. Germen ſuperum; ſtylus 1 breviſſimus; ſtigma 1. Fructus... *Frutex ramis angulatis; folia (Pruni) alterna; gemmæ axillares multifloræ pedunculis 1-floris. Caracter ex Linnæo. Genus ex eodem affine Stilagini & ideò Antideſmæ ſed polypetalum. An genus non hermaphroditum ſed dioïcum? An ſtamina non epigyna ſed glandulæ in flore maſculo mediæ inſerta?*

GEVUINA, Mol. * *Gevuin du Chili.* Calix o, Petala 4, cruciatim diſpoſita. Stamina 4, quorum 2 breviſſima. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma

ſtigma craſſiuſculum. Capſula nuculæformis coriacea 1-locularis 1-ſperma. *Arbor; folia ... impari-pinnata 4-5-juga; flores ſpicati terminales, in ſpicâ geminati, plurimi ſteriles; fructus Avellanæ eſculentus, indè* Avellano *Hiſpanis dictus. Caracter ex Molinâ Chil. Periſpermum ſeminis à Dombeyo dati nullum, & capſula ferè Calophylli.*

ORIXA, Thunb. * Calix 4-partitus brevis. Petala 4... Stamina 4 breviora ... Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Fructus ... capſularis? *Frutex ramis alternis; folia alterna integra; flores racemoſi racemis alternis, pedicellis baſi bracteatis. Caracter ex Thunb. Jap.*

SKIMMIA, Thunb. * Calix minimus 4-partitus perſiſtens, rarò 5-partitus. Petala 4 minuta... Stamina 4 breviſſima ... Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma... Bacca piſiformis umbilicata 4-ſulca ſub4-valvis, farinaceo-pulpoſa 4-ſperma ſeminibus hinc angulatis, indè convexis. *Frutex ramis alternis; folia alterna conferta ſubverticillata ſempervirentia; flores paniculati terminales. Caracter ex Thunb. Jap.*

KRAMERIA, Loëfl. L. * Calix 0. Petala 4 ſubæqualia. Nectarium duplex; ſuperius 3-partitum lineare membranaceum; inferius 2-phyllum lineare rugoſum. Stamina 4 didynama, intrà nectarium ſuperius; antheræ parvæ apice 2-foraminulatæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus globoſus piſiformis, undique pilis rigidis reflexis echinatus, 1-locularis non dehiſcens 1-ſpermus ſemine glabro duro. *Frutex diffusè multicaulis; folia alterna (ſubſtipulacea?); flores racemoſi terminales, in racemo alterni, pedicellis baſi 1-bracteatis medio 2-ſquamoſis. Caracter ex Loëfl. & Linn. In ſpeciminis à D. Banks miſſi flore ſolitario vidi calicem 4-phyllum extùs villoſum; petala 4 hypogyna ſubrotunda, 2 ſuperiora unguiculata, 2 inferiora ſeſſilia breviora; ſtamina 4 hypogyna quorum 2 ſuperiora fortè ſterilia filamentis approximatis & ſubcoalitis, 2 lateralia diſtincta longiora; cætera ſimilia: an rectiùs? Confer in vivis.*

DOBERA. * TOMEX, Forsk. * Calix urceolatus 4-dentatus. Petala 4, calice longiora. Staminum filamenta 4 ſubulata, baſi in tubum 4-gonum connata; antheræ erectæ. Squamulæ 4 inter petala & ſtamina. Germen ſuperum; ſtylus 1 brevis; ſtigmata 2. Fructus ovatus tuberculoſus carnoſus, intùs ſuccoſo-viſcidus 1-ſpermus. *Arbor,* Dober *Arabum; folia oppoſita, petioli baſi incraſſatâ flaveſcente (ut in Guttiferis?); flores confertìm ſpicato-paniculati terminales; fructus edulis. Caracter ex Forsk. p. 32, mutato nomine nunc alterius Thunbergiani generis 12-andri & apetali proprio. An Dobera Guttiferis, an Berberidibus, an Rhamnis affinior? An ſquamulæ petalis oppoſitæ; an petala & ſtamina hypogyna; an corculum periſpermo inſtructum?*

AZIMA, Lamark. * MONETIA, L'Herit. * Calix ventricoſo-

campanulatus 3-4-fidus. Petala 4 linearia, laciniis calicinis alterna, apice ſubreflexa. Stamina 4, receptaculo inſerta, petalis alterna, filamentis incraſſatis; antheræ ſagittatæ incumbentes. Germen ſuperum deſinens in ſtylum brevem; ſtigma 1 acutum. Fructus... capſularis ſubcarnoſus piſiformis 1-locularis 2-ſpermus ſeminibus orbicularibus ſubcompreſſis, 1 ſæpè abortivo. *Frutex ſempervirens ramis rigidis ſpinoſis*, *idem cum* Monetiâ *l'Herit. faſc. t. 1. & fortè cum* Arbore ſpinosâ... *Pluk. t. 148. f. 1., & habitu ſubſimilis Azimenæ* (*undè nomen*) *Madagaſcarienſi; folia oppoſita integerrima coriacea apice acuto ſubpungente; utrumque baſi ſæpiùs 2-ſpinoſum, undè ſpinæ 4 verticillatæ; flores axillares ſolitarii ſeſſiles parvi. Fructus in ſicco obſervatus; flos in vivo horti Pariſienſis frutice ſæpiùs florente, nunquàm frugifero, ideò fortè per abortum dioïco. Caracter ex D. Lamark. Affinis Strychno aut Cariſſæ, ſed polypetala.*

SCHÆFFERIA, Jacq. * Dioïca. Calix 4-phyllus. Petala 4. MASC. Stamina 4, infimo germinis lateri affixa, petalis breviora; antheræ ſubrotundæ. Germen ſuperum 2-fidum abortiens. FOEM. Germen ſuperum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Bacca piſiformis 1-locularis pulpoſa 2-ſperma. *Frutex ramis vimineis; folia in ramorum tuberculis faſciculata; pedunculi inter folia 1-flori aggregati. Caracter ex Jacq. Americ.*

RORIDULA, L. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 hypogyna, calici alterna, æqualia. Stamina 5 hypogyna petalis alterna; antheræ oblongæ erectæ, apice poro gemino dehiſcentes, baſi infrà filamenti inſertionem tuberculatæ. Germen ſuperum, deſinens in ſtylum 1; ſtigma peltatum ſub-3lobum. Capſula oblonga acuminata 3-valvis 3-locularis 3-ſperma, valvis medio ſeptiferis, receptaculo centrali gracili 3-gono, valvis mediis angulatìm applicito, ad apicem ſeminifero; ſemina oblonga rugoſa. *Suffrutex habitu Droſeræ Luſitanicæ; folia conferta alterna ſemiamplexicaulia ſeſſilia ciliata; pedunculi axillares & terminales, ſpicatìm pauciflori, pedicellis 1-bracteatis. Caracter ex ſicco ſpecimine à D. Banks miſſo.*

SAUVAGESIA, L. * Calix 5-partitus perſiſtens erectus. Petala 5 hypogyna, calici alterna, decidua; ſquamulæ 5, petalis alternæ duplò minores hypogynæ, diutiùs perſiſtentes, germini appoſitæ, extùs cinctæ ciliis numeroſis apice glanduloſis ſtaminiformibus hypogynis brevioribus. Stamina 5 hypogyna ſquamis alterna; antheræ longæ ſubſeſſiles 4-gonæ apice dehiſcentes. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula oblonga 3-locularis polyſperma, 3-valvis, valvarum marginibus baſi introflexis & ſeminiferis; receptaculum centrale nullum (aut tenuiſſimum junctis valvarum marginibus continuum). *Herba; folia alterna ſtipulacea ſtipulis ciliatis; pedunculi ſolitarii axillares 1-flori. Caracter ex ſicco ſpecimine.*

LOPHANTHUS, Forſt. * Calix tubuloſus 5-fidus æqualis perſiſtens. Petala 5 ungue tenui, hypogyna. Stamina 5 hypogyna. Germen ſuperum villoſum; ſtylus 1 brevis; ſtigma vix emarginatum. Fructus 1-ſpermus calice cinctus. *Floreſcentia ſubtùs bracteata. Genus Waltheriæ proximum. Caracter ex Forſt. t. 14.*

EMBELIA, Burm. * Calix minimus 5-fidus. Petala 5. Stamina 5. Germen 1... *Arbor; folia alterna; flores paniculati axillares & terminales; fructus baccatus groſſularioïdes; cætera non obſervata. Nomen ex Burm. Ind. t. 23. Caracter ex Linn. Zeyl. n. 403 cui* Ribeſioïdes *dicitur. Confer cum Badulâ p. 460.*

PAYROLA. * PAYPAYROLA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5 diſco inſerta, unguibus erectis in tubum conniventia, apice reflexa. Stamina 5 ibidem inſerta; antheræ approximatæ. Germen ſuperum 2-loculare; ſtylus 1; ſtigma 2-lobum. Fructus... *Frutex; folia alterna ſtipulacea; flores ſpicati axillares & terminales, ſinguli ad baſim 3-glanduloſi. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 99.*

CATHA, Forsk. * Calix crateriformis 5-dentatus. Petala 5 patentia. Stamina 5 breviora. Germen ſuperum, baſi cinctum diſco cyathiformi undulato intrà ſtamina prominulo; ſtylus brevis; ſtigma 1. Capſula oblonga 2-3-locularis 2-3-ſperma. *Arbores ramis alternis; folia oppoſita aut alterna; interdùm ſpinae ramis axillares; pedunculi axillares ſolitarii dichotomè multiflori. Caracter ex Forsk. Confer cum Rhamnis & Evonymo.*

CALODENDRUM, Thunb. * Calix 5-partitus parvus perſiſtens, extùs villoſo-muricatus. Corolla 5-petala (antè explicationem 5-angularis) petalis unguiculatis undulatis villoſis. Squamulæ ſeu petala interiora 5, apice glanduloſa, receptaculo inſerta. Staminum filamenta 5, 4 fertilia antheris dorſo inſertis, 1 ſæpiùs ſterile. Germen pedicellatum ſuperum muricatum; ſtylus lateralis; ſtigma 1. Capſula 5-angularis muricata ſtipitata 5-locularis 5-valvis loculis 2-ſpermis, quibuſdam interdùm abortivis; ſemina piſiformia. *Arbor ramis oppoſitis aut ternis; folia faſtigiatìm oppoſita integra ſempervirentia; flores paniculati terminales, pedunculis oppoſitis 1-floris; numerus partium in flore interdùm varius (4-6). Caracter ex Thunb. diſſ.*

GLUTA, L. * Calix membranaceus companulatus deciduus. Petala 5, calice longiora, infernè appoſita ſtipiti germinis, supernè patentia. Stamina 5, ſummo eidem ſtipiti inſerta ſub germine; antheræ verſatiles. Germen ſtipiti longo columnari inſidens; ſtylus 1; ſtigma 1. Fructus... *Arbor ramis apice folioſis; folia alterna magna nuda; panicula florum terminalis paniculata. Paſſifloræ affinis. Caracter ex Linnæo. Confer etiam cum Helictere, Sterculiâ &c., & in fructu præcipuè caracterem inſpice: An 1-locularis ut in Paſſiflorâ; an multicapſularis ut in Helictere & aliis?*

ASTRONIUM, Jacq. L. * Dioïcum. Calix 5-phyllus coloratus.

Gg 2

Petala 5. MASC. Calix & corolla patentes. Glandulæ 5 nectareæ parvæ in diſco floris. Stamina 5. FOEM. Calix & corolla conniventes ac perſiſtentes. Germen ſuperum; ſtyli 3 reflexi; ſtigmata 3. Semen 1 lactefcens, calice aucto & connivente tectum, deìn eodem ſtellatìm expanſo maturius denudatum. *Arbores ſucco decolore terebintinaceo ſcatentes; folia impari-pinnata 3-juga; flores in ramulis laxè paniculati parvi; paniculæ fœmineæ longiores. Caracter ex Jacq. Amer.*

MELICYTUS, Forſt. * Dioïcus. Calix breviſſimus 5-dentatus. Petala 5 patentia. MASC. Filamenta 5 (nectaria *Forſt.*), petalis alterna, brevia clavata, apice excavata, latere interiore antherifera; antheræ 5, filamentis adnatæ, iis latiores & longiores. FOEM. Germen 1 ſuperum, cinctum ſquamulis 5 (fortè filamenta ſterilia); ſtylus o; ſtigma 4-lobum ſtellatum Fructus... (baccatus 1-locularis polyſpermus?). *Caracter ex Forſt. t. 62. An affinis Aſtronio?*

PENNANTIA, Forſt. * Calix o. Petala 5 patentia. Stamina 5. Germen 1 ſuperum 3-gonum; ſtylus o; ſtigma peltatum ſub-3-lobum. Fructus... (viſo germine 2-locularis 2-ſpermus, altero loculo ſæpiùs abortiente). *Flores corymboſi, in diſtinctâ plantâ maſculi germine abortivo. Caracter ex Forſt. t. 67. An affinis Canario? An fructus 3-locularis?*

RUYSCHIA, Jacq. * Calix 5-phyllus parvus perſiſtens, foliis imbricatis. Petala 5 majora. Stamina 5, filamentis planis. Germen 1 ſuperum; ſtylus o; ſtigma 4-angulum cruciforme. Bacca... *Suffrutex arborum paraſiticus; folia alterna craſſa integerrima; flores alternè ſpicati terminales (interdùm 6-7-andri), ſinguli pedicellati & ſub calice 3-bracteati, bracteis 2 brevibus, intermediâ longiore antheriùs convexâ, poſteriùs concavâ. Caracter ex Jacq. Amer. t. 51. f. 2. Confer cum Souroubeâ.*

SOUROUBEA, Aubl. * Calix 5-6-phyllus coriaceus. Petala 5 hypogyna carnoſa. Stamina 5 hypogyna, petalis oppoſita & incumbentia, filamentis baſi latis. Germen ſuperum 5-ſtriatum; ſtylus vix ullus; ſtigma planum 5-radiatum. Fructus 5-locularis... *Arbuſcula ramis ſarmentoſis; folia alterna craſſa integra; flores ſulphurei, alternè & laxè ſpicati terminales, ſinguli pedicellati & 1-bracteati bracteâ magnâ corallinâ carnosâ 3-lobâ, lobis lateralibus concavis, intermedio cylindrico tubuloſo clauſo. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 97. An genus Ruyſchiæ congener; an Rhamnis, an Berberidibus affine?*

COMMERSONIA, Forſt. * Calix 5-partitus. Petala 5, calici inſerta & ejuſdem lobis alterna, baſi utrinque lobo inflexo dilatata. Stamina 5 breviſſima, unguibus petalorum inſerta. Tubus intrà ſtamina 10-partitus (nectarium LS.), laciniis alternis lanceolatis, alternis filiformibus villoſis. Germen 5-toruloſum; ſtyli 5 approximati; ſtigmata 5. Capſula globoſa

ſetis plumoſis echinata, 5-locularis loculis 2-ſpermis. *Arbor* (*eadem cum* Reſtiariâ *Rumph. Amb. 3. t. 119 ex Forſt.*); *folia alterna* (*ſtipulacea?*); *flores parvi paniculati*; *fructus Sparmanniæ. Caracter ex Forſt. t. 22 & ex L. Suppl.*

ALDROVANDA, Mont. L. * Calix 5-partitus perſiſtens. Petala 5 perſiſtentia. Stamina 5. Germen ſuperum; ſtyli 5; ſtigmata 5. Capſula 5-gona 1-locularis 5-valvis 10-ſperma, parietibus ſeminiferis. *Caracter ex Linnæo. Herbula aquatica*; *folia verticillata 6-9, ſubrotunda veſiculoſa, petiolo cuneiformi utrinque marginato ad apicem ciliato*; *flores ſolitarii axillares. Affinis Droſeræ p. 271.*

SCHEFFLERA, Forſt. * Calix minimus urceolatus 5-dentatus perſiſtens. Petala 5 parva, inter calicis dentes. Stamina 5, antheris ſubrotundis. Germen ſuperum; ſtyli 8-10, radiatìm patentes, perſiſtentes; ſtigmata 8-10. Capſula depreſſa 8-10-locularis 8-10-ſperma, calice tecta. *Caracter ex Forſt. t. 23.*

LINDERA, Thunb. * Calix 0. Petala 6. Stamina 6, germini inſerta. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Capſula 2-locularis... *Frutex ramis & ramulis alternis*; *folia in ramulis conferta terminalia integra*; *flores inter folia umbellati terminales umbellâ ſimplici. Caracter ex Thunb. Jap.*

SOULAMEA, Lam. * *Bouati du Bengale.* Calix minimus 3-fidus. Petala 3 hypogyna (an potiùs 4, diſco glanduloſo inſerta?); antheræ ſubdidymæ. Germen ſuperum compreſſum; ſtylus 0; ſtigmata 2 capitata. Capſula compreſſa ferè plana, obcordata, margine acuto, apice inter ſtigmata emarginato, 2-locularis 2-ſperma, ſeminibus oblongis; periſpermum corculi nullum & radicula aſcendens. *Arbuſcula, foliis alternis, in ramulorum apice confertis magnis*; *flores minimi racemoſi terminales aut axillares, racemis brevibus. Caracter ex Lamark dict. & ex Commerſ. ſpecim. ſicco innominato & ex Muſæi mei fructu dicto* Bouati *&* Soulamoë *ſeu* Rex amaroris *Rumph. Amb. 2. t. 41.*

NANDINA, Thunb. * Calix polyphyllus ſexfariàm imbricatus, ſquamis 6 in ſingulâ ſerie, caducis. Petala 6 longiora. Stamina 6, antheris oblongis ſubſeſſilibus. Germen ſuperum; ſtylus 3-gonus breviſſimus; ſtigma 3-gonum. Bacca piſiformis exſucca 2-ſperma, ſeminibus hemiſphæricis, impoſita receptaculo globoſo punctato. *Frutex multicaulis*; *rami vaginis foliorum veſtiti, apice folioſi*; *folia ſuprâdecompoſita ternata*; *flores paniculati terminales. Caracter ex Thunb. Jap.*

MELICOPE, Forſt. * Calix 4-partitus. Petala 4. Stamina 8. Germen ſuperum, laminulis 8 crenatis baſi cinctum; ſtylus brevis; ſtigma 1. Fructus... (4-ſpermus?). *Caracter ex Forſt. t. 28.*

SASSIA, Mol. * Calix 4-phyllus patens. Petala 4. Stamina 8 brevia, antheris ſubrotundis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1.

Capſula ovata 2-locularis 2-ſperma. *Herba; folia radicalia; ſcapi 1-flori aut multiflori. Species multiflora tinctoria. Caracter ex Molinâ Chil.*

MARGARITARIA, LS. * Dioïca. Calix 4-dentatus. Petala 4, calici inſerta. MASC. Stamina 8, receptaculo inſerta; antheræ ſubrotundæ. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. FOEM. Germen 1 ſuperum; ſtyli 4-5; ſtigmata 4-5. Bacca globoſa, ſtylis acuminata, intùs 4-5-cocca coccis 2-valvibus (1-ſpermis?) in nucem nitidam margaritæformem compactis. *Frutices?...; folia in maſculis oppoſita & Evonymo ſimilia, in fœminis alterna; flores maſculi paniculati numeroſiſſimi ut in Spiræâ Arunco L., fœminei ſolitarii axillares. Caracter ex L. Suppl. Ex ipſo maſculus frutex fœminei fortè non congener.*

CLAUSENA, Burm. * Calix 4-dentatus brevis. Petala 4 ſeſſilia. Stamina 8, filamentis baſi dilatatis incraſſatis intùs excavatis & germen ambientibus; antheræ verſatiles. Germen ſuperum; ſtylus 1 brevis; ſtigma 1. Fructus... *Frutex Javanenſis; folia alterna pinnata; flores racemoſo-paniculati minimi. Caracter ex Burm. Ind. 87. t. 29.*

BARBYLUS, Brown. * Calix campanulatus 4-5-fidus. Petala 4-5, calicis margini interiori affixa. Stamina 8-10, è fundo calicis orta, filamentis compreſſis; antheræ ovatæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-locularis, loculis 2-ſpermis. *Arbor Jamaïcenſis cortice ſcabro; folia alterna pinnata; flores racemoſi. Caracter ex Brown. Jam. Confer cum Trichiliâ.*

CODIA, Forſt. LS. * Calix 4-phyllus. Petala 4 linearia, ſingula baſi 2-andra, undè ſtamina 8. Germen 1 ſuperum parvum; ſtyli 2; ſtigmata 2. Fructus...(4-ſpermus?). Flores capitati receptaculo communi globoſo villoſo, involucro receptaculi 4-phyllo. *Frutex?...; folia oppoſita integra glaberrima; capitula axillaria & terminalia. Caracter ex Forſt. t. 30. & ex L. Suppl. An Bruniæ congener? An germen verè ſuperum?*

MONOTROPA, L. * OROBANCHOÏDES, T. * HYPOPITYS, Dill. * Calix 4-5-phyllus coloratus. Petala 4-5 hypogyna, calici alterna & concolora, cum ipſo in cylindrum conniventia & ſimul decidua, baſi productiore 2-appendiculatâ, intùs cavâ, extùs gibbâ. Stamina 8-10 hypogyna; antheræ parvæ. Germen ſuperum; ſtylus 1 cylindricus; ſtigma dilatatum ſubpeltatum. Capſula 4-5-ſulcata 4-5-locularis 4-5-valvis polyſperma, valvis medio ſemiſeptiferis, receptaculo centrali 4-5-gono valvularum ſeptis angulatim applicito; ſemina numeroſiſſima ſcobiformia receptaculo affixa. *Herbæ paraſiticæ radicibus arborum innaſcentes; radix densè ſquamoſa ſquamis imbricatis; caulis ſæpè ſimplex, alternè ſquamoſus ſquamis diſtantibus, prætereà aphyllus; flores terminales, in* M. *uniflorâ ſolitarii 10-andri, in* M. hypopity *ſpicati aut ſpicato-paniculati, ſpicâ florente in-*

flexâ, maturiore rectâ, ſinguli bracteati, ſuperiores (ſæpè unicus tantùm) 10-andri 5-petali 5-loculares, inferiores 8-andri 4-petali 4-loculares aut interdùm 3-loculares. Habitus Orobanches; caracter diverſus. Genus ſui ordinis, nulli affine.

DIONÆA, Ell. L. * Calix 5-phyllus perſiſtens. Petala 5. Stamina 10, antheris ſubrotundis. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma patens fimbriatum. Capſula 1-locularis polyſperma; ſemina minima, imæ capſulæ affixa. *Herba; folia alterna radicalia, petiolo marginato magno inſidentia, ſubrotunda, ſuprà 3-4-ciliata, ſenſibilia ad levem inſecti appulſum mox conduplicanda & indè muſcicapa; flores in ſcapo ſubumbellati terminales, ſinguli 1-bracteolati. Caracter ex Linnæo. An affinis Droſeræ aut Roridulæ?*

HIPPOMANICA, Mol. * Calix 5-partitus. Petala 5 ovata. Stamina 10. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula 4-locularis polyſperma ſeminibus reniformibus. *Herba annua in paſcuis noxia, multicaulis; caules 4-anguli; folia oppoſita ſimplicia integra craſſiuſcula; flores terminales lutei. Caracter ex Molinâ Chil. An Zygophyllo affinis? An folia ſtipulacea?*

OURATEA, Aubl. * Calix 5-phyllus. Petala 5 hypogyna ſubrotunda. Stamina 10 hypogyna; antheræ oblongæ, in tubum ſtylo trajectum approximatæ. Germen ſuperum 5-angulare; ſtylus 1; ſtigma ſub5-fidum. Fructus... *Arbor altiſſima; folia alterna ſtipulacea longa; flores laxè paniculati terminales odori. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 152.*

CRINODENDRUM, Mol. Cav. * *Patagua du Chili.* Calix 0. Petala 6 in campanam conniventia. Staminum filamenta 10, baſi in tubum coalita; antheræ ovatæ. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma... Capſula coriacea 3-gona 1-locularis, elaſticè 3-valvis 3-ſperma. *Arbor; folia oppoſita; flores pedunculati ſparſi, Lilii odore. Caracter ex Molinâ Chil. & ex Cavan. diſſ. t. 158. f. 1. Capſulæ à Dombeyo datæ,* Patagua *dictae, ſimiliter 3-valves, ſed valvis medio ſeptiferis 3-loculares loculis 2-4-ſpermis, corculo intrà periſpermum carnoſum plano, indè Rhamnis & Evonymo affines, fortè congeneres Crinodendri rectiùs deſcribendi collatis herb. Dombeyani ſpeciminibus.*

DEUTZIA, Thunb. * Calix brevis 5-fidus, raró 6-fidus. Petala 5, rariùs 6. Stamina 10, filamentis ſub apice 3-cuſpidatis alternis brevioribus. Germen ſuperum medio concavum; ſtyli 3, rariùs 4; ſtigmata totidem. Capſula globoſa parva perforata calloſa, ſtylis 3-ariſtata 3-valvis 3-locularis, rariùs 4-locularis, loculis polyſpermis. *Arbor ramoſiſſima (ramis & ramulis alternis in deſcript., oppoſitis in icone); folia oppoſita ſcabra, poliendo ligno apta; flores paniculati terminales, in paniculis alterni. Caracter ex Thunb. Jap. 185. t. 24. In icone panicula pauciflora & fructus inferus depinguntur. Genus ergò recognoſcendum.*

AGATHOPHYLLUM. * RAVENSARA, Sonn. * *Raven-tſara.* Calix 1-phyllus minimus truncatus integer. Petala 6, calici inſerta

parva, intùs villoſa. Stamina 12, filamentis brevibus, antheris ſubrotundis; horum 6 calici inſerta, 6 alterna & imis petalis infixa. Germen ſuperum; ſtylus brevis; ſtigma 1. Nux drupâ tenui veſtita, ſubſphæricea infrà depreſſa, ſuprà acuminata, coriaceo-lignea intùs baſi ſemi6-locularis 1-ſperma, ſemine magno infrà 6-lobo, diſſepimentis coriaceis lobos diſtinguentibus. *Arbores; folia alterna laurina; flores paniculati, terminales aut ſummis foliis axillares; fructus ſæpè ſolitarii terminales notante Flacurtio, undè forsàn arbores frugiferæ à floriferis diverſæ. Character ex Sonner. Ind. 2. p. 226. t. 127, & ex fructu ſicco. Semen inſtar Juglandis infrà lobatum, oleoſum inſipidum. Sapor drupæ, corticis & præcipuè foliorum aromaticus coryophylleus, undè Madagaſcarienſium nomen* Raven-tsara, *id eſt folium bonum, ſeu* Ἀγαθόφυλλον. *Affine Heiſteriæ p. 288 utpotè polypetalum: an potiùs mutato perianthii nomine apetalum & affinius Lauris p. 80?*

EURYA, Thunb. * Calix 5-phyllus, caliculo 2-phyllo cinctus. Petala 5. Stamina 13, antheris ſubſeſſilibus. Germen 1 ſuperum, margine purpureo infrà cinctus ad baſim ſtaminum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Capſula globoſa parva, ſtylo perſiſtente acuta, 5-locularis 5-valvis loculis 3-ſpermis; ſemina 3-quetra. *Frutex ramis & ramulis alternis; folia in ramulis alterna, diſticha ſempervirentia; pedunculi 1-3 axillares 1-flori. An flores dioïci? Character ex Thunb. Jap. t. 25.*

APACTIS, Thunb. * Calix 0. Petala 4. Stamina 16-20. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma ... Fructus ... *Arbor ramoſiſſima ramis alternis; folia in ramulis alterna; flores ibidem racemoſi. Character ex Thunb. Jap.*

CASSIPOUREA, Aubl. * Calix turbinatus, 4-5-dentatus. Petala 5, imo calici inſerta, unguiculata, oblonga, pennato-diſſecta. Stamina 18, calici inſerta. Germen ſuperum; ſtylus longus villoſus; ſtigma 1. Fructus... *Arbuſcula ramis oppoſitis; folia oppoſita ſubſtipulacea; flores axillares 2-bracteati. Character ex Aubl. Guyan. t. 211. An affinis Lagerſtromiæ p. 367?*

CROSSOSTYLIS, Forſt. * Calix 4-angularis 4-fidus, imo germini adnatus, perſiſtens. Petala 4 unguiculata, perigyna, calici alterna. Stamina circiter 20, filamentis connatis in annulum latum, interjectis totidem filamentis minimis ſterilibus. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 perſiſtens; ſtigma cruciatìm 4-lobum lobis 3-fidis. Bacca ſupera hemiſphærica multiſtriata 1-locularis polyſperma, receptaculo centrali ſeminifero; ſemina numeroſa minima. *Character ex Forſt. t. 44. An affinis Salicariis?*

EUCLEA, L. LS. * Dioïca. Calix minimus 5-dentatus. Petala 5... MASC. Stamina 15 brevia. FOEM. Germen 1 ſuperum; ſtyli 2; ſtigmata 4-dentata. Bacca 2-locularis 2-ſperma. *Arbores; folia alterna integerrima perennia; flores racemoſi; racemi ſimplices ſupremis foliis axillares. Character ex L. Suppl.*

ARISTOTELIA, L'Herit. * *Maqui du Chili.* Calix turbinatus, diſco latiore intùs veſtitus, limbo 5-6-fidus. Petala 5-6, calici alterna, ejuſdem diſco extùs inſerta. Stamina 15-18 ibidem inſerta, & ternatim quinquiès aux ſexiès calicinis laciniis oppoſita, petaliſque alterna; filamenta brevia; antheræ oblongæ erectæ, versùs baſim filamentis infixæ. Germen ſuperum minimum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Bacca piſiformis 3-locularis, loculis 1-2-ſpermis, ſeminibus hinc convexis & indè angulatis; corculum planum in periſpermo carnoſo. *Frutex Chiloenſis ramis oppoſitis; folia oppoſita, ſtipulacea ſtipulis caducis; flores racemoſi axillares & terminales, in racemis ſuboppoſiti & bracteolati. Caracter ex ſicco ſpecimine Dombeyano & ex D. L'Herit. faſc. t. 2, qui antheras in vivo vidit ſteriles: an indè flores dioïci? Baccæ edules è quarum ſucco peculiare in Chiloenſi regno vinum conficitur, teſte Dombeyo. Genus affine hinc Tiliaceis aut Ciſtis, indè Rhamnis & Evonymo, aut rectiùs Homalio & Blackwelliæ p. 380, forsàn ideò periſpermo inſtructis.*

SORAMIA, Aubl. * Calix 5-partitus patens perſiſtens. Petala 5 hypogyna, calici alterna. Stamina numeroſa hypogyna. Germen ſuperum; ſtylus longus incurvus perſiſtens; ſtigma capitatum. Bacca ceraſiformis 1-ſperma, ſemine membranâ viſcosâ involuto. *Frutex ſarmentoſus; folia alterna; flores ſubcorymboſi axillares aut non axillares, pedunculis tenuibus. Caracter ex Aubletio Guyan. t. 219.*

GLABRARIA, L. * Calix tubuloſus 5-fidus. Petala 5 æqualia. Stamina 30, filamentis in 5 faſciculos ſenarios connexis. Setæ ex diſco prodeuntes (nectarium L.) faſciculis interpoſitæ. Germen ſuperum, diſco impoſitum & baſi cinctum; ſtylus 1; ſtigma 1. (Drupa piſiformis exſucca fœta nuce 1-ſpermâ *ex Rumph.*) *Arbor habitu Lauri Camphoræ; folia alterna integra; flores glomerati axillares non bracteati. Caracter ex Linnæo. An affinis Styraci?*

DOLIOCARPUS, Rol. * Calix 5-phyllus. Petala 3. Stamina plura hypogyna. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 2. Bacca 1-locularis 2-ſperma. *Caulis ſcandens; folia alterna; pedunculi axillares 1-flori. Caracter ex Roland. act. Holm.*

CLEYERA, Thunb. * Calix obtusè 5-partitus perſiſtens. Petala 5. Stamina circiter 30 breviora, germinis lateribus inſerta, filamentis baſi ſubcohærentibus, antheris didymis. Germen ſuperum; ſtylus 1 filiformis; ſtigma emarginatum. Capſula piſiformis, calice perſiſtente reflexo infrà cincta 2-locularis 2-valvis... *Arbor glabra, eadem cum* Mokokf *Kæmpf. am. t. 774; rami & ramuli ſubverticillati; folia in ſummis ramulis ſubverticillata aut faſciculata, craſſa ſempervirentia; flores axillares pedunculis 1-floris. Vateriæ affinis. Caracter ex Thunb. Jap. An Cleyeræ rectè adjecta* Mokokf *cui ex Kæmpfero corolla 1-petala diſcoïdea*

5-loba, ſtamina 40-50, fructus ceraſiformis carne friabili, maturior dehiſcens, 3-4-ſpermus ſeminibus reniformibus amiſſo pericarpio nudis, receptaculo centrali annexis? Confer utramque cum Camelliâ.

CALINEA, Aubl. * Calix 3-partitus, extùs 2-ſquamoſus. Petala 3 hypogyna denticulata. Stamina numeroſa hypogyna, antherarum loculis diſtinctis filamento ſuprà dilatato utrinque adnatis. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma latius concavum. Fructus... (2-locularis 2-ſpermus?). *Frutex ſarmentoſus nodoſus; folia alterna; flores axillares aut ſparſi, pedunculis baſi 2-bracteatis. Character ex Aubl. Guyan. t. 221.*

CARAIPA, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala... hypogyna. Stamina numeroſa hypogyna. Germen ſuperum... Capſula coriaceo-lignoſa ſub 3-gona apice acuto incurvo, 3-locularis 3-ſperma, 3-valvis valvis intùs nudis, receptaculo ligneo centrali magno 3-gono, in faciebus ſeminifero, in angulis valvifero; ſemina ovata compreſſa periſpermo deſtituta. *Arbores; folia alterna ſtipulacea; flores racemoſi terminales. Character ex Aubl. Guyan. t. 223, & ex fructu ſicco.*

VANTANEA, Aubl. * Calix 5-fidus. Petala 5 longa anguſta, diſco hypogyno inſerta. Stamina numeroſa ibidem inſerta, filamentis longis, antheris ſubrotundis. Germen ſuperum diſco urceolari infrà cinctum; ſtylus 1 longus; ſtigma 1... Fructus... (5-locularis 5-ſpermus?). *Arbor; folia alterna; flores corymboſo-terminales magni. Character ex Aubl. Guyan. t. 229.*

TOUROULIA, Aubl. * Calix turbinatus 5-dentatus, baſi 2-ſquamoſus. Petala 5 ſubrotunda, perigyna. Stamina numeroſa perigyna; antherarum loculi baſi divaricati. Germen ſuperum; ſtylus 0; ſtigma 1. Bacca carnoſa, multiſtriata, ſphæroïdea depreſſa, 7-locularis 7-ſperma. *Arbor; folia oppoſita ſtipulacea, impari-pinnata, foliolis oppoſitis in petiolum decurrentibus; flores oppoſitè racemoſi terminales, diviſuris racemi 2-bracteatis. Character fructûs certò ſuperi ex ſicco, floris ex Aubl. Guyan. t. 194, qui germen dicit inferum.*

VALLEA, Mut. LS. * Calix 4-5-phyllus deciduus. Petala 4-5 trifida. Stamina 30-40, ſub diſco inſerta ſerie ſimplici; filamenta brevia; antheræ lineares apice 2-perforatæ. Germen ſuperum diſco impoſitum planiuſculo (nectarium *Mut.*) marginato, ad marginem undulato; ſtylus 1; ſtigma 4-5-fidum. Capſula 4-5-angularis 2-locularis polyſperma. *Arbor; folia alterna ſtipulacea; panicula florum trifaria terminalis. Numerus partium ſæpè quaternarius variat quinario. Character ex L. Suppl.*

MAGUREA, Aubl. * Calix 5-partitus, laciniis 2 majoribus. Petala 5 hypogyna, horum 3 erecta minora. Stamina numeroſiſſima hypogyna, antheris 4-gonis. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 3-gonum. Capſula membranacea, ovata,

ſtylo acuminata, 3-locularis polyſperma, 3-valvis valvis introflexis & margine affixis receptaculo centrali 3-gono ſemi-nifero; ſemina parva, incumbentia. *Arbor; folia alterna ſtipulacea; flores alternè ſpicati terminales; pedunculis baſi 3-bracteatis 1-3-floris. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 222.*

HOUMIRIA. * HOUMIRI, Aubl. * Calix 5-partitus. Petala 5 hypogyna. Stamina 20 hypogyna. Germen ſuperum; ſtylus 1 longus; ſtigma 5-radiatum. Fructus... (5-locularis 5-ſpermus?). *Arbor cacumine ramoſiſſimo, cortice reſinoſo; folia alterna, ſeſſilia ſemiamplexicaulia, juniora involuta; flores parvi corymboſi axillares & terminales, pedunculis 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 225.*

TRILIX, L. * Calix 3-partitus perſiſtens. Petala 3, calice minora. Stamina numeroſa hypogyna, antheris ſubrotundis. Germen ſuperum 5-gonum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca ſub5-gona 5-locularis polyſperma, calice tecta. *Frutex ramoſiſſimus; folia alterna ſubpeltata; flores terminales. Caracter ex Linnæo.*

SARRACENIA, T. L. * Calix duplex, exterior 3-phyllus parvus, interior 5-phyllus coloratus magnus, uterque deciduus. Petala 5 hypogyna, calici interiori alterna, majora, apice ſubrotunda. Stamina numeroſa hypogyna; antheræ ſubrotundæ. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 brevis ſtipitiformis; ſtigma latiſſimum peltato-planum clypeiforme 5-gonum, ſtamina obtegens perſiſtens. Capſula ſubrotunda 5-locularis polyſperma (5-valvis, valvis medio ſeptiferis, receptaculo centrali 5-gono ſeminifero magno *ex Catesb. 2. ic. 70.*) ſeminibus minutis. *Herbae paludoſæ; folia alterna radicalia, baſi ſemivaginantia, hydriæ aut tubæ inſtar cava & aquâ ſæpè turgida, ſuperiùs adaperta & hinc producta in appendicem operculiformem ſuprà os inflexam; ſcapus 1-florus flore magno. Genus ſtigmate & ſtaminibus proximum Papaveri, ſed multiloculare, accedens etiam hinc Nymphææ, indè Nepenthi. An corculum verè 2-lobum? An periſpermo deſtitutum?*

CARYOCAR, Allam. L. * Calix 5-partitus deciduus. Petala 5. Stamina numeroſa, antheris oblongis. Germen 1 ſuperum; ſtyli 4 (interdùm pauciores); ſtigmata 4. Drupa maxima ſphæricea carnoſa, fœta 4 nucibus angulatis ſulcato-reticulatis 1-ſpermis. *Semina eſculenta. Caracter ex Allamand & Linn.*

TEMUS, Mol. * *Temo du Chily.* Calix 3-fidus. Petala 18 linearia longiſſima. Stamina 26, petalis breviora; antheræ globoſæ. Germina 2; ſtyli 2; ſtigmata 2. Bacca 2-cocca... ſeminibus arillatis. *Arbor ſempervirens; folia alterna; flores pedunculati terminales. Caracter ex Molinâ Chil.*

POLYPETALÆ GERMINE INFERO.

APHYTEIA, L. LS. * HYDNORA, Thunb. * Calix magnus infundibuliformis ſemi3-fidus perſiſtens. Petala 3 minima, aut potiùs petalorum rudimenta calicinis laciniis adnata. Stamina 3, filamentis brevibus infrà connatis. Germen ſubinferum; ſtylus brevis craſſiuſculus; ſtigma 3-gonum. Bacca 1-locularis polyſperma, ſeminibus numeroſis in pulpâ tenui nidulantibus. *Planta Capenſis, ſuprà radices Euphorbiæ Mauritanicæ paraſitica teſte D. Thunberg, aphylla & acaulis unico flore conſtans radicali ſeſſili palmari coriaceo ſubſucculento, laciniis duplicatis intùs pictis; fructus ſphæriceus magnus extùs granuloſus. Caracter ex L. Suppl. An Cytino affinis? Genus recognoſcendum & determinanda ſtaminum ſeminumque diſpoſitio ac ſtructura.*

TONTELEA, Aubl. * Calix urceolatus 5-fidus. Petala 5, diſco urceolari ſubtùs inſerta. Stamina 3, eidem diſco intùs infixa. Germen 1 (inferum?) diſco circumdatum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca parva ſphæricea 1-locularis 4-ſperma. *Frutex ſarmentoſus ramis oppoſitis; folia oppoſita integra; flores oppoſitè paniculati axillares & terminales, ſinguli bracteati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 10.*

STRUMPFIA, Jacq. L. * Calix ſuperus minimus 5-dentatus perſiſtens. Petala 5. Stamina 5, antheris ſeſſilibus & coalitis in corpus ovatum 5-ſulcatum, baſi 5-dentatum. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca coronata 1-locularis 1-ſperma. *Frutex; folia (Roriſmarini) terna verticillata, ſtipulis totidem alternantibus, utraque in infimâ ramorum parte caduca, perſiſtentibus veſtigiis articulos mentientibus; pedunculi axillares multiflori; baccæ piſiformes. Caracter ex Jacq. Amer.*

ADENIA, Forsk. * Calix tubuloſus longiſſimus, limbo 6-fido oblongo reflexo. Petala 6, ſummo calici inſerta, ejuſdem laciniis alterna & breviora. Stamina 6, petalis alterna, ex imo enata calice, filamentis baſi extùs 1-ſquamuloſis ſquamulâ lineari, ultrà parum connatis, dein liberis; antheræ erectæ lineari-lanceolatæ. Germen tubo calicino adnatum; ſtylus brevis; ſtigma emarginatum. Fructus... *Arbuſcula venenatiſſima; folia alterna peltata palmata, petiolo glanduloſo; cirrhi ex ramis lateralibus; flores faſciculato-ſpicati terminales faſciculis 2-3-floris; rudimentum folii glanduloſum petiolatum ſub ſingulo faſciculo. Caracter ex Forskalio.*

BEGONIA, Pl. T. L. * Monoïca. Calix 2-partitus (petala exteriora T. L.) ſuperus, interdùm corollæ concolor. Petala 2-6 anguſtiora hyalina. MASC. Petala 2 (rariùs 3-6) calici alterna. Stamina indefinita, filamentis brevibus baſi junctis, antheris

oblongis erectis. FOEM. Petala 3, rariùs 2-4, ſummo calici aut piſtillo impoſita, inæqualia. Germen inferum ſub 3-gonum angulis prominulis; ſtyli 3 ſæpè 2-fidi; ſtigmata 6. Capſula infera, ſuprà nuda petalis cum calicino limbo deciduis, 3-gona 3-locularis, polyſperma ſeminibus minutiſſimis receptaculo centrali 3-partito affixis, 3-valvis, valvis carinatis dorſo alatis; alæ membranaceæ, una cæteris ſæpè multò major. *Plantæ paludoſæ, pauciores ſuffruticoſæ, plures herbaceæ caulè folioſo aut ſcapiformi nudo; folia harum radicalia, illarum caulina, omnium alterna 2-ſtipulacea, in plurimis ſuprà petiolum obliqua & hinc baſi ſæpè productiora; pedunculi dichotomè multiflori, rariùs 1-2-flori, in ſcapoſis terminales, in cæteris nonnunquàm axillares, dichotomiis 2-ſtipulaceis aut 2-bracteatis, bracteis ſæpè caducis, pedicellis 1-floris, ſub germine ſeu calice fœmineo pariter 2-bracteatis; flores maſculi fœmineis mixti. Habitus & ſapor Acetoſæ. An perianthium potiùs omninò petalinum abſque calice, aut omninò calicinum apetalum? Genus nulli verè affine.*

APETALÆ HERMAPHRODITÆ GERMINE SUPERO.

MEBOREA, Aubl. * Calix 5-fidus, laciniis baſi intùs foveâ marginatâ excavatis. Corolla 0. Germen 1 ſuperum; ſtyli 3; ſtigmata 3. Antheræ 3 ſubſeſſiles ſtylis adnatæ ſub ſtigmatibus. Capſula 3-gona 6-locularis, primò 3-valvis, deìn iteratâ partitione 6-valvis valvis medio ſeptiferis & utrinque 1-ſpermis. *Frutex; folia alterna ſtipulacea; flores pauci axillares aut corymboſo-paniculati terminales, pedunculis longis 1-floris & baſi 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 323. An affinis Ariſtolochiis?*

COMETES, Burm. L. * Involucrum 4-phyllum foliolis æqualibus ciliato-hiſpidis, 3-florum floſculis ſeſſilibus. His calix (corolla *Burm.*) 4-phyllus æqualis. Corolla 0. Stamina 4. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Capſula 3-cocca 3-ſperma. *Herba foliis oppoſitis; involucra pedunculata, pedunculis ſolitariis axillaribus alternis aut 1-2-terminalibus. Caracter ex Burm. Ind. t. 15 & ex Linnæo.*

AMANOA, Aubl. * Calix minimus 5-partitus æqualis. Corolla 0. Stamina 5 hypogyna, calici alterna, antheris latis ſubſeſſilibus. Germen ſuperum 3-gonum; ſtylus 0; ſtigma 3-gonum concavum. Fructus... *Arbor cacumine ramoſiſſimo, ramulis foliatis; folia alterna ſtipulacea ſtipulis deciduis; flores parvi in ramulorum apice flexuoſo faſciculato-ſpicati faſciculis alternis ſeſſilibus remotis 1-bracteatis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 101.*

CAPURA, L. * Calix tubuloſus (corolla L.) 6-fidus laciniis

alternis anguſtioribus externis. Corolla o. Stamina 6, tubo inſerta, antheris ſubſeſſilibus; 3 alterna ſuperiora. Germen ſuperum; ſtylus breviſſimus; ſtigma 1. Bacca...? *Arbor*; *folia oppoſita integra; flores faſciculati axillares. Caracter ex Linnæo.*

SCOPOLIA, LS. * Flores aggregati in calice ſeu involucro communi 2-phyllo foliolis concavis. Calix propriùs (corolla LS.) inferus infundibuliformis 5-fidus. Antheræ 8 oblongæ, duplici ordine quaternæ, coalitæ ſeu conniventes in columnam interruptam, ſuffultam filamentis 4 epigynis. Germen ſuperum, apice ſetoſum cujus ſetæ filamentis intermixtæ, ſtylus o; ſtigma 1. Fructus... *Arbor ramis apice folioſis; folia alterna integra non ſtipulacea; pedunculi florales ſolitarii axillares aut foliis deciduis nudi. Caracter ex L. Suppl. An inferus calix ſtaminibus epigynis verè conſociatus; an antherae verè connexae; an calix in corollam reſtituendus? An genus affine corymbiferis & Tarchonantho p. 185, aut Thymelaeis & Gnidiae p. 77. Huic nomine conformis* Scopolia *Forſt. t. 70, caeterùm diverſa & recognoſcenda cui ex Forſtero calix ſuperus 5-dentatus, corolla.., ſtamina..., germen inferum, ſtyli 3, ſtigmata 3, fructus... 1-ſpermus, flores quidam maſculi calice conſimiles 5-petali 5-andri.*

ANIBA, Aubl. * Calix obtusè 6-partitus. Corolla o. Stamina 8 hypogyna. Germen ſuperum; ſtylus 1 brevis; ſtigma 1. Fructus .. *Arbor trunco citrino aromatico, cacumine ramoſiſſimo; folia oppoſita aut 3-5-verticillata; flores minimi laxè racemoſi, racemi pedunculo longo debili axillari. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 126.*

PLEGORHIZA, Mol. * *Guaïcuru du Chili.* Calix 1-phyllus (corolla *Mol.*) limbo integro. Corolla o. Stamina 9, filamentis brevibus, antheris oblongis. Germen 1; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula oblonga ſubcompreſſa 1-ſperma ſemine conformi. *Suffrutex; folia radicalia petiolata congeſta, ambientia caulem baſi nudum ſimplicem, apice ramuloſum ramulis folioſis & floriferis, foliis alternis ſeſſilibus, floribus parvis ſubumbellatis.* Πληγὴ *plaga*, ῥίζα *radix, à radice vulneraria. Caracter ex Molinâ Chil. & Pernetti it. Maclov. Confer cum Lauris aut Polygoneis.*

ANAVINGA, Rheed. Lam. CASEARIA, Jacq. * SAMYDA, L. * GUIDONIA, Pl. * Calix 5-partitus. Corolla o. Stamina 8-10 (hypogyna?), ſquamulis totidem (nectarium *Jacq.*) interjectis brevioribus hirſutis, ibidem inſertis. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1; ſtigma capitatum. Capſula ſtylo acuminata coriacea ſub3-gona 1-locularis 3-valvis intùs polyſperma & pulpoſa, valvis ſeminiferis. *Arbuſculae aut frutices; folia alterna (ſtipulacea?); flores corymboſo-racemoſi aut plures aggregati pedunculis 1-floris, ſaepiùs axillares. Caracter ex Jacq. Amer. p. 132. Hùc referantur* Samyda *Loëfl. p. 260, &* Samyda *Brown. t. 23. f. 3, & Samydae plures Linn. n. ſyſt., &* Iroucana *Aubl. t. 127, &* Meliſtaurum. *Forſt. t. 72, &* Anavinga *Rheed. Mal. 4. t. 49. Lam. Dict. 1. p. 147, quae tamen paululùm differunt. Squamulae in Samydâ*

Brown. glabræ breviſſimæ; in Iroucanâ & Meliſtauro & Anavingâ ſtipitatæ pennato-ciliatæ, in Samydâ Loëfl. & Anavingâ geminatæ. Stamina cum ſquamulis hypogyna diſtincta in Iroucanâ ex Aubl., perigyna diſtincta in Anavingâ & in Samydâ Loëfl. & Brown., baſi monadelpha & invicem æqualia in Meliſtauro. Iroucanæ ſtigma 5-radiatum & folia ſtipulacea. Ejuſdem & Samydæ Brown. capſula receptaculo ſeminifero centrali & valvulis liberis. Character igitur in vivis repetendus. Confer cum Pipareâ p. 327 & Tsjerou-kanneli Rheed. Mal. t. 50. Affinis ſequentibus, fortè etiam Blakwelliæ & Homalio p. 380.

AQUILARIA, Lamark. Cav. * *Garo, Bois d'Aigle.* Calix turbinatus perſiſtens, limbo 5-fidus. Corolla o. Urceolus interior corollæ æmulus, medio adnatus calici, apice inæqualiter 10-lobus; filamenta 10 breviſſima, ex eodem urceolo inter lobos alternè enata; antheræ 10 oblongæ verſatiles. Germen ſuperum; ſtylus o; ſtigma 1. Capſula ampliata amygdaliformis 2-locularis 2-valvis, valvis ſuberoſis craſſis medio ſeptiferis, loculis 1-ſpermis, ſeminibus infrà arillo ſpongioſo ſemicinctis, 1 ſæpè abortivo. *Arbor; folia alterna 1-nervia (non ſtipulacea?); flores .. Caracter ex Lamark Dict. 1. p. 49 & 2. p. 610, ex Cavan. diſſ. 7. t. 224. Affinis Samydæ ac Anavingæ, & ſtaminifera inter urceoli lobos integros non hirſutos, ut in Samydâ Brown. t. 23. f. 3.*

SAMYDA, Jacq. * GUIDONIA, Pl. * Calix 1-phyllus tubuloſo-campanulatus 10-ſtriatus, intùs coloratus, limbo 5-fido inæquali. Corolla o. Stamina 10-18, filamentis connatis in coronam medio calici inſertam 10-18-ſtriatam & margine 10-18-dentatam dentibus antheriferis. Germen ſuperum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula coriacea 1-locularis 4-5-valvis polyſperma valvis ſeminiferis; ſemina pulpâ obvoluta, baſi foraminulata. *Frutices; folia alterna ſtipulacea; flores axillares ſubſolitarii. Caracter ex Jacq. Amer. p. 131. An potius valvæ liberæ & ſemina receptaculo centrali affixa ut in Plum. deſcr. mſſ. & ic. 146. f. 2? Genus (cui ſola convenit* S. ſerrulata L;) *diverſiſſimum à primâ Samydâ Linn. amœn. 1. p. 128; diverſum etiam ab Anavingâ ſeu Caſeariâ Jacq, cui tamen affinis mediante Samydâ Brownæi.*

CASSYTHA, L. * Calix 1-phyllus globoſus, limbo coarctatus & 6-fidus connivens, laciniis alternis interioribus (petala L.) paulò majoribus, baſi 3-bracteatus (calix L.) bracteis minimis. Corolla o. Staminum filamenta 12, ſummo calici inſerta duplici ordine; horum 6 exteriora fertilia baſi nuda, calicinis laciniis oppoſita; 6 interiora prioribus oppoſita, 3 nempè pariter fertilia baſi 2-glanduloſa, 3 his alterna ſterilia (nectarium L.) truncata tuberculiformia; antheræ fertilibus filamentis anteriùs adnatæ 2-loculares (à baſi ad apicem 2-valves?). Germen ſuperum; ſtylus craſſiuſculus; ſtigma obtuſum (ſub-3-fidum?). Capſula globoſa 1-ſperma, calice ſubbaccato connivente tecta. *Planta aphylla volubilis filamentoſa ramoſa, ſuprà*

frutices paraſitica & papillis paſsim radicans; *folia nulla* (*quæ tamen memorat Rheedius Malab. 7. p. 83. t. 44.*), *ſed ſquamulæ raræ quibus ramuli & flores axillares*; *flores in ramulis alternatim & laxè ſpicati ſeſſiles rariores. Caracter ex ſicco. Habitus Cuſcutæ, ſtamina Lauri, calix & fructus Baſellæ pariter ſpicifloræ & volubilis: indè generis ordinatio difficilis. Hùc refert D. Vahl* Volutellam *Forskalii. An verè congener* C. corniculata L. *ſpecies incerta aculeis & partium diſpoſitione diverſiſſima?*

TOMEX, Thunb. * Involucrum 5-6-phyllum 5-6-florum perſiſtens. Calix propriùs 5-phyllus. Corolla o. Stamina 12 inæqualia, 5 exteriora, 7 interiora. Germen 1 ſuperum, ſquamis 5 cinctum, triquetrum; ſtylus o; ſtigma ſubulatum abortiens. Fructus... *Arbor ramis & ramulis tomentoſis*; *folia alterna integerrima parallelo-nervoſa*; *flores axillares. Caracter ex Thunb. Jap. qui flores fœmineos non vidit.*

TOUNATEA, Aubl. * Calix turbinatus 5-fidus. Corolla o. Stamina numeroſa hypogyna. Germen 1 ſuperum; ſtylus 1 brevis incurvus; ſtigma 1. Capſula olivæformis 2-valvis 1-ſperma ſemine magno infrà calyptrato, calyptrâ urceolatâ hylum ſeminis obtegente. *Arbor apice ramoſa*; *folia alterna*, *impari-pinnata & alternè 2-juga petiolo communi marginato; flores in ramis & ramulis ſpicati*, *ſinguli 1-bracteolati. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 218. Confer cum Copaïferâ. p. 402.*

SEGUIERIA, Loëfl. L. * Calix 5-phyllus perſiſtens (foliolis 2 exterioribus minoribus *ex Jacq.*) Corolla o. Stamina plurima (hypogyna?). Germen compreſſum, latere altero ſuprà membranaceo tenui, altero craſſiore; ſtylus 1 breviſſimus, lateri craſſiori continuus; ſtigma 1. Capſula oblonga, hìnc craſſior, indè alata, baſi 3-appendiculata appendiculis alæformibus, 1-locularis 1-ſperma non dehiſcens. *Frutex; folia alterna; aculei 2 recurvi ad latera petiolorum aut nulli*; *flores racemoſi terminales. Caracter ex Jacq. & Loëfl. & Linn.*

MÆRUA, Forsk. * Calix urceolatus 4-gonus, limbo 4-fido oblongo. Petala o. Setæ numeroſæ compreſſæ, apice laciniatæ, ſummo calicino urceolo infertæ, conniventes in germinis ſtipitem centralem 4-gonum, cui ſummo inſeruntur ſtamina circiter 30, filamentis ſubulatis, antheris incumbentibus didymis. Germen eidem ſtipiti ſuprà ſtamina attenuato impoſitum; ſtylus o; ſtigma verruciforme. Fructus... baccatus? *Frutex; folia alterna craſſiuſcula; pedunculi terminales ſolitarii 1-flori. Caracter ex Forsk. Confer cum Paſſiflorâ.*

ABLANIA, Aubl. * Calix 4-5-partitus perſiſtens. Corolla o. Stamina numeroſa, hypogyna. Germen ſuperum villoſum; ſtyli 2, apice 2-fidi; ſtigmata 4. Capſula ovata, pilis longis rigidis caducis hirſuta ſub4-gona, 1-locularis 4-valvis polyſperma, ſeminibus numeroſis receptaculo centrali affixis, membranâ viſcosâ obvolutis.

obvolutis. *Arbor; folia alterna; flores axillares ſubcorymboſi. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 234.*

MOURERA, Aubl. * Calix o. Corolla o. Vagina tubuloſa, germinis ſtipitem baſi involvens, cincta 3 bracteis caducis, quarum 1 major cæteras obtegens. Stamina numeroſa, filamentis baſi latioribus, antheris ſagittatis, inſerta diſco 12-aculeato germinis ſtipitem ſuperanti. Germen ſtipiti (pedunculus *ex Aubl.*) longo inſidens, diſco ſuperum, ſtriatum; ſtyli 2 incurvi; ſtigmata 2. Capſula ovata 8-ſtriata membranacea 1-locularis 2-valvis polyſperma, ſeminibus minutis receptaculo centrali affixis. *Herba repens, caulibus & foliis aſperis; folia (Acanthi) alterna magna ſinuata undulata, præcipuis nervorum commiſſuris ſubtùs aculeo inſtructis; caules apice dilatato complanati, hìnc convexi, indè canaliculati; uterque canaliculi margo longâ florum ſerie obtectus. Caracter ex Aubl. Guyan. p. 233. Genus nulli affine. An vagina & bractea pro calice habenda?*

CORIARIA, Niſſ. L. * *Redoux.* Calix 5-partitus. Corolla o. Stamina 10 (interdùm pauciora) hypogyna, ſeu diſco hypogyno inſerta; antheræ ſubſeſſiles oblongæ erectæ, loculis baſi diſtinctis. Germina 5 juncta; ſtyli 5 exſerti; ſtigmata 5. Glandulæ 5 (Petala *ex Linn.*) minimæ, germinibus interpoſitæ, è diſco enatæ extrà ſtamina. Capſulæ 5 conniventes parvæ 1-ſpermæ non dehiſcentes, latere obtectæ glandulis ampliatis & incraſſatis, undè fructus ſemibaccatus. Corculum ſeminis abſque periſpermo; radicula recta aſſurgens. *Frutices 4-goni, ramis & ramulis oppoſitis; folia oppoſita ſeſſilia integra ſub3-nervia, membranulæ ciliatæ axillares; flores in ramulis axillaribus baſi foliaceis ſolitariis aut geminatis, ſpicati terminales, in ſpicâ alterni, ſinguli 1-bracteati, plures ſexuum abortu diclines: indè genus nunc polygamum, nunc monoïcum aut dioïcum, ſpicis aut & fruticibus ſæpè uniſexualibus.*

APETALÆ HERMAPHRODITÆ GERMINE INFERO.

MNIARUM, Forſt. LS. * Calix ſuperus 4-fidus æqualis erectus. Corolla o. Stamen 1, medio calici infixum. Germen inferum calice longius; ſtyli 2; ſtigmata 2. Germen immutatum, calice indurato veſtitum. Semen 1 oblongum. *Herba Minuartiæ facie, dichotoma, undique tecta foliis approximatis connatis aceroſis; flores terminales 2 ſubſeſſiles. Caracter ex Forſt. t. 1, & ex L. Suppl. An potiùs germen ſuperum & ſemen tectum?*

CATONIA, Brown. Calix ſuperus 4-fidus. Corolla o. Stamina 4. Germen inferum globoſum; ſtylus 1; ſtigma 1. Bacca ſucculenta coronata 4-ſperma, ſeminibus 1-2 ſæpè abortivis. *Frutex; folia oppoſita. Caracter ex Brown. Jam.*

GONOCARPUS, Thunb. * Calix ſuperus (corolla *Thunb.*) 4-fidus perſiſtens. Corolla o. Stamina 4 calici inſerta. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma... Drupa calice coronata, minima globoſa 8-gona 1-ſperma. *Herba caule 4-gono, facie Verbenulæ; folia oppoſita; flores ſpicato-paniculati terminales, in ſpicis alterni ſecundi. Character ex Thunb. Jap. An Theſio affinis?*

LINCONIA, L. * Calix baſi urceolatus, ſuprà 5-fidus (petala L.) erectus longior laciniis paleæformibus canaliculatis (baſi foveatis *ex Linn.*) perſiſtentibus ſcarioſis, extùs 4-bracteatus bracteis (calix L.) gemino ordine oppoſitis, exterioribus minoribus. Stamina 5 calicinis laciniis alterna (perigyna?); antheræ ſagittatæ. Germen ſemiinferum, cum urceolo calicino infrà concreſcens; ſtyli 2 filiformes; ſtigmata 2. Capſula ſemiinfera 2-locularis 2-partibilis, loculis ſeu coccis intùs dehiſcentibus 1-ſpermis, ſemine (Lini) nitido. *Frutex abietiformis; folia linearia rigidula 3-quetra ſparſa ſubverticillata, inferiora caduca; horum veſtigia perſiſtentia in ramis indè ſcabris; flores in ſummis ramulis laterales ſeſſiles. Character ex unico flore à D. Smith miſſo. An affinis Roſaceis & Sanguiſorbæ aut Cliffortiæ p. 337?*

TREWIA, L. * Calix ſuperus limbo 3-partito perſiſtente. Corolla o. Stamina numeroſa. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Capſula 3-quetra turbinata coronata 3-locularis 3-valvis 3-ſperma, ſeminibus diſſepimento tenui affixis. *Arbor; folia alterna magna; flores racemoſo-ſpicati axillares, plerique in ſpicâ abortivi (an maſculi?). Character ex Linnæo.*

APETALÆ DICLINES GERMINE SUPERO.

ASCARINA, Forſt. * Dioïca. Amenta filiformia, floribus ſparſis ſeſſilibus. Singulis ſquamula minima calicem ſupplens. MASC. Stamen 1, antherâ oblongâ ſubſeſſili curvâ. FOEM. Germen 1 ſuperum globoſum, ſtylus o; ſtigma ſeſſile ſub3-lobum. Fructus... 1-ſpermus. *Character ex Forſt. t. 59.*

GLOCHIDION, Forſt. * Monoïcum. MASC. Calix 6-partitus (petala *Forſt.*) ſubæqualis, laciniis 3 interioribus. Corolla o. Stamina 3, antheris ſubſeſſilibus in cylindrum connatis, ſingulis apice cuſpidatis. FOEM. Calix 6-fidus. Germen ſuperum 6-ſulcatum; ſtylus o; ſtigmata 6 minima. Capſula rotunda depreſſa 12-ſtriata 6-locularis 6-valvis 6-ſperma. *Character ex Forſt. t. 57.*

MERYTA, Forſt. * Dioïca. MASC. Flores aggregati in capitulum ſeſſile. Calix 3-partitus. Corolla o. Stamina 3, antheris 4-ſulcis. FOEM. Flores non obſervati. *Character ex Forſt. t. 60.*

TROPHIS, Brown. L. * Dioïca. MASC. Calix 4-partitus. Stamina 4. FOEM. Germen calice integro arctè veſtitum; ſtylus

2-partitus; ſtigmata 2. Bacca ſtriata 1-locularis 1-ſperma. *Caracter ex Linnæo. Frutices ramis alternis; folia alterna (ſtipulacea?); ſpicæ florum ſolitariæ axillares, ramis terminales, maſculæ longiores & denſiores. An* Bucephalon *Plum. hùc rectè revocatum à Linnæo? An bacca ſemen involvens ab immutato calice producta, indèque ſemen non inferum ſed tectum & genus Urticis affine? An cum Brownæo calix nullus fœmineus admittendus?*

BATIS, Brown. L. * Dioïca. Amenta pyramidato-4-gona compacta, ſquamis 1-floris 4-fariàm imbricatis, involucro 2-partito infrà cincta. Calix nullus niſi ſquamula. Corolla o. MASC. Stamina 4. FOEM. Germen 1 ſuperum, amento adnatum; ſtylus o; ſtigma 2-lobum. Bacca 1-locularis 4-ſperma. Baccæ ejuſdem amenti in fructum oblongum concretæ. *Frutices maritimi, ſalſiſſimi, ramoſiſſimi; ramuli 4-goni oppoſiti; folia oppoſita carnoſa; amenta axillaria ſolitaria oppoſita. Caracter ex Brown. Jacq. & Linn. An cum Brownæo admittendæ vaginæ membranaceæ ſquamis interpoſitæ calicem ſupplentes?*

ANTIDESMA, L. * Dioïca. Calix minimus 5-fidus. Diſcus orbicularis calici intùs ſupereminens. Petala nulla. MASC. Stamina 5, diſco inſerta, filamentis longis, antheris didymis. FOEM. Germen 1, diſco impoſitum; ſtylus breviſſimus; ſtigmata 5 (aut pauciora?). Drupa parva ovata, ſtylo acuminata, fœta nuce 1-ſpermâ extùs ſinuosâ ſcabrâ. *Arbores; folia alterna ſtipulacea integra; flores ſpicati, ſpicis 1-3-axillaribus & terminalibus. Folia unius ſpeciei* (Nevropora *Commerſ.*) *in primariis nervorum commiſſuris calloſo-ulceroſa, obſervante Commerſonio. An genus affine Grangeriæ & Hirtellæ? An petala verè nulla? Hujus congener ex D. Smith* Stilago L., *maſcula ſpecies 3-andra calice ſub 3-lobo.*

TONINA, Aubl. * Monoïca. MASC. Calix profundè 3-lobus. Corolla o. Veſicula centralis apice truncata & clauſa, oblonga 6-nervis, nervis ultrà productis in 6 filamenta apice antherifera. Stylus ex mediâ veſiculâ aſſurgens ſterilis. FOEM. Calix & corolla o. Germen 3-ſtriatum; ſtylus 1; ſtigmata 3. Capſula 3-valvis 1-ſperma ſemine ſtriato. *Herba minima ſub aquis naſcens; folia alterna graminea amplexicaulia; flores faſciculato-capitati, capitulis axillaribus ſolitariis pedunculatis; faſciculi 2-flori floſculo altero maſculo 1-bracteato, altero fœmineò 3-bracteato bracteis longis, utroque pedicellato, pedicellis apice 1-ſquamoſis, maſculo longiore. Caracter ex Aubl. Guyan t. 330. An potiùs calix fœmineus admittendus 3-valvis germini appreſſus, & ideò ſemen calice non capſulâ tectum? An veſicula maxima pro filamentorum coadunatione habenda? An ſemen unilobum? An genus Gramineis affine, licèt foliis non vaginantibus?*

SIPARUNA, Aubl. * Monoïca. Calix 4-partitus. Corolla o. MASC. Stamina 4-6-8-10, diſco calicino impoſita. FOEM. Germen 1

ſuperum ; ſtylus ſtriatus oblongus ; ſtigmata 5. Fructus... *Frutex ; folia oppoſita ; flores ſubcorymboſi axillares minimi, corymbis monoïcis. Caracter ex Aubl. Guyan. t. 333.*

MYROXYLON, Forſt. * Dioïcum. Calix 4-5-partitus patens. Corolla 0. Corona minima annularis crenulata in imo calice. MASC. Stamina numeroſa intrà coronam. FOEM. Germen ſuperum, coronâ infrà cinctum; fructus vix ullus; ſtigma ſub-3 fidum. Bacca ?. ſicca ovata parva ſubbilocularis loculis 2-ſpermis. *Arbor ligno odoro fragrante. Caracter ex Forſt. t. 63.*

NEPENTHES, Breyn. L. * Dioïca. Calix 4-partitus perſiſtens. Corolla 0. MASC. Filamentum 1 centrale ſtipitiforme erectum, apice tectum antheris pluribus (12) ſeſſilibus densè capitatis. FOEM. Germen ſuperum ſeſſile, ſuprà truncatum; ſtylus 0; ſtigma peltatum ſeſſile. Fructus...(capſularis 4-gonus oblongus truncatus 4-locularis 4-valvis polyſpermus ſeminibus numeroſis ſetaceis oblongis *ex Linn.*). *Herbæ ripariæ aut ſylveſtres umbraticæ ; caulis ſimplex baſi folioſus, apice florifer ; folia (Methonicæ aut Flagellariæ) alterna ſemiamplexicaulia longa nervo medio ultrà producto in urnam ſtipitatam erectam membranaceam oblongam, intùs cavam & aquâ turgidam, ſuperiùs ore hiantem rotundo & clauſam valvâ operculiformi quadantenùs dehiſcente; flores racemoſo-paniculati terminales. Caracter ex ſicco. An corculum ſeminis 2-lobum ? Habitus quidam Sarraceniæ. Genus prætereà nulli affine. Hujus triplex ſaltem innoteſcit ſpecies, nempè* 1°. Bandura *Burm. Zeyl. t. 17*; 2°. Cantharifera *Rumph. Aubl. 5. t. 59*; 3°. Scyphus *Malacenſis, herb. noſtr. à D. Poivre datus.*

QUILLAJA, Mol. * *Quillaï du Chili.* Monoïca. Calix 5-fidus. Corolla 0. MASC. Stamina 12 (fortè plura). FOEM. Germina 5, calicis laciniis oppoſita; ſtyli 5; ſtigmata... Fructus 5-capſularis, capſulis coriaceis 2-valvibus 1-locularibus polyſpermis ; ſemina oblonga, apice alata latiora, imæ capſulæ infixa. *Arbor corticè ſaponario ; folia alterna ſimplicia ſempervirentia ; flores axillares. Caracter ex Molinâ Chil., ex Frezier hiſt. p. 127 & ex fructibus à Dombeyo datis. Hujus congener videtur alter Dombeyanus arboris dioicæ icoſandræ fructus* Gayo colorado *dictus, idem cum* Loque *ſeu arbore 5-capſulari Peruvianâ Joſ. Juſſæo, cujus ramuli, ipſo teſtante, viminei in funes contorquentur conſtruendis provinciæ Cuſco pontibus ſuſpenſis aptatos.*

PANDANUS, Rumph. 4. t. 74-81. LS. * KAÏDA, Rheed. 2. t. 1-8. * KEURA, Forsk. * ATHRODACTYLIS, Forſt. t. 57.* Dioïcus. Calix 0. Corolla 0. MASC. Thyrſus ramoſiſſimus, ſingulis pedicellis antherâ unicâ terminatis, longitudinaliter fiſſâ oblongâ. FOEM. Germina numeroſa in capitulum aggregata ſeſſilia angulata, baſi attenuata; ſingulis ſtylus 0; ſtigmata 2. Drupæ totidem quot germina, angulatæ cuneatæ 1-ſpermæ (an in quibuſdam 3-loculares 3-ſpermæ?), aggregatæ in fructum globoſum aut ovatum, magnum. *Plantæ ju-*

niores acaules Ananaſſæ facie, adultiores Palmarum inſtar cauleſcentes; folia in apicibus ramorum trifariàm imbricata, longiſſima canaliculata ſeſſilia amplexicaulia, carinâ marginibuſque ſpinoſo-ſerratis; flores terminales aut foliis ſupremis axillares, maſculi racemoſo-thyrſoïdei 1-ſpathacei, fœminei capitulis ſimplicibus aut pluribus racemoſis, ſingulo folio ſeu ſpathâ ſimplici aut quadruplici cinctis. Caracter ex Forſt. & L. Suppl. & Forsk., & ex Commerſ. cui Hydrorhiza *dicitur. Confer* Caricem arboream *Rumph. 6. t. 8. f. 2. An genus Palmis affine?*

BALANOPHORA, Forſt. * Monoïca. Capitulum ſpadiciforme ſtipitatum, ſquamis pluribus ſpathæformibus ſtipitem cingentibus, tectum floſculis, maſculis inferioribus majoribus diſtinctis 2-3-plici ſerie ad ambitum diſpoſitis, fœmineis numeroſis ſuperioribus ſuprà capitulum densè appreſſis. MASC. Calix (corolla *Forſt.*) 4-partitus patens. Filamentum 1; anthera oblongo-ovata erecta canaliculata. FOEM. Calix o? Receptaculum minimum, germinibus minutiſſimis tectum 1-ſtylis. Fructus totidem.. 1-ſpermi? Receptacula densè conferta, capitulum conſtituentia. *Caracter ex Forſt. t. 50. Planta fungoſa habitu Cynomorii cui fortè affinis.*

APETALÆ DICLINES GERMINE INFERO.

CYNOMORIUM, Mich. L. * Monoïcum. Spadix longus fungiformis craſſus radicalis, infrà veſtitus ſquamis numeroſis unguiformibus densè imbricatis, ſuprà amentaceus omnino tectus floſculis maſculis & fœmineis densè commixtis & ſquamis rarioribus paſsim interpoſitis deciduis. MASC. Calix 4-phyllus, foliolo inferiore latiore canaliculato. Filamentum 1 exſertum; anthera didyma. FOEM. Calix 4 partitus æqualis perſiſtens. Germen inferum; ſtylus 1; ſtigma 1. Semen nudum. *Flores quidam hermaphroditi 1-andri cæteris immixti. Caracter ex Linn. & Mich. gen. t. 12. Planta fungiformis, tota ex ſpadice conſtans, pelago ſubmerſa, inundatis maritimarum arborum radicibus innaſcens. Genus in vivo recognoſcendum. Confer cum Balanophorâ.*

DATISCA, L. * CANNABINA, T. * *Cannabine.* Dioïca. MASC. Calix 5-partitus æqualis. Corolla o. Antheræ plures, circiter 15, ſeſſiles longæ exſertæ. FOEM. Calix ſuperus 2-3-dentatus. Corolla o. Germen inferum, inter dentes calicinos prominulum; ſtyli 3 bifidi; ſtigmata 6. Capſula oblonga 3-gona, apice 3-cornis, 1-locularis polyſperma; anguli perſiſtentibus terminati ſtylis & dentibus calicinis extùs appoſitis quorum 1 plerumque deficiens; receptacula ſeminifera 3, capſulæ parietibus inter angulos affixa; ſemina minuta. *Herbæ aſſurgentes; folia alterna impari-pinnata; flores ſpicato-racemoſi axillares 1-brac-*

teati. Capſula Reſedæ ſed infera & præterea flos apetalus. Habitus Cannabis ſed fructus inferus polyſpermus.

Obs. Præter genera ordinis indeterminati in ſerie præcedenti repoſita, nonnulla dantur quæ, defectu obſervationum nondùm abſoluta, nulli nec ordini nec ſyſtemati accommodantur. Donec innotuerint accuratiori deſignatione, in extremâ operis parte nominatim abſque deſcriptione enumerantur, diſpoſita ratione caulis arborei aut herbacei, foliorum oppoſitorum, aut alternorum, ſimplicium aut compoſitorum.

I. *Herbæ...*

II. *Arbores aut frutices, foliis oppoſitis ſimplicibus:* Amaïoua, *Aubl. t.* 375. Couma, *id. t.* 392. Crantzia, *Soland.* Doratium, *Ayton.* Elutheria, *Brown. p.* 369. Ipotaraguapin, *Loëfl. p.* 270. Quiina, *Aubl. t.* 379.

III. *Arbores aut frutices, foliis oppoſitis compoſitis...*

IV. *Arbores aut frutices, foliis alternis ſimplicibus:* Adolia, *Lamark dict.* I. *p.* 44. Alicaſtrum, *Brown p.* 372. Bocoa, *Aubl t.* 391. Brabyla, *Brown. p.* 370. Conami, *Aubl. t.* 354 Conceveiba, *id. t* 353 Coupoui, *id. t* 377. Courimari, *id. t* 384 Eroteum, *Thunb.* Ferolia, *Aubl t.* 372. Gingko, *Kæmpf. ic.* 813. *Thunb Jap.* 358. Gyrocarpus, *Jacq. Amer.* 282. *t.* 178. *f.* 80 Heberdinia, *Ayton.* Icacorea, *Aubl. t* 368. Licaria *id. t.* 121. Managa, *id. t.* 369. Maquira, *id. t.* 389. Minquartia, *id t* 370. Peteſioïdes, *Jacq. Amer. p.* 17. Piratinera, *Aubl. t.* 340. Pitumba, *id. t.* 385. Senapea, *id. t.* 381. Tampoa, *id. t.* 388. Voyara, *id. t.* 383.

V. *Arbores aut frutices, foliis alternis compoſitis:* Aniſophyllum, *Jacq. Amer.* 283. *t.* 380. *f.* 45. Carapa, *Aubl. t.* 387. Racaria, *id. t.* 382.

Additamenta quædam Editoris.

Quæ in hiſce additamentis uberius paululum perpendere atque tractare conſtitueram, & in opere ipſo etiam promiſeram, phyſiologiam Vegetabilium, Criticam botanicam, & ſingulares quaſdam ordines ac familias plantarum illuſtrantia; ea jam abſolutâ operis editione, temporis anguſtiâ preſſus, negotiiſque obrutus præſtare, eo quo volui modo, nequeo. Interim ſi qui forte eſſent, qui hanc meam opellam deſiderarent, ii pro certo habeant, me illam auctam Commentariis quibusdam circa Ordines ſeu Familias Plantarum naturales, earumque in hiſtoriâ botanicâ fata, ſecundo tertiove faſciculo, novi diarii botanici, quod finito promptuario botanico (Magazin der Botanick) *Annalium botanicorum* nomine paro, inſerturum fore.

Ne tamen prorſus inanem locum occupent, Citata mea Additamentorum, in fugam Vacui, vel Verbula quædam adjicere liceat.

Add. I. ad Introduct. pag. XI.

Cl. Juſſievius ut plerique antiqui & nuperi, Analogiam ſummam oeconomiam inter Animalem ac vegetabilem defendit, atque demonſtrare conatur: quæ opinio & falſiſſima & perniciofiſſima eſt, cum ſcientiæ progreſſus, præcipue cognitionem Oeconomiæ Plantarum miro modo impediat, id quod uberius proxime oſtendam: videatur interim Medici ſummi Viri Comm. de Plantarum præter ſemina propagatione. In Act. palat. Vol. VI. Phyſic. pag. 443-516.

Add. II. ad. Introduct. pag. XII.

Cum iſta de analogiâ Vegetabilium & Animalium quæſtione, conjuncta eſt alia de differentiâ eſſentiali & characteribus plantarum; quæ tamen, ut puto, priori elucidatâ, facillima erit: quæ nuper Gleditſchius & Hedwigius Viri Celeberr. de illis notis characteriſticis docuerunt, non omni exceptione majora eſſe, docet Schranckius Vir Clariſſ. in Annal. botan. faſc. primo, qui proxime publici juris fiet; idem Vir doctiſſimus nova de iſtâ controverſiâ, inventa ac cogitata ſua in Tomo primo ſcriptorum novæ ſocietatis ſcientiarum naturalium, quæ Moguntiis eſt, communicabit.

Add. III. ad. Introd. pag. XVI.

Haud generaliorem propagationem Plantarum illam dici poſſe, quæ ſexuum concurſu fit—contra Juſſievium denonſtrabit eadem diverſa Oeconomiæ vegetabilis theoria: interim conſulatur Celeb. Medicus l. c.

Add. IV. ad Introd. pag. XXIV.

De Metamorphoſi Plantarum, egregie nuper Goethe V. Cl. egit, ejus libri analyſin uberiorem dabo.

Add. V. ad Introd. pag. XXX.

Originem, progreſſus & fata doctrinæ botanicæ Caroli a Linné Viri ſummi, nemo hucuſque ab omni partium ſtudio undique liber, tradidit: quare vel tentamina haud prorſus ingrata fore, ſpes eſt.

Add. VI. ad Introd. pag. XLI.

Naturali modo, cum præcedente hiſtoriâ conjuncta erit defectuum & errorum ſyſtematis ſexualis Linnæani conſideratio.

Add. VII. ad Introd. pag. XLVI.

Quanquam abſurdum foret, cum Neckero V. Cl. dicere, mortalium ad Neckerum uſque neminem quid genus ſit, ſciviſſe: interim id certum, de ſervandis in generum conſtitutione legibus, pauca bona, ne dicam nulla exſtare, & varias ac diverſiſſimas eſſe Botanicorum de hac re opiniones: avidiſſime igitur novum Medici V. Cl. opuſculum de Generibus Plantarum exſpecto.

Add. VIII. ad pag. 8.

De Fungorum generatione ac natura difficilior naturalis Hiſtoriæ queſtio, ex nuperrimis. Medici, Batſchii, Hofmanni, Todii aliorumque ſcriptis, aliquam ſaltem lucem accepit.

Add. IX. ad. pag. 17.

Hedwigianum ſyſtema Muſcorum præſtantiſſimum vix non ubique juſta laudis præmia tulit; quædam circa genera Hedwigiana monuit amiciſſimus Willdenow in Promptuarii botanici Faſcic. IX. p. 13-32.

Add. X. ad pag. 46.

De Palmarum fructificatione, generibus etc. nova atque egregia multa exſpectare jubet Giſeckius V. Celeb., qui ſimul cum ineditis Linnæi prælectionibus circa Ordines Plantarum naturales, de Palmis proprium libellum, publici juris faciet.

Add. XI. ad. pag. 165.

Aſclepiadum familia illuſtrata maxime & optime præter illos a Iuſſievio laudatos Botanicos a Medico V. Cl. eſt, tum in proprio libro, tum in nupero ſexto Actorum Palatinorum tomo: Eandem familiam ejuſque Genera Cel. Cavanilles propria diſſertatione & Iconibus tractavit, quæ Madriti hoc anno 1791. edita. nondum ad me pervenit: junctam diſſertationi huic apologiam Linnæi eſſe, ſcribit Vir Celeberrimus.

INDEX ALPHABETICUS.

ORDINUM, Generum, *Synonymorum.*

A.

Aberemoa. Pag. 315
Abies. 454
Ablania. 480
Abroma. 307
Abronia. 101
Abrotanum. 206
Abrus. 394
Abſinthium. 206
Abuta. 317
Abutilon. 303
Acacia. 382
Acæna. 372
Acajuba. *Præf. II.*
Acalypha. 428
Acalypha. 428
ACANTHI. 115
Acanthus. 115
Acanthus. 115
Acer. 278
Acer. 280
ACERA. 277
Acetoſa. 92
Achillea. 207
Achimenes. 133
Achras. 170
Achras. 170
Achyranthes. 99
Achyranthes. 99
Achirophorus. 191
Acioa. 378
Aciſanthera. 368
Aciſanthera. 366
Acnida. 95
Aconitum. 259
Acorus. 29
Acouroa. 401
ACOTYLEDONES. 1-24
Acronichia. 368
Acroſtichum. 19
Actæa. 260
Acyphylla. 247
Adamboë. 367
Adanſonia. 306
Adelia. 427
Adelia. 360
Adenanthera. 386
Adenia. 476
Adenoſtema. 205
Adhatoda. 116
Adianthum. 19
Adonis. 258
Adoxa. 343
Ægiceras. *Præf. II*
Ægilops. 35
Ægilops. 36
Ægiphila. 120

Ægopodium. 243
Ægopricon. 430
Ærua. 99
Æſchynomene. 399
Æſculus. 278
Æthuſa. 245
Agapanthus. 62
Agaricus. 6
Agaricus. 6, 7, 9
Agathophyllum. 471
Agave. 57
Ageratum. 199
Ageratum. 112
Agibalid. 288
Agrimonia. 372
Agrimonoïdes. 372
Agriphyllum. 211, 204
Agroſtemma. 335
Agroſtis. 34
Agyneja. 426
Ahouaï. 166
Ajovea. 90
Aira. 36
Ajuga. 125
Aizoon. 351
Alamotou. 323
Alangium. 358
Alaternus. 417
Albuca. 60
Alcea. 302
Alchimilla. 348, 373
Alchimilla. 83, 373
Aldrovanda. 469
Aletris. 58
Aleurites. 428
Alga. 8, 9, 28
ALGÆ. 8
Algoïdes. 24
Alhagi. 399
Aliſma. 52
Aliſma. 52
Alkekengi. 140
Allamanda. 165
Allionia. 217
Allium. 60
Allophyllus. 287
Alnus. 449
Aloë. 58
Aloë. 57
Alopecurus. 34
Alpinia. 71
Alſinaſtrum. 333
Alſine. 333
Alſine. 108, 332, 333, 334, 351
Alſinoïdes. 347
Alſtonia. 174
Aſtroëmeria. 63
Alternanthera. 99
Althæa. 302
Althæa. 302
Alyſſoïdes. 266, 267
Alyſſon. 266, 265
Alyſſum. 266
Amanita. 6
Amanoa. 477
AMARANTHI. 98
Amaranthoïdes. 99
Amaranthus. 98
Amaranthus. 98
Amaryllis. 62
Amaſonia. 458
Ambalam. 410
Ambelania. 165
Ambinux. 428
Amblatum. 114
Ambora. 440
Ambroma. 307
Ambroſia. 213
Ambroſinia. 28
Ambulia. 137
Amellus. 212
AMENTACEÆ. 447
Amera. 410
Amerimnon. 400

Amethyſtea. 124
Ammania. 369
Ammi. 248
Ammi. 246
Amonum. 71
Amorpha. 394
Amigdalus. 377
Amyris. 408
Anabaſis. 94
Anacampſeros. 341
Anacardium. 406
Anacardium. 405
Anacyclus. 207
Anagallis. 107
Anagallis. 107
Anagyris. 388
Ananas. 57
Anapodophyllum. 260
Anaſſer. 167
Anaſtatica. 267
Anaſtatiça. 267
Anavinga. 478
Anchuſa. 146
Anciſtrum. 372
Anda. 428
Andareſe. 448
Andira. 400
Andrachne. 426
Andromeda. 179
Andropogon. 35
Andropogon. 35
Androſace. 108
Androſace. 151
Androſæmum. 282, 283
Andryala. 191
Anemone. 257
Anemone. 258
Anethum. 244
Angelica. 246
Angelica. 243, 245, 246, 247
Angelin. 400
Anguillaria. Præf. II.
Anguria. 434
Anguria. 435
Aniba. 478
Aniſum. Præf. II.
Anoda. 303
Anona. 314
ANONÆ. 314
Anonis. 391
Anredera. 94
Anthemis. 207
Anthericum. 59
Anthericum. 53
Anthiſtria. 35
Anthoceros. 11
Antholyza. 66
Anthoſpermum. 220
Anthoxanthum. 34
Anthyllis. 391
Antichorus. 321
Antideſma. 483
Antirhea. 226
Antirrhium. 134
Anthirrhinum. 134
Antura. 166
Apactis. 472
Apalatoa. 402
Aparine. 219
Apeïba. 322
Aphaca. 396
Aphanes. 337
Aphyllanthes. 50
Aphyteïa. 476
Apium. 244
Apium. 246
Apluda. 38
APOCINEÆ. 160
Apocinum. 163
Apocinum. 162, 163, 164
Aponogeton. 23
Aporetica. 274

Aquartia. 141
Aquifolium. 416
Aquilaria. 479
Aquilegia. 259
Aquilicia. 294, 170
Arabis. 264
Arachis. 391
Arachidna. 391
Aralia. 242
Aralia. 242
ARALIÆ. 241
Araliaſtrum. 242
Arapabaca. 159
Araucaria. 453
Arbor anonymos. 380
— *braſiliana.* 375
— *cœli.* 411
— *judæ.* 308
— *minor.* 290
— *palorum.* 275
— *ſinenſis.* 359
--- *ſpinoſa.* 466
Arbutus. 179
Arctium. 193
Arctium. 194
Arctopus. 250
Arctotheca. 212
Arctotis. 212
Arduina. 166
Areca. 44
Arenaria. 334
Aretia. 108
Arethuſa. 74
Arethuſa. 74
Argemone. 261
Argolaſia. 67
Argophyllum. 180
Argythamnia. 424
Ariſarum. 28
Ariſtida. 34
Ariſtolochia. 81
ARISTOLOCHIÆ. 81
Ariſtotelia. 473
Armeniaca. 377
Arnebia. 146
Arnica. 203
AROÏDEÆ. 28
Arouna. 404
Artedia. 249
Artemiſia. 206
Artemiſia. 206
Artocarpus. 441
Aruba. 331
Arum. 28
Arundo. 37
Arundo. 34
Aſarina. 134
Aſarum. 81
Aſcarina. 482
Aſclepias. 164
Aſclepias. 163
Aſcyrum. 282
Aſcyrum. 282, 283
Aſpalathus. 389
Aſpalathus. 395
ASPARAGI. 46
Aſparagus. 47
Aſperella. 37
Aſperugo. 146
Aſperula. 219
ASPHODELI. 58
Aſphodelus. 59
Aſphodelus. 59
Aſplenium. 19
Aſſonia. 307
Aſter. 202
Aſter. 202
Aſteriſcus. 207
Aſteroïdes. 207
Aſtragaloides. 395
Aſtragalus. 395
Aſtragalus. 394

Aſtrantia. 250
Aſtronium. 467
Ateramnus. 424
Athamantha. 248
Athamantha. 248
Athanaſia. 207
Athrodactylis. 484
Atractylis. 192
Atractylis. 212
Atragene. 257
Atraphaxis. 92
ATRIPLICES. 93
Atriplex. 95
Atropa. 140
Atropa. 140
Aubletia. *Præf.* II.
Aucuba. 420
Aucuba. 180
Avellano. 465
Avena. 37
Averrhoa. 413
Avicennia. 121
AURANTIA. 287
Aurantium. 289
Auricula urſi. 108
Auricularia. 7
Auzuba. 169
Axyris. 95
Ayenia. 308
Aylantus. 411
Aytonia. 293
Aytonia. 13
Azalea. 176
Azedarach. 295
Azima. 465
Azolla. 21
Azorella. 251

B.

Baccaris. 201
Bache. 43
Bacopa. 347
Badula. 460
Bæa. 135
Bæckea. 356
Bæobotrys. 180
Bagaſſa. 446
Bagat-pat. 360
Balanophora. 485
Balingaſan. 362
Ballieria. 210
Ballota. 128
Ballote. 128
Balſamina. 299
Baltimora. 209
Banara. 325
Banava. 367
Bandura. 484
Baniſteria. 280
Bankſia. 88
Bankſia. 117
Barba capræ. 375
— *jovis.* 391
Barbylus. 470
Barleria. 116
Barnadeſia. 200
Barringtonia. 361
Bartſia. 113
Baſella. 94
Baſilæa. 59
Baſſia. 169
Baſſovia. 459
Batis. 483
Bauhinia. 387
Befaria. 177
Begonia. 476
Bela-modagan. 184
Belharnoſia. 261
Belladona. 140
Bellis. 205
Bellis. 203
Bellium. 203
Bellonia. 222

Berardia. 193
BERBERIDES. 317
Berberis. 318
Bergera. 289
Bergia. 333
Barmudiana. 64
Bernardia. 427
Bertiera. 223
Beſleria. 136
Beta. 95
Betonica. 128
Betonica. 128
Betula. 449
Bidens. 209
Bidens. 209, 210
Bignonia. 155
Bignonia. 154, 155, 168
BIGNONIÆ. 153
Bihaï. 69
Binectaria. 169
Bipinnula. 74
Biſcutella. 265
Biſſerula. 395
Biſtorta. 92
Bixa. 324
Blackburnia. 412
Blahdia. 461
Blæria. 178
Blakea. 364
Blakwellia. 379
Blaſia. 11
Blattaria. 139
Blatti. 360
Blechnum. 19
Blepharis. 115
Blittum. 96
Blittum. 98
Bobartia. 34
Bocconia. 262
Boehmeria. 442
Boehmeria. 428
Boerhaavia. 102
Bolax. 251
Boletus. 5
Boletus. 5. 6.
Boltonia. 205
Bombax. 305
Bonduc. 386
Bontia. 142
Boraſſus. 45
Borbonia. 390
BORRAGINEÆ. 143
Borrago. 146
Boſea. 94
Bonati. 469
Brabeïum. 88
Brachyglottis. 202
Brami. 369
Braſſica. 264
Brathys. 282
Breynia. 269
Briza. 37
Bromelia. 57
BROMELIÆ. 56
Bromus. 37
Broſſæa. 180
Browallia. 138
Brownæa. 403
Brucea. 411
Brunella. 130
Brunia. 419
Brunnichia. *Præf. II.*
Brunsfelſia. 142
Bryonia. 433
Bryonia. 434
Bryum. 15
Bryum. 14
Bubon. 246
Bucephalon. 483
Buchnera. 112
Bucida. 84
Budleïa. 132
Bufonia. 333
Buginvillæa. 102

Bugloſſum. 145. 146
Bugula. 125
Bulbocaſtanum. 248
Bulbocodium. 61
Bumalda. 419
Bunias. 267
Bunium. 248
Buphtalmum. 207
Buphtalmum. 207
Buplevrum. 249
Burmannia. 56
Burſa paſtoris. 266
Burſera. 409
Butomus. 52
Butonica. 361
Butonica. 361
Buxbaumia. 15
Buxus. 426
Byſſus. 8
Byſtropogon. 126
Byttneria. 308

C.

Caapeba. 316
Cabomba. 52
Cacalia. 199
Cacao. 306
Cachrys. 248
Cachrys. 247
Cacoucia. 355
CACTI. 344
Cactus. 345
Cadaba. 269
Cadamba. 230
Cadia. 385
Cæſalpina. 386
Caidbeja. 443
Cainito. 169
Caju-galedupa. 400
Cakile. 267
Calamintha. 126. 127. 129
Calamus. 43
Calceolaria. 135
Calceolus. 74
Calcitrapa. 194
Calea. 206
Calendula. 204
Calinea. 474
Calla. 28
Callicarpa. 120
Callicornia. 201
Calligonum. 92
Calliſia. 51
Callitriche. 24
Callixene. 47
Calodendrum. 467
Calophyllum. 286
Caltha. 259
Caltha. 204
Calumbra. 316
Calycanthus. 379
Camara. 122
Camangſi. 442
Cambogia. 284
Camelina. 267
Camellia. 291
Cameraria. 162
Campanula. 183
Campanula. 183. 234
CAMPANULÆ. 182
Camphorata. 94
Camphoroſma. 94
Camirium. 428
Camunium. 289
Cananga. 315
Canarina. 183
Canarium. 408
Canella. 292
Canephora. 231
Caniram. 167
Canna. 71
Cannabis. 444
Cannabina. 485
Cannacorus. 71

CANNÆ. 70
Cansjava. 444
Cansjera. 85
Cantharellus. 6
Cantharifera. 484
Canthium. 227
Canti. 228
Cantua. 152
Caoutchouc. 427
Capnoïdes. 262
CAPPARIDES. 268
Capparis. 269
Capraria. 133
CAPRIFOLIA. 234
Caprifolium. 235
Capſella. 266
Capſicum. 141
Capura. 477
Carachera. 122
Caragana. 395
Caraguata. 56
Caraïpa. 474
Carapichea. 231
Cardamindum. 298
Cardamine. 265
Cardiaca. 128
Cardioſpermum. 273
Carduus. 193
Carduus. 192, 193, 194, 195
Carex. 31
Carex. 485
Carica. 438
Cariſſa. 166
Carlina. 193
Carlina. 192
Carolinea. 309
Caroxylum. 94
Carpeſium. 206
Carphalea. 221
Carpinus. 449
Carpodetus. 419
Carthamus. 193
Carthamus. 212
Carum. 244
Carvi. 244, 246
Carvifolia. 248
Caryocar. 475
Caryophyllata. 374
CARYOPHYLLEÆ. 331
Caryophyllus. 360
Caryophyllus. 334
Caryota. 44
Caſearia. 478
Caſia. 83
Caſſia. 384
Caſſida. 131
Caſſine. 416
Caſſipourea. 472
Caſſuvium. 405
Caſſytha. 479
Caſtanea. 449
Caſtilleja. 112
Caſuarina. 452
Catalpa. 155
Catananche. 191
Cataria. 126
Catesbea. 222
Catha. 467
Catimbium. 70
Catinga. 361
Catonia. 481
Caturus. 428
Caturus. 442
Caucalis. 249
Caucalis. 249
Caucanthus. 280
Ceanothus. 418
Cebatha. 316
Cecropia. 441
Cedrela. 295
Cedrus. 453
Ceïba. 305
Celaſtrus. 415
Celoſia. 98

Celſia.

Celſia. 139
Celtis. 448
Celtis. 460
Cenchrus. 35
Cenia. 205
Centaurea. 195
Centaurea. 194
Centaurium majus. 194, 195
—— *minus.* 158
Centella. 251
Centunculus. 107
Ceodes. 462
Cepa. 60
Cephalanthus. 232
Ceraſtium. 334
Ceraſus. 377
Ceratocarpus. 96
Ceratoïdes. 96
Ceratonia. 383
Ceratophyllum. 23
Ceratoſanthes. 435
Ceratoſpermum. 9
Ceratoſtema. 182
Cerbera. 166
Cercis. 388
Cercodea. 353
Cereus. 345
Cerinthe. 145
Ceropegia. 163
Ceruana. 212
Ceſtrum. 141
Chadara. 324
Chærophyllum. 245
Chærophyllum. 245, 248
Chalcas. 289
Chamæceraſus. 235
Chamædrys. 125
Chamælea. 407
Chamæmelum. 205, 207
Chamænerion. 354
Chamæpythis. 125
Chamærhododendros. 176, 177
Chamæriphes. *Præf.* II.
Chamærops. 45
Chamira. 264
Chamitis. *Præf.* II.
Chara. 22
Cheiranthus. 264
Chelidonium. 262
Chelidonium. 261
Chelone. 153
Chelone. 112
Chenolea. 95
Chenopodium. 95
Cherleria. 334
Chimarrhis. 227, 162
Chiococca. 227
Chionanthus. 118
Chironia. 159
Chlamydia. *Præf.* II.
Chlora. 158
Chloranthus. 463
Chomelia. 226
Chondrilla. 188
Chondrilla. 189
Chondropetalum. 50
Chriſtophoriana. 260
Chryſanthemum. 204, 206
Chryſitrix. 32
Chryſobalanus. 377
Chryſocoma. 201
Chryſogonum. 210
Chryſophyllum. 169
Chryſoſplenium. 343
Chuncoa. 84
Chupalon. 182
Chuquiraga. 199
Cicca. 425
Cicer. 398
CICHORACEÆ. 188
Cichorium. 191
Cicuta. 248
Cicuta. 245
Cicutaria. 245

Cicutaria. 247
Cienfuegoſia. 304
Cimicifuga. 260
Cinchona. 223
Cinchona. 403
Cinara. 193
CINAROCEPHALÆ. 192
Cineraria. 203
Cinna. 33
Ciponima. 175
Cipura. 65
Circæa. 354
Cirſium. 192, 193
Ciſſampelos. 316
Ciſſus. 296
CISTI. 326
Ciſtus. 326
Ciſtus. 326
Citharexylum. 121
Citrus. 289
Cladium. 32
Cladonia. 10
Clandeſtina. 114
Clathrus. 5
Clavaria. 7
Clavaria. 9
Clauſena. 470
Claytonia. 349
Clematis. 257
Clematitis. 257
Cleome. 269
Cleome. 269
Cleonia. 131
Clerodendrum. 120
Clethra. 179
Cleyera. 473
Clibadium. 213
Cliffortia. 373
Clinopodium. 129
Clinopodium. 127, 129
Clitoria. 394
Cluſia. 284
Clutia. 426
Climenum. 396
Clypeola. 265
Cneorum. 407
Cneſtis. 411
Cnicus. 192
Cnicus. 192, 193, 194
Cnidium. 248
Coa. 278
Coca. 281
Coccocipſilum. 221
Coccoloba. 92
Cochlearia. 266
Cocos. 44
Codda-pana. 44
Codia. 470
Codon. 462
Cænopteris. 19
Cofer. 175
Coffea. 227
Coffea. 226
Coix. 39
Colchicum. 53
Coldenia. 145
Colinſonia. 125
Colletia. 418
Colliguaja. 428
Colocinthis. 434, 435
Colophonia. 409
Colpoon. 83
Columnea. 135
Colutea. 396
Comarum. 374
Combretum. 355
Cometes. 477
Commelina. 51
Commerſonia. 468
Commerſonia. 361, 415
Comocladia. 407
Conferva. 8
CONIFERÆ. 451
Conium. 248

Connarus. 406
Conobea. 109
Conocarpus. 84
Conoria. 318
Conoboria. 318
Convallaria. 48
CONVOLVULI. 148
Convolvulus. 149
Conyza. 212, 201
Conyza. 201, 206
Conizoïdes. 206
Cookia. 289
Copaïfera. 402
Copaïva. 402
Coproſma. 228
Corallina. 23
Corallodendrum. 393
Corallofungus. 7, 9
Coralloïdes. 7
Corchorus. 322
Cordia. 143
Cordiline. 47
Coreopſis. 210
Coriandrum. 245
Coriaria. 481
Corindum. 273
Coris. 107
Cornucopiæ. 39
Cornus. 238
Cornutia. 120
Corona imperialis. 55
— *regalis.* 59
— *ſolis.* 210, 211
Coronilla. 398
Coronopus. 100
Corrigiola. 348
Cortuſa. 108
Cortuſa. 71
Cortex papetarius. 464
Corylus. 450
CORIMBIFERÆ. 198
Corymbium. 196
Corynocarpus. 319
Corypha. 44
Coryſpermum. 96
Coſmia. 347
Coſſignia. 275
Coſtus. 71
Cotinus. 406
Cotula. 205
Cotula. 205, 207
Cotyledon. 340
Coublandia. 389
Couepia. 378
Coumarouna. 401
Couratari. 363
Courbaril. 387
Couroupita. 362
Couſſapoa. 446
Couſſarea. 226
Coutarea. 225
Coutoubea. 158
Crambe. 268
Craniolaria. 156
Craniolaria. 184
Craſſula. 340
Cratægus. 371
Cratægus. 371
Crateva. 270
Crenea. 368
Crepis. 190
Crepis. 189
Creſcentia. 142
Creſſa. 150
Crinodendrum. 471
Crinum. 61
Crinum. 62
Criſtaria. 355
Crithmum. 248
Critonia. 199
Crocodilium. 194
Crocodilodes. 211
Crocus. 66
Croſſoſtylis. 472

Crotalaria. 391
Croton. 428
Croton. 428
Crucianella. 219
Cruciata. 219
CRUCIFERÆ. 263
Crucita. 95
Cucubalus. 335
Cucumis. 434
Cucurbita. 435
CUCURBITACEÆ. 432
Cudranus. 291
Cujete. 142
Culhamia. 309
Cuminoïdes. 252
Cuminum. 246
Cunila. 124
Cunonia. 343
Cupania. 276
Cuphea. 368
Cupreſſus. 453
Curatella. 312
Curcuma. 71
Cururu. 273
Cuſcuta. 150
Cuſſonia. 242
Cyanella. 60
Cyanus. 194
Cyanus. 194
Cyathus. 9
Cycas. 20
Cyclamen. 109
Cydonia. 371
Cymbaria. 134
Cynanchum. 164
Cynocrambe. 444
Cynogloſſoïdes. 146
Cynogloſſum. 147
Cynometra. 387
Cynometra. 387
Cynomorium. 485
Cynoſurus. 36
Cynoſurus. 36
CYPEROÏDEÆ. 30
Cyperoïdes. 31
Cyperus. 31
Cyperus. 31
Cyphia. 184
Cypripedium. 74
Cyrilla. 178
Cyrtandra. 136
Cyſti-capnos. 262
Cytinus. 81
Cytiſo-geniſta. 390
Cytiſus. 390

D.

Dactylis. 36
Daïs. 86
Dalbergia. 400
Dalea. 392
Dalea. 379
Dalechampia. 431
Damaſonium. 52
Damaſonium. 52
Danaïs. 228
Daphne. 86
Darea. 20
Datiſca. 485
Datura. 139
Daucus. 249
Daucus. 248
Decaſpermum. 359
Decumaria. 360
Deguelia. 401
Delima. 376
Delphinium. 259
Dens canis. 54
— *leonis.* 189, 190
Dentaria. 265
Dentella. 223
Detarium. 402
Deutzia. 471

Dialium. 464
Diana. 47
Dianella. 47
Dianthera. 116
Dianthus. 334
Diapenſia. 151
Dicera. 287
Dichondra. 144
Dickſonia. 21
DICOTYLEDONES. 78
— APETALÆ. 80
— MONOPETALÆ. 104
— POLYPETALÆ. 240
— DICLINES. 421
Dictamnus. 329
Didelta. 203
Diervilla. 235
Djerrum. 293
Digera. 99
Digitalis. 135
Digitalis. 136, 154
Digitaria. 34
Dilatris. 67
Dilivaria. 115
Dillenia. 312
Dimb. 323
Diodia. 220
Dionæa. 471
Dioſcorea. 49
Dioſma. 330
Dioſma. 330
Dioſpyros. 173
Diphyſa. 399
DIPSACEÆ. 216
Dipſacus. 217
Dirca. 85
Diſa. 73
Diſandra. 111
Dobera. 465
Dodartia. 134
Dodecas. 358
Dodecatheon. 108
Dodonæa. 412
Dodonæa. 411, 417
Dolichos. 393
Doliocarpus. 473
Dombeya. 307
Dombeya. 453, 155, 306, 307
Donatia. 332
Doræna. 460
Doronicum. 203
Doronicum. 203
Dorſtenia. 440
Dorvallia. 355
Dorycnium. 389, 393
Draba. 266
Dracæna. 46
Dracæna. 47
Dracocephalum. 130
Dracontium. 29
Dracunculus. 28
Drepania. 189
Droſera. 271
Dryandra. 427
Dryas. 374
Drymis. 311
Drypis. 335
Duhamelia. 169
Duranta. 122
Durio. 270
Duroïa. 225

E.

Ebenus. 173, 391
Echino-melocactus. 345
Echinophora. 250
Echinops. 196
Echinopus. 196
Echioïdes. 146
Echites. 162
Echium. 145
Eclypta. 209
Ehretia. 143
Ekebergia. 294

ELÆAGNI. 83
Elæagnus. 84
Elæocarpus. 286
Elæococca. 428
Elæodendrum. 416
Elais. 44
Elaphrium. 412
Elate. 44
Elaterium. 433
Elaterium. 434
Elatine. 333
Elatoſtema. 442
Elcaja. 294
Elemifera. 408
Elephantopus. 199
Elephas. 113
Eleuſine. *Præf. II.*
Ellifia. 144
Elodea. 283
Elychryſum. 200, 201
Elymus. 36, 37
Embelia. 467
Embothrium. 88
Emerus. 398
Empetrum. 181
Empetrum. 373
Emplevrum. 330
Encelia. 208
Endocarpon. 8
Endrachium. 149
Enourea. 276
Entoganum. *Præf. II.*
Epacris. 179
Eperua. 385
Ephedra. 451
Ephemerum. 51
Epibaterium. 317
Epidendrum. 74
Epidendrum. 74
Epigæa. 179
Epilobium. 354
Epimedium. 318
Epiphyllum. 345
Equiſetum. 21
Eracliſſa. 426
Eranthemum. 123
Ereſia. 167
Erharta. 38
Erica. 178
Erica. 178
ERICÆ. 178
Erigeron. 202
Erinacea. 391
Erinus. 112
Eriocaulon. 50
Eriocephalus. 207
Eriophorus. 191
Eriophorum. 31
Eriphia. 459
Erithalis. 229
Eruca. 264
Erucago. 267
Ervum. 397
Eryngium. 251
Eryſimum. 264
Eryſimum. 264
Erythrina. 393
Erythronium. 54
Erythroxylum. 281
Eſcallonia. 356
Ethulia. 206
Ethulia. 205
Eucalyptus. 361
Euclea. 472
Evea. 231
Eugenia. 359
Eugenia. 361
Evia. 410
Evodia. 412
Evolvulus. 149
Evonymus. 415
Eupatorioïdes. 208
Eupatorio-phalacron. 208
Eupatorium. 199

Euphorbia. 424
EUPHORBIÆ. 423
Euphorbium. 424
Euphoria. 274
Euphraſia. 112
Euphraſiæ affinis. 156
Eurya. 472
Euryandra. 311
Euterpe. *Præf. II.*
Exacum. 158
Excæcaria. 428

F.

Faba. 397
Fabago. 328
Fabricia. *Præf. II.*
Fætidia. 361
Fagara. 411
Fagonia. 328
Fagopyrum. 92, 94
Fagræa. 167
Fagus. 449
Falkia. 147
Faramea. 233
Fernelia. 222
Ferolia. 378
Ferraria. 65
Ferraria. 64
Ferrum equinum. 398
Ferula. 247
Ferula. 246
Feſtuca. 37
Fevillea. 436
Ficaria. 258
Ficoïdea. 351
FICOIDEÆ. 350
Ficoïdes. 351
Ficus. 439
Ficus. 441
Filago. 200
FILICES. 18
Filicula. 19, 20
Filipendula. 375
Filix. 19
Fiſſilia. 288
Flacurtia. 323
Flagellaria. 47
Flaveria. 208
Fluvialis. 23
Fœniculum. 244, 246
Fœnum græcum. 393
Folium polypi. 242
Fontinalis. 15
Forgeſia. 183
Forskalea. 443
Forſtera. 463
Fothergilla. 447
Fothergilla. 364
Fragaria. 374
Fragaria. 373, 374
Frangula. 417
Frankenia. 336
Fraxinella. 329
Fraxinus. 118
Fritillaria. 55
Fritillaria. 55, 59
Fructus 5-angulus. 355
Frutex flore roſeo. 350
Fuchſia. 355
Fucus. 9
Fucus. 9, 23
Fugoſia. 304
Fuirena. 31
Fumaria. 262
FUNGI. 5
Fungoïdes. 6, 9
Fungus. 6
Funis muſarius. 315
— *uncatus.* 232
Fuſanus. 83

G.

Gahnia. 31
Gajanus. 170
Galanthus. 62
Galardia. 211
Galax. 460
Galoxia. 64
Gale. 449
Galedupa. 400
Galega. 396
Galenia. 94
Galeopſis. 127
Galeopſis. 128, 131
Galipæa. 458
Gallium. 219
Gallium. 219
Galopina. 220
Galvezia. 133
Gandaſulium. 72
Garcinia. 284
Gardenia. 224
Gardenia. 227
Garidella. 259
Gaſtonia. 242
Gaultheria. 179
Gaura. 354
Gayo colorado. 484
Gelſeminum. 168
Gelſeminum. 168
Geneſiphylla. 425
Genioſtoma. 460
Genipa. 224
Geniſta. 390
Geniſta. 391
Geniſta-ſpartium. 389, 390
Geniſtella. 390
Gentiana. 158
Gentiana. 158
GENTIANÆ. 157
Geoffræa. 401
GERANIA. 297
Geranium. 298
Gerardia. 134, 159
Germanea. 130
Geropogon. 190
Geruma. 292
Geſneria. 184
Gethyllis. 61
Geum. 374
Geum. 342
Gevuina. 464
Gingidium. 246
Ginoria. 367
Giſekia. 349
Glabraria. 473
Gladiolus. 66
Glaucium. 261
Glaux. 369
Glaux. 369
Glecoma. 127
Gleditſia. 383
Glinus. 351
Globba. 71
Globba. 70
Globularia. 109
Globularia. 87
Glochidion. 482
Glorioſa. 55
Gluta. 467
Glutago. 236
Glycine. 394
Glycyrrhiza. 396
Gmelina. 121
Gnaphalium. 200
Gnaphalium. 207
Gnaphalodes. 207
Gnemon. 445
Gnetum. 445
Gnidia. 86
Gnidia. 86
Gomozia. 221
Gomphrena. 99
Gonocarpus. 482

Gordonia. 305
Gorteria. 204
Gorteria. 212
Goſſypium. 304
Gouania. 419
Goupia. 416
Gramen. 31, 34, 35, 36, 37, 38
GRAMINEÆ. 33
Granadilla. 436
Grangea. 205
Grangeria. 376
Gratiola. 136
Greggia. *Præf. II.*
Grewia. 324
Grias. 285
Grielum. 298
Griſlea. 367
Gronovia. 433
Groſſularia. 344, 364
Grubbia. 181
Guaiacana. 173
GUAÏACANÆ. 173
Guaïacum. 329
Guaiacum. 384
Guaïava. 359
Guanabanus. 314
Guapira. 121
Guapurium. 359
Guarea. 294
Guariruma. 200
Guazuma. 307
Guazuma. 322
Guettarda. 230
Guidonia. 294, 478, 479
Guiera. 355
Guilandina. 386
Guilandina. 383, 384
Guirzim. 351
Gundelia. 196
Gunnera. 444
Guſtavia. 362
GUTTIFERÆ. 283
Gymnocarpus. 348
Gymnocladus. 383
Gynopogon. 166
Gypſophyla. 334

H.

Hæmanthus. 62
Hæmatoxylum. 385
Haleſia. 174
Halleria. 133
Haloragis. 353
Hamadryas. 258
Hamamelis. 319
Hamelia. 230
Hantol. 293
Harmala. 329
Hartogia. 416
Haſſelquiſtia. 249
Hebe. 118
Hebenſtretia. 123
Hedera. 238
Hedera. 297
Hedycaria. 441
Hedychium. 72
Hedyotis. 221
Hedypnois. 189
Hedyſarum. 399
Heiſteria. 288
Helenium. 211
Helianthemum. 326
Helianthus. 210
Heliconia. 69
Helicteres. 308
Helicteres. 309
Heliocarpus. 322
Heliophyla. 264
Heliotropium. 145
Helleborine. 73, 74
Helleborus. 258
Helleborus. 258
Helminthia. 190

Helminthotheca. 190
Helonias. 53
Helvella. 6
Hemerocallis. 61
Hemimeris. 134
Hemionitis. 19
Hemionitis. 19
Hepatica. 12
HEPATICÆ. 11
Hepaticoïdes. 11
Heracleum. 247
Herba paris. 48
Hericius. 7
Hermannia. 321
Hermas. 250
Hermeſias. 404
Hermodactylus. 65
Hernandia. 90
Herniaria. 99
Heſperis. 264
Heſperis. 264
Heuchera. 342
Hevea. 427
Heymaſſoli. 288
Hibiſcus. 304
Hibiſcus. 303
Hieracioïdes. 189
Hieracium. 189
Hieracium. 189, 190, 191
Hillia. 225
Hippia. 206
Hippocaſtanum. 278
Hippocratea. 278
Hippocrepis. 398
Hippomane. 429
Hippomane. 429
Hippomanica. 471
Hippophae. 84
Hippuris. 22
Hiræa. 280
Hirtella. 376
Hoffmannia. 21
Hoitzia. 152
Holcus. 35
Holoſteum. 332
Homalium. 380
Hombak. 270
Hopea. 175
Hordeum. 37
Horminum. 130
Horminum. 125
Hortenſia. 237
Hottonia. 107
Houmiria. 475
Houmiri. 475
Houſtonia. 220
Houttuynia. 29
Hovenia. 418
Hudſonia. 181
Humbertia. 149
Hugonia. 305
Humulus. 443
Hura. 430
Hyacinthus. 59
Hyacinthus. 63, 67
Hydnora. 476
Hydnum. 6
Hydnum. 7
Hydrangea. 343
Hydraſtis. 257
HYDROCHARIDES. 75
Hydrocharis. 76
Hydrocotyle. 251
Hydrolea. 150
Hydrophylax. 233
Hydrophyllum. 144
Hydrorhiza. 485
Hymenea. 387
Hyobanche. 113
Hyoſcyamus. 139
Hyoſeris. 189
Hyoſeris. 189
Hypecoum. 262
Hyperanthera. 383

HYPERICA. 282
Hypericoïdes. 282
Hypericum. 283, 282
Hypnum. 14
Hypochæris. 191
Hypociſtis. 81
Hypopythis. 470
Hypoxis. 62
Hxpoxylum. 9
Hyptis. 126
Hyſſopus. 126
Hyſterophorus. 213

I.

Jaboroſa. 140
Jabotapita. 313
Jacaranda. 154
Jacea. 194
Jacea. 194, 195
Jacobæa. 203, 202
Jacquinia. 169
Jalapa. 101
Jambolifera. 356
Jaſione. 185
JASMINEÆ. 117
Jaſminoïdes. 141
Jaſminum. 119
Jatropha. 427
Iberis. 266
Ibipitanga. 379
Icaco. 377
Icica. 408
Ignatia. 166
Ilex. 416
Ilex. 450
Illecebrum. 99
Illecebrum. 99
Illicium. 311
Imbricaria. 169
Impatiens. 299
Imperatoria. 245
Imperatoria. 246
Imperialis. 55
Incarvillea. 154
Indigofera. 396
Inocarpus. 170
Inula. 202
Jonthlaſpi. 265
Ipomæa. 149
Ipomæa. 152
Ireſine. 99
Iridaps. 442
IRIDES. 64
Iris. 65
Iroucana. 478
Iſatis. 268
Iſchæmum. 35
Iſnardia. 369
Iſoëtes. 21
Iſopyrum. 258
Iſora. 308
Itea. 177
Itti-canni. 236
Iva. 212
Ivira. 309
Juglans. 413
Juncago. 53
JUNCI. 49
Juncus. 50
Jungermannia. 11
Jungia. 196
Juniperus. 453
Juſſiæa. 354
Juſſiæa affinis. 321
Juſtitia. 116
Ixia. 65
Ixora. 226
Ixora. 227

K.

Kæmpferia. 72
Kahiria. 206

Kaïda. 484
Kaka-toddali. 408
Kali. 95
Kalmia. 176
Karatas. 57
Kareta-valli. 296
Katapa. 418
Ketmia. 304
Keura. 484
Kiggellaria. 426
Killingia. 32
Kirganelia. 425
Kleinia. 199
Kleinhovia. 308
Knautia. 217
Knifa. 283
Knoxia. 220
Kœnigia. 93
Kœnigia. 305, 307
Kolreuteria. 274
Komana. 283
Koſaria. 440
Krameria. 465
Kuhnia. 199

L.

LABIATÆ. 124
Lachenalia. 59
Lachnæa. 86
Lacryma Job. 39
Lactuca. 189
Lactuca. 188, 189
Laëtia. 325
Lagerſtromia. 367
Lagetta. 85
Lagoëcia. 252
Laguna. 303
Lagurus. 34
Lamium. 127
Lampſana. 188
Landia. 223
Lantana. 122
Lantana. 122
Lápathum. 92
Lappa. 194
Lapſana. 188, 189
Larix. 454
Laſerpitium. 247
Latania. 45
Lathræa. 114
Lathyrus. 396
Lavandula. 127
Lavatera. 302
Laugeria. 228
Laupanke. 444
Laurembergia. 353
LAURI. 89
Laurocerasus. 377
Laurus. 89
Lauſonia. 367, 222
Laxmannia. 209
Leæba. 316
Lechea. 336
Lecythis. 362
Ledum. 177
Leea. 170
Leea. 294
Legouzia. 183
LEGUMINOSÆ. 381
Lemma. 20
Lemna. 24
Lens. 397
Lentibularia. 110
Lenticula. 24
Lentiſcus. 409
Leontice. 318
Leontodon. 190
Leontodon. 189
Leontopetalon. 318
Leonurus. 128
Leonurus. 128
Lepidium. 267
Lepidium. 266

Lepra. 8
Leptoſpermum. 359
Lerchea. 461
Leucanthemum. 204
Leucoïum. 62
Leucoïum. 264
Leyſera. 201
Leyſera. 207
Libanotis. *Præf. II.*
Licania. 376
Lichen. 9, 10
Lichenaſtrum. 11
Licuala. 45
Lidbeckia. 205
Lightfootia. 183
Liguſticum. 247
Liguſticum. 247
Liguſtrum. 119
Lilac. 118
LILIA. 54
Liliaſtrum. 59
Lilio-aſphodelus. 61
— *hyacinthus.* 60
— *narciſſus.* 62
Lilium. 55
Lilium convallium. 48
Limeum. 348
Limnopeuce. 22
Limodorum. 73
Limodorum. 73
Limon. 289
Limonia. 290
Limonium. 103
Limoſella. 108
Linagroſtis. 31
Linaria. 134
Linconia. 482
Lindera. 469
Lindernia. 137
Lingua cervina. 19
Linnæa. 234
Linſchottia. 380
Linum. 336
Liparia. 390
Lippia. 122
Liquidambar. 450
Liriodendrum. 312
Liſianthus. 159
Lit-chi. 273
Lithagroſtis. *Præf. II.*
Lithoſpermum. 145
Lithoſpermum. 146
Littorella. 100
Loaſa. 357
Lobelia. 185
Lobelia. 184
Lodoïcea. 45
Loëflingia. 332
Loëſelia. 151
Lolium. 36
Lonchitis. 19
Lonchitis. 19
Lonicera. 226, 231, 235, 236
Lon-gan. 275
Lontarus. 45
Lophanthus. 467
Loque. 484
Loranthus. 236
Lotus. 393
Lotus. 389
Lucuma. 169
Ludia. 379
Ludwigia. 354
Luffa. 434
Lunaria. 265
Lunaria. 265, 266
Lupinus. 391
Lupulus. 443
Luteola. 271
Luziola. 38
Lychnis. 335
Lychnis. 334, 335
Lycium. 141
Lycium. 232

Lycoperdon. 4
Lycoperdon. 5
Lycoperſicon. 141
Lycopodioides. 15
Lycopodium. 15, 21
Lycopſis. 146
Lycopus. 124
Lygeum. 38
Lygiſtum. 222
Lyſimachia. 107
LISIMACHIÆ. 107
Lythrum. 368
Lythrum. 367, 368

M.

Maba. 458
Mabea. 427
Macanea. 285
Macabanea. 285
Macoubea. 285
Macoucoua. 417
Macqueria. 412
Macrocnemum. 223
Madia. 204
Mærua. 480
Mæſa. 180
Magnolia. 311
Magnolia. 311
MAGNOLIÆ. 310
Mahernia. 321
Mahurea. 474
Majorana. 129
Malachodendrum. 305
Malachodendrum. 324
Malachra. 302
Malacoïdes. 302
Malanea. 226
Mallococca. 324
Malope. 302
Malpighia. 280
MALPIGHIÆ. 279
Malva. 302
Malva. 302
MALVACEÆ. 301
Malvaviſcus. 304
Malus. 370
Mamei. 285
Mammea. 285
Mammea. 361
Mampata. 378
Manabea. 120
Mançanilla. 429
Mandragora. 140
Manettia. 221
Manga-nari. 137
Mangifera. 406
Mangium. 360
Mangles. 236
Manglilla. 169
Mangoſtana. 284
Maniſuris. 39
Manulea. 112
Mapania. 32
Mapouria. 228
Maprounea. 430
Maranta. 71
Marcgravia. 270
Marchantia. 12
Margaritaria. 470
Marignia. 409
Maripa. 148
Marrubiaſtrum. 127, 128
Marrubium. 128
Marſania. 289
Marſilea. 11, 20
Martynia. 156
Martynia. 184
Maſſonia. 59
Mataïba. 276
Matelea. 161
Mathiola. 229
Matourea. 133
Matricaria. 205

Maublia. 62
Mauritia. 45
Mayaca. 51
Mayepea. 417
Mayeta. 365
Mayna. 312
Mays. 38
Maytenus. 117
Meborea. 477
Medeola. 48
Medica. 392
Medicago. 392
Medicago. 402
Meeſia. *Præf. II.*
Melaleuca. 359
Melampodium. 210
Melampyrum. 113
Melanium. 368
Melanthium. 53
Melaſma. 159
Melaſtoma. 364
Melaſtoma. 365
MELASTOMÆ. 363
Melhania. 307
Melia. 294
MELIÆ. 291
Melianthus. 329
Melica. 36
Melicocca. 275
Melicope. 469
Melicytus. 468
Melilotus. 392
Meliſſa. 129
Meliſſa. 127, 130
Meliſtaurum. 478
Mellitis. 130
Melo. 434
Melocactus. 345
Melochia. 305
Melodinus. 165
Melongena. 141
Melo-pepo. 435
Melothria. 434
Memecylon. 356
Menaïs. 144
MENISPERMA. 315
Meniſpermum. 316
Mentha 127
Mentzelia. 356
Menyanthes. 110
Mercurialis. 423
Merulius. 7
Meryta. 482
Meſembryanthemum. 351
Meſpilus. 371
Meſpilus. 371
Meſſerſchmidia. 145
Meſua. 286
Methonica. 55
Metroſideros. *Præf. II.*
Meum. 245
Michelia. 311
Micrelium. 209
Microcos. 324
Micropus. 207
Milium. 34
Milium. 34
Milleſolium. 207
Milleria. 208
Milleria. 208
Millingtonia. 154
Mimoſa. 382
Mimoſa. 382
Mimulus. 137
Mimuſops. 169
Mindium. 183
Minuartia. 332
Mirabilis. 101
Miſandra. 444
Mitchella. 231
Mitella. 342
Mitella. 324, 342
Mithridatea. 440
Mnemoſilla. 262

Mniarum. 481
Mnium. 14
Modecca. 437
Mocanera. 353
Moerhingia. 333
Mogorium. 119, 117
Mokokf. 473
Moldavica. 130
Molinæa. 275
Molle. 408
Molucca. 128
Molucella. 128
Mollugo. 332
Momordica. 434
Monarda. 125
Monbin. 410
Monetia. 465
Monniera. 461
Monniera. 136
Monilifera. 204
MONOCOTYLEDONES. 25-78
Monotropa. 470
Monſonia. 298
Montia. 347
Montinia. 353
Montira. 137
Moquilea. 378
Moræa. 65
Morina. 216
Morinda. 232
Morinda. 231
Moringa. 384
Moriſonia. 270
Moronobea. 285
Morſus ranæ. 76
Morus. 442
Moſcharia. 459
Moſchatellina. 343
Mourera. 481
Mouriria. 355
Mouroucoa. 148
Moutabea. 460
Moutouchia. 402
Mucor. 3
Mullera. 389
Munchauſia. 367
Muntingia. 323
Muntingia. 448
Murraya. 289
Murucuïa. 437
Murucuïa. 437
Muſa. 69
MUSÆ. 68
Muſcari. 59
MUSCI. 13
Muſcus. 11, 14, 15
Muſſænda. 223
Muſſænda. 222
Mutiſia. 199
Myagrum. 267
Myagrum. 266, 267, 268
Myginda. 415
Myonima. 229
Myoſotis. 146
Myoſotis. 334
Myoſurus. 258
Myrica. 449
Myriophyllum. 23
Myriotheca. 19
Myriſtica. 90
Myroſma. 71
Myroſpermum. 403
Myroxylum. 484
Myroxylum. 403
Myrrhis. 245
Myrſine. 170
MYRTI. 358
Myrtus. 359

N.

Nacibea. 221
Næmaſpora. 5
Nageia. *Præf. II.*

NAÏADES.	22	Nipa.	44
Naïas.	23	Niſſolia.	401
Nalugu.	294, 242	*Niſſolia.*	396
Nama.	149	Nitraria.	350
Nama.	150	Nolana.	147
Nanca.	442	Nonatelia.	228
Nandina.	469	Norantea.	271
Napæa.	303	*Noſtoc.*	8
Napimoga.	380	*Nux.*	413
Napus.	264	*Nuxia.*	120
NARCISSI.	61	NYCTAGINES.	101
Narciſſo-leucoïum.	62	Nyctago.	101
Narciſſus.	62	*Nyctage.*	101
Narciſſus.	62	Nyctanthes.	117
Nardus.	38	*Nyctanthes.*	119, 230
Narthecium.	53	Nymphæa.	76
Naſſauvia.	196	*Nymphæa.*	76
Naſturtium.	266, 267	*Nymphoïdes.*	110
Naſtus.	39	Nyſſa.	84
Nauclea.	232	**O.**	
Nectandra.	86		
Nelitris.	*Præf. II.*	*Obaï.*	379
Nelumbium.	76	Obolaria.	113
Nelumbo.	*Præf. II.*	Ochna.	313
Nemia.	112	Ochroſia.	161
Neou.	378	*Ochrus.*	397
Nepenthes.	484	Ocimum.	130
Nepeta.	126	Ocotea.	89
Nephelium.	213	Octoſpora.	6
Neriam-pulli.	296	Oëdera.	211
Nerium.	162	Œnanthe.	246
Neſæa.	368	Œnothera.	354
Nevrada.	373	*Oſtia.*	122
Nevropora.	483	Olax.	170
Nhandiroba.	436	Oldenlandia.	221
Nialel.	297	Olea.	118
Nicandra.	140	Olyra.	39
Nicotiana.	139	Omphalea.	430
Nidus avis.	73	*Omphalobium.*	*Præf. II.*
Nigella.	258	*Omphalodes.*	147
Nigrina.	159	*Onagra.*	354
Nigrina.	463	ONAGRÆ.	352

Oncoba. 323
Onobrychys. 399
Onoclea. 19
Ononis. 391
Onopordum. 193
Onoſma. 146
Oſterdykia. 343
Ophiogloſſum. 18
Ophiorrhyza. 159
Ophioxylum. 166
Ophira. 356
Ophrys. 73
Opulus. 237
Opuntia. 345
ORCHIDEÆ. 72
Orchis. 73
Orchis. 73
Orelia. 165
Oreoſelinum. 247, 248
Origanum. 129
Orixa. 465
Ornithogalum. 60
Ornithogalum. 60
Ornitopodium. 398
Ornithopus. 398
Ornitrophe. 274
Ornus. 118
Orobanche. 113
Orobanchoïdes. 470
Orobus. 397
Orobus. 394
Orontium. 29
Ortegia. 332
Ortiga. 357
Orygia. 351
Orygia. 347
Oryza. 38
Osbeckia. 365
Oſmites. 208
Oſmites. 207
Oſmunda. 19
Oſteoſpermum. 204
Oſtrya. 449
Oſyris. 83
Othera. 320
Othonna. 203
Ovieda. 235
Ouratea. 471
Ourifia. 112
Ouroupari̇a. 232
Outea. 383
Oxalis. 300
Oxycoccus. 180
Oxys. 300

P.

Pachira. 309
Pacouria. 165
Pacourina. 195
Pada-vara. 232
Padus. 377
Pæderia. 228
Pæderota. 135
Pæonia. 259
Pagamea. 232
Pagapate. 360
Palava. 302
Palicourea. 228
Paliurus. 417
Pallaſia. 92
PALMÆ. 42
Palorum arbor. 275
Paloue. 388
Palovea. 388
Pamea. 84
Panax. 242
Pancratium. 62
Pandacaqui. 162
Pandanus. 484
Panicum. 34
Panicum. 34
Panitſjika-maram. 284
Panke. 444

Papaver. 261
PAPAVERACEÆ. 261
Papaya. 438
Papiria. 61
Papularia. 348
Paralea. 175
Pardiſium. 212
Pariana. 40
Parietaria. 443
Parilium. *Præf.* *II.*
Parinari. 378
Parinarium. 378
Paris. 48
Parivoa. 387
Parkinſonia. 384
Parnaſſia. 272
Paronychia. 99
Parſonſia. 368
Partheniaſtrum. 213
Parthenium. 213
Paſpalum. 34
Paſſerina. 86, 117
Paſſiflora. 436
Paſſiflora. 437
Paſſoura. 319
Paſtinaca. 244
Patabea. 231
Patagonula. 143
Patima. 230
Pavetta. 226
Pavia. 278
Paullinia. 273
Paullinia. 408
Pavonia. 303
Paypayrola. 467
Payrola. 467
Pectis. 203
Pedalium. 156
PEDICULARES. 111
Pedicularis. 113
Pedicularis. 112, 113
Peganum. 329
Pekea. 276
Pelargonium. 298
Pelecinus. 395
Peloria. 134
Peltaria. 265
Peltigera. 10
Pemphis. 367
Penæa. 459
Penar-valli. 436, 363
Pennantia. 468
Penſthemon. 154
Pentagloſſum. 368
Pentapetes. 306
Pentapetes. 307
Pentaphylloïdes. 374
Pentaphyllum. *Præf.* *II.*
Penthorum. 341
Peplis. 369
Pepo. 435
Perama. 123
Perdicium. 202
Perebea. 441
Pereskia. 345
Pergularia. 163
Periclymenum. 235
Perilla. 126
Periploca. 163
Periploca. 164
Perpenſum. 444
Perſica. 377
Perſicaria. 92
Pervinca. 161
Petaſites. 202
Peteſia.. 222
Petitia. 120
Petiveria. 94
Petræa. 121
Peucedanum. 247
Peumus. 416
Pevræa. 355
Peziza. 6
Peziza. 9

Phaca. 395
Phaca. 396
Phacelia. 144
Phalaris. 34
Phalangium. 59
Phalangium. 53
Phallus. 5
Phallus. 5
Pharnaceum. 333
Pharus. 38
Phaſcum. 15
Phaſeolus. 393
Phaſeolus. 393, 394
Phellandrium. 245
Phelypaea. 114
Philadelphus. 360
Phileſia. 47
Phlebolithis. *Præf. II.*
Phleum. 34
Phlomis. 128
Phlox. 152
Phœnix. 43
Phormium. 59
Phryma. 131
Phylica. 418
Phyllachne. 462
Phyllanthus. 425
Phyllirea. 118
Phyllis. 220
Phyſalis. 140
Phyſoſpermum. 247
Phyteuma. 184
Phytolacca. 93
Picris. 190
Picris. 190
Pilularia. 20
Pimpinella. 243
Pimpinella. 372
Pinguicula. 110
Pinus. 454
Pinus. 453, 454
Piparea. 327
Piper. 445
Pirigara. 362
Piripea. 112
Piriqueta. 327
Piſcidia. 394
Piſonia. 102
Piſtacia. 409
Piſtia. 77
Piſum. 397
Pittcairnia. 57
Pittonia. 144
Plagianthus. 304
Plantaginella. 108
PLANTAGINES. 100
Plantago. 100
Plantago. 100
Plaſo. 393
Platanus. 450
Platanocephalus. 232
Plectranthus. 130
Plectronia. 419
Plegorhiza. 478
Plinia. 378
Plukenetia. 430
PLUMBAGINES. 103
Plumbago. 103
Plumeria. 162
Poa. 37
Podophyllum. 260
Pœnoë. 286
Pogonatum. 15
Pogonia. 74
Poinciana. 386
POLEMONIA. 152
Polemonium. 152
Polianthes. 63
Polium. 125
Pollia. 51
Polycardia. 415
Polycarpon. 332
Polycarpon. 332
Polycephalos. 197

Polycnemum. 94
Polygala. 111
Polygonatum. 48
POLIGONEÆ. 91
Polygoniſolia. 348
Polygonoïdes. 92
Polygonum. 92
Polymnia. 209
Polymnia. 211
Polypodium. 19
Polypodium. 19
Polypremum. 137
Polyſcias. 242
Polytrichum. 14
Pometia. 275
Pommereulla. 39
Ponga. 442
Pongati. 463
Pongatium. 463
Pongelion. 411
Pontederia. 63
Populus. 448
Populago. 259
Porana. 460
Poraqueïba. 319
Porella. 15
Porrum. 60
Porteſia. 293
Portlandia. 224
Portlandia. 225
Portulaca. 346
Portulaca. 351, 346
Portulacaria. 349
PORTULACEÆ. 346
Poſoqueria. 224
Poſſira. 388
Potalia. 159
Potamogeton. 23
Potentilla. 374
Poterium. *372
Pothos. 29
Poupartia. 410
Pourouma. 446
Poutaletsje. 367, 222
Pouteria. 174
Praſium. 131
Premna. 120
Prenanthes. 188
Primula. 108
Primula-veris. 108
Prinos. 417
Priſmatocarpus. 183
Prockia. 376
Procris. 442
Proſerpinaca. 77
Proſopis. 385
Protea. 87
PROTEÆ. 87
Protium. 408
Prunella. 130
Prunus. 377
Prunus. 377
Pſathura. 229
Pſeudo-acacia. 395, 394
— *braſilium.* 407
— *dictamnus.* 128
— *ſantalum.* 242
Pſidium. 359
Pſoralea. 392
Pſoralea. 392
Pſychotria. 227
Pſychotrophum. 227
Pſyllium. 100
Ptarmica. 207
Ptelea. 412
Pteranthus. 443
Pteris. 19
Pterocarpus. 402
Pterococcus. 92
Pteronia. 195
Pterophorus. 195
Puccinia. 5
Pulmonaria. 146
Pulmonaria. 146

Pulſatilla. 257
Punica. 360
Pungam. 400
Purupuru. 438
Puya. 56
Pyrola. 179
Pyroſtria. 229
Pyrus. 371
Pyrus. 370, 371

Q.

Qualea. 464
Quamoclit. 150, 149
Quapoya. 284
Quararibea. 304
Quaſſia. 313
Quebitea. 29
Quercus. 459
Queria. 332
Quillaja. 484
Quina-quina. 403
Quinchamalium. 83
Quinquefolium. 374
Quiſqualis. 86
Quiviſia. 293

R.

Racoubea. 380
Radicula. 265
Rajania. 49
Randia. 222
RANUNCULACEÆ. 256
Ranunculus. 258
Ranunculus. 52, 258
Rapa. 264
Rapanea. 320
Rapatea. 51
Raphaniſtrum. 263
Raphanus. 263
Raphia. 43
Rapiſtrum. 267, 268
Rapunculus. 184, 185
Rapuntium. 185
Raputia. 461
Rávapu. 230
Ravenala. 69
Ravenſara. 471
Rauvolfia. 166
Reaumuria. 350
Relbania. 207
Remirea. 39
Renealmia. 56, 70
Reſeda. 271
Reſtio. 50
Retzia. 149
Rex amaroris. 469
Rhabarbarum. 92
Rhacoma. 415
Rhagadioloïdes. 189
Rhagadiolus. 188
Rhamnoides. 84
RHAMNI. 414
Rhamnus. 417
Rhamnus. 417
Rhaponticum. 194
Rheedia. 286
Rheum. 92
Rhexia. 366
Rhexia. 368
Rhinanthus. 113
Rhizophora. 236
Rhodiola. 341
RHODODENDRA. 176
Rhododendrum. 176
Rhodora. 177
Rhus. 406
Rhus. 406
Riana. 319
Ribes. 344
Ribeſioïdes. 467
Riccia. 11
Richardia. 220

Ricinus. 427
Ricinoïdes. 427, 428
Ricotia. 265
Rimbot. 323
Rindera. 147
Rinorea. 318
Ripogonum. 47
Rivinia. 93
Robinia. 395
Robinia. 395
Rocama. 348
Roëlla. 184
Rokejeka. 347
Rolandra. 196
Roloſa. 351
Ronabea. 228
Rondeletia. 224
Ropourea. 461
Roridula. 466
Roridula. 269
Roripa. 265
Roſa. 372
ROSACEÆ. 370
Roſmarinus. 125
Roſſolis. 271
Rotala. 336
Rottbollia. 36
Roubamon. 166
Roupala. 88
Rourea. 407
Royena. 174
Royoc. 232
Rubentia. 416
Rubeola. 219
Rubia. 219
RUBIACEÆ. 218
Rubus. 374
Rudbeckia. 211
Ruellia. 116
Ruizia. 305
Rumex. 92
Rumphia. 407
Rupinia. 13
Ruppia. 23
Ruſcus. 48
Ruſſelia. 132
Ruſſelia. 353
Ruta. 329
RUTACEÆ. 328
Ruta-muraria. 19
Ruyſchia. 468
Ruyſchiana. 130

S.

Sabal. 45
Sabicea. 230
Sabina. 453
Saccharum. 34
Salanthus. 296
Sagina. 333
Sagitta. 52
Sagittaria. 52
Sagonea. 150
Sagus. 43
Salacia. 464
Salicaria. 368
SALICARIÆ. 366
Salicornia. 96
Salix. 448
Salſola. 95
Salvadora. 94
Salvia. 125
Salvinia. 20, 21
Samara. 417
Sambucus. 238
Samolus. 109
Samſtravadi. 361
Samyda. 479
Samyda. 478
Sandoricum. 293
Sanguinaria. 261
Sanguiſorba. 372

Sanicula. 250
Santalum. 356
Santolina. 207
Santolina. 207
Saouari. 277
SAPINDI. 273
Sapindus. 274
Sapium. 429
Saponaria. 334
Sapota. 170
SAPOTÆ. 168
Saraca. 462
Saribus. 44
Sarothra. 335
Sarracenia. 475
Saſſia. 469
Satureïa. 126
Satyrium. 73
Saumerio. 403
Saururus. 23, 445
Sauvageſia. 466
Saxifraga. 342
SAXIFRAGÆ. 342
Scabioſa. 217
Scabioſa. 217
Scabrita. 117
Scævola. 184
Scandix. 245
Sceura. 121
Schæfferia. 466
Schefflera. 469
Scheru-valli-caniram. 86
Scheuchzeria. 53
Schinus 408
Schmidelia. 274
Schœnus. 31
Schotia. 384
Schrebera. 416
Schwalbea. 137
Schwenckia. 137
Scilla. 60
Sciodaphyllum. 242
Scirpoïdes. 31
Scirpus. 31
Scirpus. 31
Sclarea. 125
Scleranthus. 348
Sclerocarpus. 208
Sclerya. *Præf. II.*
Scolymus. 191
Scoparia. 132
Scopolia. 478
Scorpioïdes. 398
Scorpiurus. 398
Scorzonera. 190
Scorzonera. 191
Scorzoneroïdes. 190
Scrophularia. 133
SCROPHULARIÆ. 132
Scutellaria. 131
Scyphus. 484
Sebeſtena. 143
Secale. 37
Sechium. 430
Securidaca. 403
Securidaca. 398
Securinega. 426
Sedum. 341
Sedum. 340, 341
Seguieria. 480
Sehima. 35
Selaginoïdes. 15
Selago. 123
Selago. 15, 122
Selinum. 248
Semecarpus. 406
SEMPERVIVÆ. 340
Sempervivum. 341
Senecio. 202
Senna. 384
Senra. 304
Septas. 341
Serapias. 73
Serjania. 273

Seridia. 194
Seriola. 191
Seriphium. 200
Seriſſa. 232
Serpicula. 353
Serpillum. 129
Serratula. 195
Serratula. 199
Seſamoides. 271
Seſamum. 154
Seſeli. 244
Seſleria. 36
Seſuvium. 351
Shaavia. 201
Sheffieldia. 108
Sherardia. 219
Sibbaldia. 373
Sibthorpia. 111
Sicelium. 222
Sicyoïdes. 433
Sicyos. 433
Sida. 303
Sida. 303
Sideritis. 127
Sideritis. 127, 128
Sideroxylum. 169
Sigesbeckia. 209
Silene. 334
Siler. 247
Siliqua. 383
Siliquaria. 269
Siliquaſtrum. 388
Silphium. 210
Simaba. 410
Simarouba. 313
Simbuleta. 458
Simira. 228
Sinapi. 264
Sinapis. 264
Sinapiſtrum. 269
Singana. 286
Sipanea. 223
Siparuna. 483
Siphonanthus. 147
Sirium. 356
Siſarum. 246
Siſon. 246
Siſymbrium. 264
Siſymbrium. 267, 264, 265
Siſyrinchium. 64
Siſyrinchium. 65
Sitodium. *Præf. II.*
Sium. 246
Sium. 246
Skimmia. 465
Skinnera. 355
Sloanea. 322
Sloanea. 322
Smilax. 48
Smilax. 48
Smyrnium. 244
Soccus. 442
Sodada. 269
Solandra. 303, 251
Solandra. 142
SOLANEÆ. 138
Solanoïdes. 93
Solanum. 141
Soldanella. 108
Soldanella. 221
Solidago. 202
Sonchus. 189
Sonchus. 190
Sonnerätia. 360, 237
Sonneratia. 415
Sophiſteque. 313
Sophora. 389
Soramia. 473
Sorbus. 371
Soulamea. 469
Soulamoë. 469
Souroubea. 468
Sparganium. 30
Sparmannia. 322

Spartium. 390, 391
Spathelia. 409
Spergula. 333
Spermacoce. 220
Spermacoce. 232
Sphæranthus. 197
Sphæranthus. 206
Sphæria. 9
Sphæria. 9
Sphagnum. 15
Sphenoclea. Præf. II.
Sphondylium. 247
Spielmannia. 122
Spigelia. 159
Spilanthus. 209
Spinacia. 95
Spinifex. 35
Spiræa. 375
Splachnum. 14
Spondias. 410
Staavia. 419
Stachys. 128
Stachys. 127
Stæchas. 127
Stæhelina. 195
Stæhelinoïdes. 208
Stapelia. 163
Staphylea. 414
Sthaphylodendrum. 414
Statice. 103
Stellaria. 334
Stellaria. 24
Stellera. 86
Stemodia. 133
Stemonitis. 5
Sterculia. 309
Steris. 150
Stewartia. 324, 307
Stewartia. 305
Stibas. 463
Stilbe. 458
Stilago. 483
Stillingia. 429
Stipa. 34
Stœbe. 201
Stokeſia. 193
Stramonium. 139
Stratiotes. 76
Stratiotes. 107
Stravadium. 361
Strelitzia. 69
Strigilia. 292
Struchium. 205
Strumpfia. 476
Struthiola. 86
Strychnos. 166
Styrax. 174
Suber. 450
Subularia. 266
Suæda. 95
Suillus. 6
Suriana. 375
Swertia. 158
Swietenia. 294
Symphonia. 292
Symphoricarpos. 235
Symphytum. 146
Symplocos. 174
Syringa. 118, 360
Syſygium. Præf. II.

T.

Tabernæmontana. 162
Tacca. 63
Tachia. 159
Tachibota. 327
Tachigalia. 385
Tacſo. 438
Tacſonia. 437
Tagetes. 203
Talauma. 311
Taligalea. 122
Talinum. 346

Taliſia. 274
Tamarindus. 383
Tamariſcus. 347
Tamarix. 347
Tambouriſſa. 440
Tamnus. 49
Tamonea. 122
Tamnus. 49
Tanacetum. 206
Tanibouca. 85
Tan-rouju. 387
Taonabo. 290
Tapeinia. 66
Tapia. 270
Tapiria. 410
Tapogomea. 231
Tapura. 459
Taralea. 387
Taraxaconaſtrum. 189
Taraxaconoïdes. 190
Taraxacum. 189
Tarchonanthos. 212
Tarchonanthus. 206
Targionia. 11
Tariri. 408
Tavoulou. 63
Taxus. 452
Tecoma. 155
Tecomaxochitl. 155
Tectona. 121
Telæphora. 6
Telephioïdes. 426
Telephium. 347
Temus. 475
TEREBINTACEÆ. 405
Terebinthoïdes. 410
Terebinthus. 409
Terminalia. 84
Ternatea. 394
Ternſtromia. 290
Tetracera. 375
Tetragonia. 352
Tetragonia. 353
Tetrapteris. 280
Teucrium. 125
Thalia. 71
Thalictrum. 257
Thamnochortus. 50
Tapſia. 244
Thapſia. 249
Thea. 290
Thee. 290
Theka. 121
Theligonum. 444
Thelymitra. 73
Themeda. 35
Theobroma. 306
Theobroma. 307
Theophraſta. 167
Theſium. 83
Thilco. 355
Thlaſpi. 266
Thlaſpi. 266, 267
Thlaſpidium. 265, 266
Thoa. 445
Touinia. 118
Thryallis. 279
Thryocephalum. 32
Thunbergia. 116
Thuraria. 462
Thuya. 453
Thymbra. 129
Thymbra. 126, 129
Thymelæa. 86
THYMELÆÆ. 85
Thymus. 129
Thymus. 126
Thyſſelinum. 248
Tiarella. 342
Tibouchina. 365
Ticorea. 293
Tigarea. 375
Tigridia. 64
Tilia. 307, 324

TILIACEÆ. 320
Tillandſia. 56
Tillæa. 340
Tinus. 292
Tinus. 237, 460
Tithonia. 211
Tittius. 121
Tithymaloïdes. 424
Tithymalus. 424
Tobira. 415
Tococa. 365
Tocoyena. 224
Toddalia. 408
Toluifera. 410
Tomex. 480
Tomex. 465
Tonabea. 290
Tonina. 483
Tontanea. 221
Tontelea. 476
Topobea. 365
Tordylium. 249
Tordilium. 249. *Præf. II.*
Torenia. 136
Torilis. *Præf. II.*
Tormentilla. 374
Touchiroa. 402
Toulicia. 275
Tounatea. 480
Tovomita. 284
Tournefortia. 144
Touroulia. 474
Tourretia. 155
Toxicodendrum. 406
Tozzia. 109
Trachelium. 184
Trachelium. 185
Tradeſcantia. 51
Tragacantha. 395
Tragia. 429
Tragopogon. 190
Tragopogon. 190
Tragopogonoïdes. 190
Tragoſelinum. 243
Trapa. 76
Tremella. 8
Trewia. 482
Trianthema. 348
Tribulaſtrum. 373
Tribuloïdes. 76
Tribulus. 328
Trichilia. 293
Trichogamila. 289
Trichomanes. 20
Trichomanes. 19
Trichoſanthes. 435
Trichoſtema. 130
Tridax. 212
Trientalis. 108
Trifolium. 392
Trifolium. 392
Triglochin. 53
Trigonella. 393
Trigonia. 280
Trigonis. 275
Trigonis. 275
Triguera. 140
Trilix. 475
Trillium. 48
Triopteris. 280
Trioſteum. 235
Triplaris. 92
Tripſacum. 35
Triſetaria. 34
Triſtemma. 365
Triticum. 37
Triumfetta. 322
Trollius. 258
Tropæolum. 298
Trophis. 482
Tsjaka. 442
Tsjeria-ſamſtravadi. 362
Tsjerou-cansjeram. 85
Tsjeru-kara. 228

Tsubakki. 291
Tubanthera. 418
Tuber. 5
Tulbagia. 62
Tulipa. 54
Turia. 434
Turnera. 347
Turræa. 293
Turritis. 264
Turritis. 264
Tuſſilago. 202
Typha. 30
TYPHÆ. 30

U.

Ulex. 389
Ulmaria. 375
Ulmus. 448
Ulva. 9
Umari. 401
UMBELLIFERÆ. 243
Unjala. 242
Uniola. 37
Unona. 314
Unxia. 208
Urena. 303
Uroſpermum. 190
Urtica. 442
URTICÆ. 439
Uſubis. 274
Utricularia. 110
Uvaria. 314
Uvaria. 315
Uva urſi. 179
Uvularia. 55

V.

Vaccinium. 180
Vahlia. 353
Vahlia. 308
Valantia. 219
Valdia. 235
Valeriana. 217
Valerianella. 217
Vallea. 474
Valli. 297
Valliſneria. 75
Valliſnerioïdes. 75
Vandellia. 136
Vangueria. 229
Vanilla. 74
Vanrhedia. 286
Vantanea. 474
Varronia. 144
Vatairea. 401
Vateria. 286
Vatica. 287
Velezia. 335
Vella. 267
Vepris. 408
Veratrum. 53
Verbaſcum. 139
Verbaſcum. 139
Verbena. 122
Verbena. 122
Verbeſina. 209
Vermoneta. 380
Veronica. 111
Verrucaria. 10
Veſicaria. 267, 266
Viburnum. 237
Vicia. 397
Vicia. 397
Vinca. 161
Viola. 326
Virecta. 223
Virga aurea. 202
Virola. 90
Viſcum. 236
Viſnaga. *Præf. II.*
Viſnea. 353
VITES. 296

Vitex. 120
VITICES. 119
Vitis. 296
Vitis. 296
Vitis idæa. 179, 180
Vochiſia. 464
Vochy. 464
Vochiria. 158
Volkameria. 120
Volkameria. 292
Volutella. 480
Votomita. 420
Vouacapoua. 400
Vouapa. 387
Voua-rana. 274
Vulneraria. 391

W.

Wachendorfia. 67
Wachendorfia. 67
Waltheria. 321
Watſonia. 66
Watta-taly. 428
Wedelia. 211, 209
Weigela. 461
Weiſſia. 15
Weinmannia. 343
Willichia. 458
Wintera. 311
Winterania. 292
Witheringia. 140
Witſenia. 66
Wulfenia. 135
Wurmbea. 53

X.

Xanthium. 213
Xeranthemum. 200
Xerophyta. 57
Xilopia. 315
Ximenia. 288
Xiphidium. 66
Xiphion. 65
Xylon. 304
Xylophylla. 425
Xyloſteon. 235
Xyris. 50

Y.

Yabag. 389
Yucca. 55

Z.

Zacintha. 189
Zaleya. 348
Zaluzania. 223
Zaluzianskia. 21
Zamia. 20
Zanichellia. 24
Zanonia. 436, 363
Zanthorhiza. 259
Zanthoxylum. 412
Zea. 38
Zinnia. 210
Zizania. 38
Zizania. 38
Ziziphora. 124
Ziziphus. 417
Zoëgea. 194
Zoëgea. 207
Zoſtera. 28
Zucca. 437
Zygia. 404
Zygophyllum. 328

NOV 25 1981